ſuperior ſciētia non poteſt dicere de pīcipiis īferioris ſcientie nec q: nec propter quid: ḡ non eſt ibi propria ⁊ perfecta ſubalternatio. Maior patet ex ratione propē et perfecte ſubalternationis. Minor probatur. accipiamus gratia exempli ꝙ vna ſciētia ſit de animali: ⁊ alia de homine: per aīal nec ꝑ aliquid ſibi ꝯueniēs poteſt aliquid homini propriū probari: nec ꝗtum ad q: nec ꝗtum ad ꝓpter quid. cuius ratio eſt q: quod cōuenit animali per ſe ſicut eſt cōmune quod demonſtraꝶ conuenire ei vniuerſaliter: tale aūt non pōt eſſe propriū hoī: ſed commune oī animali. Unde nec ipſum. nec ꝑ ipſuꝫ concludiꝶ aliquid de homine hoī propriū. nullo ḡ mō per animal: nec ꝑ aliquid aīali cōueniens poteſt aliquid propriū ꝯcludi de homine: paſſio aūt communis bene concludiꝶ de homine per aīal: ſed nō quo ad propter quid q: que ſunt vnū per eſſentiā. vnū nō dicit ꝓpter quid de altero: nec de aliquo ei ꝯueniente. Alioquin diceret propter quid de ſeipſo. ex quo nō ſūt duo ſed vnū. homo aūt et animal ſunt vnū per eſſentiam: ḡ per aīal non pōt dici propꝶ quid de homine: nec de aliqua paſſione cōmuni homini ꝯuenienter: ſed eſt vnū et idem quod dicit propꝶ quid de vtroq;: ⁊ ſic patet ꝙ nō

A. ē perfecta ſubalternatio qñ ſubiectū differt a ſubiecto

Opinio .i. ſicut pars eſſentialꝭ et ſubiectiua. ❡ Quando aūt vnū differt ab altero ſicut pars in mō (verbi grā) linea et linea viſualis: tunc dicunt quidā ꝙ poteſt eſſe perfecta et vera ſubalternatio. q: pars in mō vt linea viſualis includit duo .ſ. quātitatem linee: ⁊ id per qđ eſt viſualis quorꝫ vnū ſcꝫ quātitas eſt cauſa ſubiectiua alteri⁹. propter qđ paſſiōes linee poſſunt eſſe cā alicuius varietatis contingētis in mō vidēdi: vt pote ꝙ res videatur maior vel minor: cauſa eſt q: videꝶ ſub maiori vel minori angulo lineari: ergo ſciētia que ꝯſiderat lineā abſolute et paſſiones linee (vt geometria) poteſt dicere pro-

Improbatio ꝑdicti modi pter quid de his de quibus ſciētia que ꝯſiderat lineā viſualem (vt perſpectiua) dicit q: vnde perſpectiua ꝓprie ſubalternatur geometrie. Sed iſtud non videꝶ bene dictum: q: ꝗuis linea ſiue ꝗtitas nō ſit viſualis niſi ſit colorata: ⁊ linea colorata ſe habet ad lineā ſicut pars in modo ad ſuū totum: tñ ſcđm hoc non attendiꝶ ſubalternatio inter geometriā ⁊ perſpectiuā rōne ſubiecto-

B. rum. Non enim ſubiectū ꝑſpectiue eſt linea colorata: ſed viſio ſeu modus videndi. nec perſpectiua ꝯcludit aliquā paſſionē que inſit ſubiectiue linee colorate: ſed viſiōi ꝗuis nō denominet rē ſecūdum ſe realiꝫ: ſed ſolum vt eſt viſa. Uerbi grā perſpectiu⁹ docet quō res videꝶ maior vel minor: propinquior vel remotior: recta vel inuerſa: in alio: et alio ſitu: ⁊ certe iſta nō inſunt rei que ſecūdū ſe nō mutaꝶ qualitercūq; videaꝶ: ſed viſiōi ineſt quidā modus ſiue paſſio rōne cuius res apparet videnti ſic: vel aliter. Et iſtius modi ſiue paſſiōis in viſione cauſa eſt ꝗtitas: vel aliqua paſſio ꝗtitatis. non ſubiectiua ſed effectiua. Nō ſubalternaꝶ ḡ perſpectiua geometrie rōe ſubiectorꝫ tanꝗ vnū ſit ſub altero ſicut pars in modo ſub ſuo toto. Quod autē cōſueuit dici ꝙ perſpectiua eſt de viſuali linea vt de ſubiecto. intelligendū eſt: q: eſt de viſione ꝯſiderando modos ⁊ paſſiones eius ſcđm quas linea vel ꝗtitas eſt vario modo viſa. Nō eſt ḡ ſubalternatio inꝗtū ſubiectū eſt ſub ſubiecto vt pars in modo: vel ſaltē vt in exemplo poſito.

Opinio auctoris ❡ Reſtat ḡ ꝙ fiat ſubalternatio alio mō: videlicet qñ ſubiecta duarū ſcientiarum ſunt omnino res diuerſe ꝗ rum vna non includit alterā: ordinanꝶ tamē ſecundū habitudinem cauſe: maxime finalis ⁊ efficientis. Et effectus vt frenum et equitatio quorꝫ vnū eſt finis alteri⁹ non enim fit frenū niſi propter equitationem. Sciētia ḡ que cōſiderat finem ſubalternat ſibi proprie illā que conſiderat id quod eſt propꝶ finē: vt equeſtris frenifactiuam: q: equeſtris dicit propter quid frenū debet eē talis forme: de quo frenifactiua ſolum dicit q. Hec aūt ſubalternatio maxime inueniꝶ in practicis: ⁊ in artib⁹ ſimiliter qñ ſe habent vt effectus ad efficiens: ſicut ſanitas quam conſiderat medicus: ⁊ virtutes rerum naturaliū quas ꝯſiderat naturalꝭ philoſoph⁹. Unde medicus dicit quod reubarbarū purgat colerā: ſed naturalis dicit propter quid. ḡ medicina ſubalternaꝶ philoſophie naturali. Ex predictis patꝫ duos eſſe modos ꝓ-

C. Tāt ſunt duo mōi ꝓprie ſubalternatiōis pprie ſubalternationis tm̄ ſcꝫ quādo ſubiecta ſe habent ſicut finis ⁊ id quod eſt ad finem: ⁊ quando ſe habent vt effectus et cauſa efficiens: et ſic patet primū. ❡ Nūc

Scđus articulus. reſtat videre de principali queſito: videlicet vtrū theologia ſubalterneꝶ ſcientie beatorꝫ. Et dicendū ꝙ ꝗuis theologia noſtra dependeat a ſciētia dei: ⁊ beatorum propter cōditionē ſtatus noſtri ꝗdiu ſumus viatores: tamen nō ſubalternaꝶ ei proprie ſecundū aliquem predictorum modorꝫ. Cui⁹ ratio ē q: vbicūq; eſt vera ⁊ perfecta ſubalternatio: ſciētia ſubalternās dicit ꝓpter qđ de principiis ſcientie ſubalterne de quib⁹ ipſa ſolū dicit q: ſed ſcientia beatorꝫ non dicit propter quid de illꝭ de quibus fides et theologia dicunt q: ḡ non eſt ibi ꝓpria et perfecta ſubalternatio. Maior patet ex primo poſteriorꝫ. Minor ꝓbaꝶ q: quedam eorꝫ ꝗ tradit fides et theologia nō hñt propꝶ quid ſeu cām vt deū eſſe trinū. Quedā vero et ſi habeāt propter quid et cauſā vt deuꝫ fuiſſe incarnatum: paſſum: ⁊ huiuſmodi (hec enim oīa facta ſunt a deo ꝓpter noſtrā ſalutē finaliꝶ.) Iſtud tñ ꝓpter qđ eque dicit theologia nr̄a ſicut ſciētia btōꝝ: nec iſtud plus accipit theologia a ſciētia beatorum ꝗ alia. Sciētia āt vere ſubalterna nūꝗ dicit propter quid de ſuis principiis: niſi induendo formā ſciētie ſubalternātis qđ nō fit in propoſito. ⁊ ſic patet minor: et per conſequens tota ratio. Hec autem magis patebunt ex ſolutione argumentorꝫ. ❡ Ad primū articulū dicendū

D. Ad rōes pncipales Ad .i. ꝙ dependentia ſcientie a ſcientia que eſt ex parte ſciētis non ſufficit ad ſubalternationem: vt declaratū fuit prius: ſed requiritur dependentia ex parte ſcibilis ex qua conſurgit talis habitudo: ꝙ ſuperior dicat propꝶ quid de principiis inferioris ſciētie de quibus ipſa ſolum dicit quia: taliter autem non dependet theologia

E. Ad .ij. a ſcientia beatorum ſed ſolum primo modo. ❡ Ad ſecundum dicendum q: maior propoſitio eſt falſa: quia linea habet aliquas paſſiones nobis notas: et de quib⁹ conſiderat geometria que poſſunt eſſe cauſa propter quā accidit diuerſitas in mō videndi vt prius dictum fuit. Et ideo inter ſcientiam conſiderantem lineam. et conſiderantem lineam viſualē poteſt eſſe vera ſubalternatio: ſed deus non habet aliquā proprietatē ꝗ ſit cauſa noſtre ſalutis: vel que dicat cauſam propter quā ſaluat nos: niſi voluntatem ſuam ſicut ſcriptum eſt. Saluum me fecit quoniā voluit me. Et hāc nō accipit theologia a ſcientia beatorum: ſed habet a ſe ipſa ſicut cetera: et ideo non conſurgit talis habitudo ꝙ ſcientia que habet deum pro obiecto dicat propter quid de his

F. Ad .iij. de quibus theologia dicat ſolū q. Et ideo non eſt ſimile hic et ibi. ❡ Ad tertiū dicendum ꝙ non ſemper ſubalternatur ſcientia: ſcientie quando finis vnius ordinat ad finē alterius: quia ſunt morales ſcientie que docent animū quietari a paſſionib⁹ quo facto aptior eſt ad ꝯtēplationē veritatꝭ ſubalternarēꝶ oīb⁹ ſciētiis ſpeculatiuis: qđ nō dicim⁹ ſed requiriꝶ ad veram ſubalternationē ꝙ ſubiectū vni⁹ ordineꝶ ad ſubiectū alteri⁹ tāꝗ ad finē: et ꝙ ſupior ſciā vtaꝶ ſubiecto inferioris ſcie ad conſecutionem proprii finis. Uerbi gratia frenum vel factio freni de qua eſt ars freni factiua ⁊ equitatio de qua eſt ars eqſtris. ⁊ militare de quo eſt ars militaris ſic ſe habent ꝙ frenum eſt finaliter propter equitationē: et eo vtitur ars equeſtris in equitando: ⁊ viſus eqđ eſt finaliter propter bene pugnare ⁊ eo vtitur ars militaris ad bene pugnādū. Et ex hac ordinatione cōſurgit ꝙ ſuperior ſciētia dicit propter quid de hoc de quo inferior dicit ſolum q: ſicut equeſtris dicit propter qđ frenū debet eſſe talis forme: de quo frenifactiua dicit ꝙ forma debet eſſe talis: ſꝫ equeſtris dicit propter qđ ſcilicet quia talis forma eſt neceſſaria ad bene ducen-

dum et regendum equum: ⁊ eadem ratio eſt de milita-
G. ri reſpectu equeſtris. ¶ Nunc eſt ita q̄ ſpeculatio vie
nõ eſt ſubiectũ theologie noſtre. Opus autem meri-
toriũ licet ſit ſubiectũ theologie practice. ſcientia tamẽ
beatoꝝ nõ vtitur tali opere ad ↄſecutionẽ ſui finis: qꝛ
nec tali a opera ſunt in vita beata. Et ideo non dicit de
opere meritorio propter quid eſt fiendũ ſic. vel aliter
ſicut dicit theologia noſtra: propter quod nõ eſt ibi ſub
alternatio.

## Utrum theologia ſubalternetur metaphiſice. Queſtio. viii.

H. Arguit. i. Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur q̄ theologia ſubalternetur meta-
phiſice: q̄ ſcientia que dicit propter quid: de
his de quib⁹ theologia dicit quia: ſubalter
nat ſibi theologiam: ſed metaphiſica ẽ hmõi. ergo ⁊c. Ma
ior patet ex precedentib⁹: minor probaẽ. Theologia eñ
dicit q̄ deus eſt vnus: metaphiſica autem dicit propter
quid eſt vnus: videlicet ex eo q̄ eſt primũ ens ſimpli-
Arguit. ii. citer et oĩno perfectum: tale eñ neceſſario eſt tñ eſſe
vnum: vt infra patebit. quare ⁊c. ¶ Item illa ſcientia
que ſupponit ea que probantur in alia ſciẽtia: ⁊ vtitur
eis tanq̄ principijs videẽ illi ſcientie ſubalternari: ſed
theologia ſic ſe habet ad metaphiſicã. ergo ⁊c. Minor p̱-
batur: qꝛ theologia ſupponit deũ eſſe vnũ: ⁊ vtitur hoc
vt quodã principio: iſtud aũt probatur in .ij. metaphi-
ſice. Et iterũ. proceſſus theologie ↄfirmatur per idem
principium declaratũ in metaphiſica. de quolibet affir
matio vel negatio: et de nullo ambo ſimul: quare ⁊c.
In oppoſitum ar. i. ¶ In ↄtrariũ arguitur q̄ theologia ſubalternet ſibi a-
lias ſcientias humanitus inuẽtas. Et primo q̄tũ ad
practicas ſic. Scientia que eſt de vltimo fine ſubalter-
nat eas que ſunt de medijs finibus qui ſunt fines ſub
fine: Sed theologia eſt de vltimo fine: ergo ſubalternat
Arguit. ij. ſibi ſcientias practicas humanit⁹ inuẽtas que ſunt de
fine medio et propinquo qui eſt finis ſub fine. ¶ Item
arguitẽ quo ad ſpeculatiuas: qꝛ ſcientia q̄ dicit propter
quid de principijs aliarũ ſcientiarum ſubalternat ſibi
alias. Sed theologia eſt hmõi. ergo ⁊c. minor probaẽ: qꝛ
natur aliis ſcientia dicit q̄ talis res habet talem virtu
tem. theologia aũt dicit qꝛ deus hoc voluit ſibi dare: et
I. hoc dicendo dicit cauſam quare ⁊c. ¶ Circa queſtio-
Deciſio q̄ſtionis. nem iſtã videnda ſunt duo. ¶ Primũ eſt vtrum theo-
Articu. i. logia ſubalternet ſibi alias ſciẽtias. ¶ Secũdum eſt
vtrum ſubalterneẽ alijs. ¶ Quãtũ ad primũ dicendũ
eſt q̄ theologia nõ ſubalternat ſibi alias ſciẽtias Cui⁹
ratio eſt: qꝛ ille ſciẽtie que hñt de ſuis principijs euidẽ
Theologia nõ ſubalternat ſibi alias ſciẽtias. tiorẽ notitiam q̄ ſit illa q̄ de eis traderetur per theolo
giam nõ ſubalternatur theologie. Sed ſciẽtie huma
nitus adinuẽte ſunt hmõi. ergo ⁊c. maior patet: qꝛ propter
ſubalternatio eſt qñ inferior ſcientia dependet a ſupi-
ore q̄tuñ ad perfectam cognitionẽ ſuorũ principioꝝ.
Et ideo nõ poteſt eſſe q̄ p̄ ſcientiã ſubalternatam p̄fe
ctius cognoſcantur principia q̄ per ſcientiã ſubalter-
nantem. et per ↄſequẽs nec euidẽtius: qꝛ euidentia p̱
ſe pertinet ad perfectionẽ cognitiõis: et magꝭ q̄ ad-
heſio que poteſt eſſe de falſis. propter quod illa cogni
tio eſt perfectior q̄ eſt euidentior. minor ſimiliter patꝫ
qꝛ ſcientie humanit⁹ adinuẽte habent de ſuis princi-
pijs clarã ⁊ euidẽtẽ via ſenſus. memorie. ⁊ experiẽtie: vt
dictũ eſt ſupra: et vt pꝫ ex proemio meta. Theologia
aũt ſi quã tradit de eis cognitionẽ illa eſt enigmatica
K. tantum: qꝛ eſt per ſolaꝫ auctoritatem ið ⁊c. ¶ Quãtũ
Artic. ij. ad ſecundũ dicẽdum q̄ theologia non ſubalternatur
Theologia nulli ſciẽtie ſubalternaẽ. alicui ſcientie hũanitus adinuente. Et patet dupli-
citer. Primo qꝛ theologia plus dependet a ſciẽtia dei
et beatoꝝ q̄ a quacũq̄ ſcientia humanit⁹ inuẽta: Sꝫ
ipa nõ ſubalternaẽ ꝓprie ſciẽ btõꝝ vt patet ex precedẽ
ti queſtione ergo nec alicui humanit⁹ inuente. ¶ Secũdo
qꝛ nulli⁹ modus ſubalternatiõis inueniri põt int̃ ipam

et illas vt pꝫ diſcurrẽdo p̱ ſingulas. Nõ eñ ſubiectũ cu-
iuſcũq̄ ali⁹ ſciẽ eſt finis ſubiecti theologie q̄liter cũq̄
accepte ſꝫ poti⁹ e cõuerſo nec alie ſciẽ dicũt cãm de pri
cipijs cuiuſcũq̄ veritatis de q̄ theologia dicat tñ qꝛ
ergo nullo mõ ſubalterñaẽ theologia alicui ſciẽ hũanit⁹ in-
uẽte. Ad rõnes vtriuſq̄ partis reſpondendũ eſt. Ad p̄ L. Ad rões i oppoſitũ. Ad p̄mã.
mã per interemptionẽ minoris. ⁊ cũ probatur p̱ hoc qꝛ
metaphiſica dicit propter quid deus eſt vnus: de quo
theologia dicit ſolũ quia: dicendũ q̄ falſum eſt: qꝛ deum
eſſe vnum non habet cauſam. vnde licet deum eſſe pri
mũ ens ſimpliciſſimum. ⁊ vndiq̄ꝫ perfectum cõclu
dat infallibiliter deum eſſe vnum et poſſit eſſe quo ad
nos medium cognoſcendi: tamẽ nõ eſt cauſa rei cogni
te nec de ea dicit propter quid. ¶ Ad ſecundum dicen M. Ad ij.
dũ q̄ ſupponere ea que in illa ſcientia probantur et vti
eis non ſufficit ad ſubalternationem. Alioquin oẽs
alie ſcientie ſubalternarentur logice: qꝛ ſupponũt mo
dum arguendi: ⁊ vtuntur eo: q̄ ſi intelligatur non de
modo ſciendi: ſed de principijs ſcientie. vt argumentũ
videatur aſſumere: dicendum eſt tunc q̄ aſſumere prin-
cipia probata in alia ſcientia probatione que ſit a prio
ri per cauſam dicentem propter quid: bene facit ad ve-
ram ſubalternationem: ſed theologia nichil tale aſſu-
mit a metaphiſica: tum quia q̄ deus ſit vnus non aſſu-
mit ab ea ſed tenet hoc ſola auctoritate diuina: cui ma
gis innititur q̄ cuicunq̄ rationi humane: tum qꝛ me-
taphiſica non probat deum eſſe vnum per cauſam a p̄o
ri: ſed ſolum a poſteriori: quod aũt ſubditur q̄ proceſ-
ſus theologie confirmatur per illud principium meta
phiſicũ de quolꝫ affirmatio vel negatio et de nullo am
bo ſimul: verum quidẽ eſt: ſed non oportet q̄ ſumatur
a metaphiſica: qꝛ per ſe notũ eſt cuicunq̄ intelligenti
terminos nec metaphiſica dicit d̄ hoc ꝓpter quid: ſed
ſolum dat declarationes quaſdam contra negãtes vo
ce q̄uis non poſſint negare mẽte. ¶ Ad rationes alte N. Ad rões. poſt oppoſitũ Ad p̄mã.
rius partis dicendũ eſt ad primã cũ dicitẽ q̄ illa ſcien-
tia que eſt de fine vltimo ſubalternat ſibi alias. verũ
eſt ſi alie conſiderent ſua ſubiecta in ordine ad finem
illũ: ſicut frenifactiua conſiderat frenũ in ordine ad eq̄-
tationẽ. Et ſi ex tali ordine conſurgat hec habitudo q̄
ſuperior ſcientia dicat euidẽter propter quid de princi
pijs inferioris ſcientie. neutrum autẽ iſtorum eſt inter
theologiã et alias ſciẽtias: qꝛ ſciẽtie practice q̄uis ſit
de talibus q̄ poſſint ordinari ad illud de quo eſt theolo
gia tamen non conſiderant ea vt ſub tali ordine: nec
theologia dicit de principijs eorum propter quid vel
ſaltem non euidẽter. Quod arguitur vltimo de theo
logia q̄ dicit propter quid de principijs aliarũ ſciẽtia
rum: quia voluntas dei eſt cauſa rerum: dicendum q̄
iſtud non valet propter tria. ¶ Primũ eſt qꝛ ſcientia O. Propter tria theologia non dicit ꝓpt quid d̄ pncipijs aliarum ſcientiarum.
ſubalternata neceſſario habet accipere propter quid
a ſubalternante: quia aliter ſe habere non poteſt. Sciẽ
tie autem hũane non habent neceſſario accipere iſtud
propter quid a theologia. Per rationeꝫ enim natura
lem poteſt ſciri q̄ deus eſt cauſa rerum per volunta-
tem a deo ⁊c. Secundo quia iſtud propter quid nõ red
ditur niſi per cauſam remotam quod non ſufficit ad p̱
priam ſubalternationẽ. Tertio quia iſtud propter q̄d
non manifeſtat ipſum quia: vel non euidenter: ſed
econtrario per ipſum quia innoteſcit ipſũ propter q̄d
non enim theologus: vel quicunq̄ alius philoſophus
nouit voluntatẽ dei: ac deinde per voluntatẽ notã cognoſ-
cit q̄ talis res habet taleꝫ virtutẽ ſed econuerſo: qꝛ hoc
q̄ videm⁹ q̄ talis herba hꝫ talẽ virtutẽ cognoſcim⁹ vo
luntatẽ dei eſſe q̄ talis herba poſſit hoc vel illud facere
ideo tale ꝓpter quid nõ facit ad verã ſubalternationẽ.

**Sequitur diuiſio littere magiſtri ſententiarum cum ſententia eiuſdem in generali et ſpeciali. Et primo prime diſtinctionis primi libri.**

A. Sñia lr̃e i generali.

Veteris ac noue legis. Hic incipit tractatus Et diuiditur in duas partes ¶ Primo enim magiſter p̃mittit quedam generalia totiꝰ operis prelibatiua. ¶ Secundo ſuã intentionẽ exequit. Et hoc in principio ſecũde diſtinctiõis ibi. Hic itaq; vera et pia fide. ¶ Prima eſt preſentis lectiõis. Et diuidit in tres partes. In prima magiſter determĩat ſuã intentũ. In ſcda mouet q̃ſtiones circa determinata. In tertia ponit quandam epilogationẽ in qua ↄ̃mĩat dicta dicendis. Secũda incipit ibi Cũ autẽ hoĩs. Tertia ibi Oĩa ḡ que dicta ſunt. ¶ Prima pars diuidit in tres. q: primo p̃mittit quandã diuiſionẽ valentẽ toti operi. Scdo membra diuiſionis declarat. Tertio mouet quãdã dubitationem. Secunda incipit ibi. Illud vero in rebꝰ conſiderandũ eſt. Tertia ibi notandũ vero ꝛc. ¶ Secũda pars principalis in qua mouet queſtiões diuiditur in tres partes ſcdm tres q̃ſtiones quas mouet. Secunda incipit. ſed cũ deus diligat nos. Tertia ibi Hic cõſiderandũ eſt. Cuilibꝫ autẽ queſtionũ adiungit ſuã ſolutionem. Et hec eſt diuiſio et ſententia in gñali.

B. Sñia lr̃e prime diſtinctionis in ſpeciali.

In ſpeciali ſic ꝓcedit magiſter primo ꝓponit q̃ ↄ̃ſiderãti diligent et ſubtilit ↄ̃tinentiam veteris: ac noue legis patet totam ſacram paginã circa res et ſigna verſari ꝛ declarat membra huiꝰ diuiſiõis dicens: q̃ res eſt de his que non adhibent ad aliud ſignificandũ: ſigna vero quoꝝ vſus in ſignificatiõe eſt. Subdiuidit ſigna dicens q̃ ſignoꝝ quedã ſunt ſigna ſolum vt ſacramenta veterꝭ legis. quedã vero ſunt ſigna et res: vt ſunt ſacramenta noue legis. Comparat etiã ſigna ad rem dicẽs q̃ omne ſignum eſt res: nõ eĩ poteſt ſig̃re q̇ nihil eſt: ſed non omnis res eſt ſignũ: q: non oĩs res ad ſignificandum adhibet. Hinc etiã ordinem concludit agendi q: primo eſt agendũ de rebus q̃ in tribus libris continent. ꝛ poſtea de ſignis q̇ fit in. iiij. lib. Deinde ponit ſubdiuiſionẽ rerũ q: alie ſunt quibꝰ fruendum eſt: Ille ſcꝫ que beatos nos faciũt vt trinitas: pater ꝛ filiꝰ: et ſpiritus ſanctꝰ. Alie ſunt quibus vtendum eſt: ille .ſ. quibus tendentes ad beatitudinem adiuuamur: vt creature per quas in deũ manuducimur. Et hoc confirmat magiſter per Auguſtinũ. Alie ſunt res que fruuntur et vtuntur vt creature rõnales in medio ſituate fruendoꝝ .ſ. et vtendoꝝ: vbi determinat quid eſt frui ꝛ quid vti. Poſtea remouet quandã dubitationeꝫ vbi ſic procedit. Primo eĩ ponit quãdã aliã aſſignationem de frui: ꝛ vti: q: frui eſt vti cum gaudio non ſpei ſꝫ iam rei. vti vero eſt aſſumere aliquid in facultatem volũtatis. vnde concludit q̃ oĩs fruitio ſub vſu ↄ̃tinetur. Scdo ex hoc opponit contra predicta dicẽs q̃ ſoli beati fruuntur: q: ſolum habẽt gaudiũ rei Tertio reſpondet dicens q̃ ſoli beati fruunt ꝓprie: et perfecte: iuſti vero in via improprie: et imperfecte. Aliam etiam queſtionẽ ſoluit dicens. quõ iuſti in via habent gaudium reale: iõ etiã realit loquẽdo oportet q̃ etiã fruantur: q: quicunq; alicui rei cum delectatiõe adheret fruit: ſed ſi iſta fruitio et adheſio alibi ſit q̃ in deo ſic ẽ abuſiua fruitio. Deinde querit vtrum homĩbꝰ ſit fruendum: an vtendũ. Et reſpondet ſcdm Auguſtinũ q̃ vtendũ eſt: non fruendũ: q: propter ſe non ſunt diligendi: q: tamẽ videtur dicere Apoſtolꝰ q̃ hominibus ſit fruendũ ad philemonẽ dicens itaq; frater ego te fruar in dño. Et reſpondet ſcdm Aug. q̃ non dicit ego fruar te: ſed addit in domino: homine ſic in deo frui potiꝰ eſt deo frui q̃ hoĩe. Contra querit vtrum deꝰ vtat nobis: an fruatur. Et dicit q̃ non fruit ſed vtitur. Sed tamẽ differenter q̃ nos: q: nos vtimur aliis rebus propt noſtrã vtilitatem. Deus autẽ nobis vtitur non ad vtilitatẽ ſuã: ſed ad noſtram. Et exempla habent ex verbis Aug. Hoc habito querit vtrum virtutibus ſit fruendũ. Et primo oſtendit per auctoritatẽ Auguſtini q̃ nõ tali ratione. Omne quo eſt fruendũ propt ſe eſt amandũ: virtutes autem nõ ſunt propter ſe amande ſicut oſtendit auctoritate Aug. ḡ virtutibꝰ nõ eſt fruẽdũ. Sed q̃ virtutibus ſit fruendũ et propter ſe ſunt appetẽde oſtẽdũt auctoritates Ambroſij. Et reſpondet magiſter q̃ non eſt fruendũ virtutibus: ꝛ q̇ dicit Ambroſiꝰ q̃ propt ſe ſunt appetende vel amande hoc eſt q: delectãt ſuos poſſeſſores: et habent aliquid vnde propt ſe amentur: tñ earũ amor ad aliud ordinat. vnde non eſt in eis ſiſtẽdum: ſed vlterius per eas ad beatitudinẽ eſt tendẽdũ Sed contra hanc ſolutionem obijcit ſic. frui eſt amore alicui inherere propter ſe: ſed hoc eſt intelligendũ cuꝫ hac additiõe tacita q̃ amor non referat ad aliquid ſed ſic non eſt inherendũ virtutibus propter ſe: ſed vlteriꝰ ꝓpter beatitudinẽ eſt virtutibꝰ inherendũ. Et hoc oſtẽdit auctoritate Auguſtini. Et ideo virtutibꝰ non eſt fruendũ ſed deo. ¶ Alterius recapitulat ea q̃ dicta ſunt oſtẽdẽs ſecundũ quẽ ordinẽ de eis ſit tractaturꝰ: quia prius de rebꝰ q̃ de ſignis. Et prius de rebus quibus fruendum eſt: q̃ de eis quibus vtendum eſt. ꝛ hec eſt ſententia in generali et ſpeciali.

## Utrum frui ſit actus intellectus an voluntatis. Prima queſtio prime diſtinctionis.

Circa diſtinctionem iſtã queritur de duobus in generali .ſ. de fruitione et vſu. Circa fruitionem queruntur duo. Primum eſt cuius potẽtie actus ſit frui. C. Secũdũ eſt quid ſit obiectum fruitionis. Ad primũ Arguit. i. ſic procedit. Et arguit q̃ frui ſit actus intellectꝰ: q: nobiliſſimus actus videt eſſe nobiliſſime potentie fruitio nominat actuꝫ nobiliſſimũ: intellectꝰ eſt nobiliſſima potentia ḡ fruitio eſt actus intellectus. Arguit. ij. ¶ Item fruẽdo bonum fruimur. ſed hoc eſt habere q̇ noſſe ſcdꝫ Aug. libro. lxxxiij. q. ḡ frui eſt ideꝫ q̇ noſſe. ſed noſſe eſt actꝰ intellectꝰ: ḡ ꝛc. ¶ In contrarium eſt Auguſtinꝰ et habetur in littera. q̃ frui eſt amore inherere alicui rei propter ſeipſaꝫ. In oppoſitum. Amor autẽ pertinet ad voluntatem. ḡ ꝛc. Reſpõſio. videnda ſunt duo. ¶ Primũ eſt quid ſit fruitio: et quot requirunt ad fruitionẽ. Duo articuli in queſtione. Et ex hoc ſcdo apparebit quod querit. ¶ Quantũ ad primum ſciendũ eſt q̃ ſignificata noĩm probare non poſſumꝰ niſi ex vſu ꝛ acceptione doctoꝝ ꝓcatus aũt Auguſtinꝰ. xij. de ciuitate dicit q̃ nomẽ fruitiõis a fructu deſcẽdit: fruimur Articulꝰ. i. Quid fruitio. eĩ fructu. ſicut cibamur cibo: fructus autẽ eſt illud q̇ vltimo de arbore: ꝛ cũ quadam delectatiõe percipitur Fruitio ḡ includit delectationẽ: propt quod cuꝫ aliq̃s multum delectat in aliqua re dicimꝰ q̃ fruit ea. delectatio autẽ requirit cognitionem: q: delectari non eſt niſi cognoſcentis: vt habet. vij. ethicoꝝ. iõ fruitio requirit cognitionem preuiã delectationi. non autẽ quecũq; delectatio ſufficit ad fruitionẽ: ſed illa que quietat appetitum vel totalit vel in illo gñe q̇ concordat predictis Fructus eĩ eſt non quicunq; ex arbore proueniẽs: ſꝫ vltimus vltra q̇ nihil aliud expectat: ſic fruitio a fructu dicta eſt delectatio non quecunq;: ſed illa in qua finaliter quietatur appetitus. ¶ Patet ergo q̃ tria concurrunt ad fruitionem: cognitio: delectatio: ꝛ quietatio. D. Tria ad fruitioneꝫ cognitio / delectatio ꝛ quietatio. ¶ Horũ autẽ trium primũ .ſ. cognitio non pertinet ad eſſentiam fruitionis intrinſece: ſed antecedẽter. Cuiꝰ ratio eſt q: fruitio aut eſt delectatio: vel ſaltem non poteſt eſſe ſine delectatione: ſed cognitio non eſt delectatio ſed poteſt eſſe ſine oĩ delectatiõe: ḡ fruitio non eſt eſſentialiter ipſa cognitio. Maior patet ex dictis. minor probat. q̃ eĩ cognitio nõ ſit delectatio: patet de ſe eo q̃ cognitio pertinet ad potẽtiam cognitiuã: delectatio autẽ ad appetitiuã. q̃ etiam poſſit eſſe ſine delectatione videt cum prius poſſit eſſe ſine poſteriori vel ſcdm naturam: vel ſaltẽ diuina virtute cognitio autẽ prior ẽ delectatiõe: iõ inuenit quãdoq; ſine delectatione naturaliter: triſtitia eĩ q̃ excludit delectationẽ neceſſe

tio requirit cognitionē poteſt etiā eſſe ꝙ habendo co-
gnitionem cuiuſcūqꝫ etiā ſupremi boni non ſequit̄ de-
lectatio. Fruitio aūt nequaquā eſt vbi delectatio non ē
q: ſi poſſet eſſe ſine delectatiōe: pari ratione poſſet eſſe
cum triſtitia: quod enim non coexigit vnū oppoſitorū
poteſt ſtare cum reliquo. ¶ Relinquit̄ ergo ꝙ fruitio nō ſit
cognitio eſſentialiter: ſed preexigit cognitionem ante
cedentem: q: non delectamur nec fruimur niſi cognitiſ.
¶ Delectatio aūt ſe habet ad fruitionē ſicut genus ad
ſpeciem: ſed quietatio ſicut differētia ſpecifica vel cam
Fruitio ē actus voluntatis circumloquēs. Eſt eīm fruitio delectatio non quecūqꝫ
ſed quietans appetitū. Et hoc eſt quod dicit Auguſti
nus. x. de trinitate dei q: fruimur cognitis in quib⁹ vo
luntas delectata propter ſe conquieſcit. ¶ Et ex hoc patet
ſcdm q̄d queritur cuius potētie actus ſit frui: q: volūta
tis. Quod patet dupliciter primo ex ſuo genere: ſic il-
lius potentie eſt frui cuius eſt delectari: Sed delecta
ri eſt actus volūtatis. ergo et cetera. Secūdo patet ꝑ dē
ex eius ſpecifica differētia ſic. eiuſdē ē moueri ad terminū
et quieſcere in termino: Sed deſiderium de bono ha-
bendo et fruitio de bono habito ſe habēt ſicut motus et
E. quies. ergo eiuſdem eſt deſiderare et frui: ſed deſiderium
Ad primū pncipale Nota eſt actus appetitus. vel voluntatis: ergo et fruitio. ¶ Ad
primum dicēdū ꝙ fruitio non eſt nobiliſſimus actus:
ſed eſt delectatio conſeqns nobiliſſimū actū. ſ. actū in
tellectus circa nobiliſſimū obiectū. vnde fruitio nō no
F. minat actū beatificantē nos eſſentialiter: ſed delecta
Ad. ij. tionē ſuperuenientē beatitudini ſicut ſuperuenit pulcri
tudo iuuentuti. Ad ſcdm dicendū ꝙ habendo ſummū
bonū fruimur: ſed ipſū habere nō ē frui ſed quoddā
ꝑſupoſitū fruitioni ſicut noſſe ꝑſupponit̄ delectatōi.

## Secunda queſtio.

G. Secūda queſtio. Secundo queritur de obiecto
fruitionis vtrum illud ſit ſolū de⁹: vel poſ
ſit eſſe aliquid aliud. Et videtur ꝙ non ſo-
Arguit̄. i. lum deo ſit fruendū: q: omne illud poteſt
eſſe obiectū fruitionis q̄d poteſt quietare voluntatem
et implere eius capacitatē ſed aliud a deo poteſt quie-
tare voluntatem et implere eius capacitatem ergo ꝛc.
maior patet ex ſupradictis. minor probatur q: omne fi
nitum poteſt impleri aliquo finito quod non eſt deus:
Scdo. ſed capacitas voluntatis eſt finita. ergo poteſt imple-
ri aliquo finito quod nō eſt de⁹ et hec fuit minor. ¶ Itē
quod amatur propt̄ aliud non eſt obiectum fruitiōis:
ſed deus amatur propt̄ aliud. Amatur eīm a aliquibus et ſeruit̄
In oppoſitum ꝑpter mercedē vt dicit quedā gloſa ſuper illō Luc. xv.
q̄ti ergo mercennarij ꝛc. ¶ In contrarium arguit̄ q:
ſolo fine vltimo fruēdū eſt: ſed ſolus deus eſt finis ſim
pliciter vltimus: ſicut eſt agens ſimplicit̄ primū ergo ſolo
deo eſt fruendū. ¶ Reſponſio. dicenda ſunt duo Pri
mum eſt ꝙ immediatum obiectū fruitionis non eſt de-
us: ſed aliquis actus quo de⁹ a nobis attingit̄. ¶ Se-
cundū eſt ꝙ obiectū fruitiōis remotum eſt ſolus deus.
H. Primum patet premittendo duas diſtinctiones neceſ
Prima diſtinctio ſuppoſita ſarias ad propoſitū. ¶ Prima eſt de fine: eo ꝙ delecta
tio qua quieſcit voluntas in aliquo vt in fine eſt fruitio
Finis eīm dr̄ dupliciter: vno mō res aſſecuta: ſicut finis
auari eſt pecunia. Alio mō aſſecutio rei: ſicut finis aua
ri dicitur poſſeſſio pecunie. Et eodem modo finis crea
ture rationalis eſt deus ſicut res aſſecuta: ſed finis ei⁹
I. vt aſſecutio eſt operatio per quam deum aſſequimur.
Scda diſt. Et hec eſt viſio dei. ¶ Secunda diſtinctio eſt de amore
quia cum fruitio ſit actus voluntatis: et omnes actus
voluntatis radicaliter fundentur in amore: omnes ha
bent aliquo modo iudicari ex amore. ¶ Eſt autem du
plex amor ſcilicet amor beniuolentie: Et amor concu-
piſcentie. ¶ Illud enim amamus amore beniuolentie cui
volumus aliquod bonum: vel aliquam perfectionē. ip
ſum autem bonum vel perfectionem quam volumus
nobis: vel alijs amamus amore concupiſcentie. hoc
premiſſo patet primum propoſitum ſic immediatum

obiectū amoris concupiſcētie non eſt res ſubiecto di-
ſtincta a cognoſcēte ſed fruitio cū ſit delectatio de deo.
et ī deo habito eſt q̄dā amor ꝯcupiſcētie: ergo īmediatū Artic⁹. i.
obiectum fruitionis vel delectationis non eſt deus (cū Prima rō
ſit res a nobis ſubiecto diſtincta) ſed aliquis act⁹ quo ꝓbans ꝙ
a nobis attingit̄ vel habetur: vtraqꝫ premiſſarum patet. de⁹ nō ē im
Et primo maior īductiōe et ſyllogiſmo. Inductione pa- mediatum
tet. diligo vinum dilectione concupiſcentie: nunquid im- obiectum
mediatum obiectum iſtius dilectionis eſt vinum? cer- fructiōis.
te non: ſed vſus vini qui eſt actus guſtatiuus vel guſtā
di non enim diligo vinū immediate: ſed guſtare vinū
et idem eſt in omnibus alijs. Ratione patet idem. illō
amatur amore concupiſcentie quod eſt bonum vel per K.
fectio quam nobis volumus: vel amicis: ſed res ſubie
cto diſtincta nūqꝫ eſt bonum noſtrum niſi ratione act⁹
quo nobis coniungitur ſicut nutrimentū puta panis
aut vinū nūqꝫ eſſet nobis bonum niſi ratione actus
quo nobis coniungit̄ cum comedimus aut bibimus et
ipſa coniunctio eſt bonum noſtrum immediatū ergo res
ſubiecto diſtincta a concupiſcētie nō eſt īmediatū obie
ctum amoris concupiſcentie. et hec fuit maior. minor ꝓ
batur ſcilicet ꝙ fruitio que eſt delectatio de deo et ī deo
habito ſit amor concupiſcentie: q: aut eſt amor concu-
piſcentie: vel beniuolentie. non poteſt dici ꝙ ſit amor
beniuolentie quo velimus aliquid bonum deo q: dele
ctatio de deo habito reſpondet deſiderio de ipſo habē-
do: ſed per tale deſiderium non deſideramus aliquid
deo: ſed nobis. non enim deſideramus deo aliquid ha-
bendū ab ipſo (fatuū enim eſſet tale deſideriū: cum ni
chil futurum poſſit ei aduenire) ſed deſideramus ipm
habendū a nobis quod pertinet ad amorē concupiſcē
tie quo deſideramus nobis aliquod bonum: hoc ē aūt
deum habere vel videre vel aliquid tale: ergo delecta-
tio de deo habito non eſt amor beniuolētie ad deum: ſꝫ
amor cōcupiſcentie retorte ad nos. Item amor habēs
pro formali ratione obiecti bonum vtile vel delectabi-
le eſt amor concupiſcentie. Sic enim eſt in propoſito
ergo. ꝛc. et ſic probata eſt vtraqꝫ propoſitio reſumatur
ergo ratio. Contra hoc tamen obijcit̄ tripliciter. Pri- L.
mo cōtra maiorē illius rationis: ſcilicet ꝙ amor cōcu- Prima inſtantia.
piſcentie poteſt ꝓ immediato obiecto habere rem ſub
iecto diſtinctā ab ipſo: q: laus / fama / et honor ſunt res
ſubiecto diſtincte ab eo qui laudatur / honoratur / vel fa-
matur et tamen cadunt ſub concupiſcentia. Concu-
piſcunt eīm multi famari / laudari / et honorari: et quidā
poſuerunt felicitatem in honoribus vt patet ex primo
ethi. ¶ Secundo inſtatur contra minorem probando Scda inſtantia.
ꝙ delectatio non ꝑtinet ad amorē cōcupiſcentie: quia
illud q̄d principaliter concupiſcit̄ non eſt amor concu
piſcentie: ſed eſt obiectum ipſius: ſed fruitio vel dele-
ctatio eſt principaliter concupita (omnes enim appe- Tertia inſtantia
tunt delectari) q̄re ꝛc. Item amor concupiſcentie eſt ꝓ
prie de futuro: ſed delectatio eſt de preſenti: ergo dele- M.
ctatio non eſt amor concupiſcentie. ¶ Ad primū dicē- Soluꝫ prime īſtāte.
dum ꝙ operatio vnius poteſt eſſe delectabilis alteri.
tripliciter. vnomodo īquantum per operationem alicu-
ius conſequimur aliquod bonum et ſecundū hoc ope
rationes illorum que nobis bonū faciunt ſunt nobis
delectabiles: q: bene pati ab alio eſt delectabile. Alio
modo ſecundū ꝙ per operationes aliorū efficit̄ nobis
aliqua cognitio vel eſtimatio proprij boni. Et propter
hoc homines delectantur in hoc ꝙ laudantur: vel ho-
norantur ab alijs q: ꝑ hoc accipiunt eſtimationem ꝙ ī
ſeipſis eſt aliquod bonū. Et q: illa eſtimatio forti⁹ ge-
neratur. ex teſtimonio bonorum: et ſapientum: ideo in
honoribus horum et laudibus homines magis dele-
ctantur. Et q: adulator eſt apparens laudator: propt̄
hoc adulatores ſunt delectabiles. Tertio mō opatio-
nes aliorū ſūt nobis delectabiles inqꝫtū eſtimāt̄ vt bo
nū proprium propter vim amoris q̄ facit eſtimare ami
cū quaſi eundem ſibi. Ex quibus apparet ꝙ nichil ex
trinſecum ē immediatum obiectū delectationis ex parte

ſecum diuiſio ſcdm eſſe et ſcdm eſtimationē. q aūt dicitur q quidā poſuerunt felicitatē in honorib⁹. bonū quidem eſſet argumentū ſi opinio eſſet vera: ſed falſa eſt propter rationē quā ſubdit philoſophus q honor magis eſt in honorante: q̄ in honorato. ¶ Ideo eſtimans honorem eſſe bonū ſuū decipit: et ſic deceptus delectatur eodē modo quo aliquis delectatꝰ in aliquo qd eſtimat bonum eē: qꝛ voluntas p nullū actū poteſt in aliquod bonum niſi mediāte cognitiōe: Et ideo ſi malū eſtimatur bonū: et bonū extrinſecū extrinſecū intrinſecū poteſt de vtroq̄ eſſe delectatio ſequēs falſam eſtimationem.

**B.** **Ad ſecundam inſtantiam.** ¶ Ad ſcdm dicendū q omnis delectatio pertinet ad amorem ꝯcupiſcentie. quod etiā dꝛ in cōtrarium qꝛ illud qd principalr ꝯcupiſcitꝰ non eſt amor concupiſcentie dicendū q ſi li principalr dicat ſummam et potiſſimā ꝯditionem obiecti ꝯcupiſcētie verū eſt qꝛ potiſſimum obiectū non poteſt eſſe aliquis act⁹ concupiſcentie. Et hoc mō delectatio non eſt principalr ꝯcupita: qꝛ non eſt potiſſima perfectio noſtra: ſed poti⁹ viſio vt declarabitur .iiij. lib. Si autē ly principalr dicat cōditionem obiecti non potiſſimā ſed in cōparatione ad quedam alia obiecta: ſic maior ē falſa qꝛ nihil prohibet aliquē amorem ꝯcupiſcentie puta delectationem illā de qua loquimur eſſe obiectū alterius actus puta deſiderij: et principali⁹ q̄ ſint multi alij actus: ſicut magis deſidero delectari q deſiderarē deſiderare: et tamē vtrunq̄ ꝯcupiſ. ſ. delectatio vt de ſe patet: et deſiderare ſcdm illud pſ. Concupiuit anima mea deſiderare.

**D.** **Ad tertiā inſtantiam.** ¶ Ad tertium cum dꝛ q amor ꝯcupiſcētie eſt ſolum de futuro: dicendū q falſum eſt. Non enī nomē cōcupiſcentie eſt ſolum de futuro. licet enī nomē concupiſcentie ſcdm vſum cōmuni⁹ accipitur pro deſiderio non habiti: tn̄ ſcdm rei veritatem cōuenit etiā complacentie ſeu delectatiōi que habetꝰ de bono habito et hoc etiam oēs ꝯcedunt. Delectatio enī que habetꝰ de cibo vel potu guſtato conſtat q pertinet ad amorem concupiſcentie. Null⁹ enī ſane mentis diceret q pertineret ad amorem amicitie qui non poteſt eſſe ad creaturas irrationales. et ſic patet q inſtātie iſte nō valēt.

**C.** **Scda rō.** ¶ Secundo patet p idē ſic. Idem eſt obiectum deſiderij p̄cedentis: et delectatiōis ſequentis: ſicut idem eſt terminus in quo eſt quies: et ad quē eſt motus: ſed immediatum obiectum deſiderij nō eſt de⁹. ſed aliquis act⁹ quo deū attingim⁹. ḡ immediatū obiectū fruitionis: vꝪ delectationis nō eſt de⁹: ſed aliq̄s actus quo deus attingitꝰ. maior patet: ſed minor probatꝰ qꝛ obiectū deſiderij eſt aliquod futurum: deus aūt ſecundū ſe non eſt futurus: ſed eius viſio ſeu manifeſtatio nobis eſt futura: ergo illa viſio ſeu manifeſtatio que non eſt deus eſt obiectum immediatū deſiderij: et etiam deus vt in illa includitꝰ erit obiectum.

**D.** **Cōtra iſtā rōēꝫ inſtatꝰ** ¶ Contra iſtā rationē inſtatur negando maiorem: qꝛ ſi idem eſſet obiectū deſiderij et delectationis ſequentis: tunc idem eſſet obiectum ſui ipſi⁹: qꝛ delectatio pōt eſſe obiectum deſiderij.

**Solutio.** Sꝫ ad hoc rn̄detꝰ q nō vniuerſalr rō aſſūpſit q idē obiectū ſit deſiderij et delectatiōis ſemꝑ: cū deſideriū poſſit eē obiectū deſiderij: nō idem numero: ſed aliud et delectatio ſimiliter: ſed aſſumitur in ratione dicta q ſecundū partem et non vniuerſalr eſt idē obiectū poſſibile ſic ſcꝫ q vbi eſt eadē ratio obiecti extrinſeci in quod tendit et quieſcit voluntas per deſideriū et delectationē: ibi ē illud idem obiectū immediatū et intrinſecū vtriuſq̄ Et illud non habet aliquam inſtantiā. Sicut enim deſidero vinū nō habitum: et delector in eo habito ita q idē eſt obiectū extrīſecū deſiderij et delectatiōis (ſcꝫ vinū) ſic idem eſt immediatū obiectū vtriuſq̄ (ſcꝫ guſtare vinum) et eodē modo in propoſito de deſiderio: et delectatione reſpectu dei: qꝛ ſicut idē deus eſt obiectū extrinſecum: ita oportet q ſit idē obiectū immediatū et intrīſecū vtriuſq̄. ſ. deſiderij et delectatiōis.

**E.** **Tertia rō.** ¶ Tertia rō principalis eſt iſta. ſicut ſe habent deſideriū: et delectatio ad bonū: ſic ſe habent timor et triſtitia ad malū. ſed ſumma triſtitia quā habent damnati et timor non ſunt de deo ſecundū ſe et immediate: ſed de carentia viſionis diuine: ḡ ſumma delectatio vel fruitio quā habēt beati et deſideriū non ſunt de deo ſcdm ſe: et immediate ſed de diuina viſiōe.

**Inſtātia.** Sed diceret aliq̄s q non eſt ſimile qꝛ deus ſecundū ſe non poteſt habere rationē mali a deo de deo vt ſic non poteſt eſſe triſtitia: ſed qꝛ deus ſecundū ſe poteſt habere rationē boni: ideo de deo ſecundum ſe poteſt eſſe delectatio: ſed illud non valet.

**Solutio.** qꝛ ſicut deus de ſe non habet rationem mali per comparationem ad damnatū: ſed ſolum rōe pene quam infert. Ita deus ſecūdū ſe non eſt bonus beatis niſi ratione premij quod infert: qꝛ ſicut probatum eſt: nihil extrinſecū eſt bonum alicu⁹ ratiōe boni intrinſeci.

**F.** **Rō q̄rta.** ¶ Quarta ratio talis eſt ſecundū philoſophū. x. ethicoꝝ. delectationes diſtinguntꝰ ſecundū operationes quas conſequūtur: et ſcdm eas iudicantꝰ bone vel male. hoc ḡ intelligitur vel de operationib⁹ que ſunt prēie delectationibus et nō ſunt obiectū delectationū ſicut ſūt cogitationes obiectoꝝ. Tales enī ſemꝑ precedunt delectationes que non poſſunt eē niſi de cognitis: nec tn̄ ſemꝑ ſunt obiecta: vel hoc intelligitur de opeꝝib⁹ que precedunt tanq̄ obiecta. Non poteſt intelligi primo modo qꝛ ſcdm cognitionem que p̄cedit omnē delectationem nulla delectatio poteſt iudicari mala: qꝛ omnis cognitio eſt bona. Cognitiones etiā maloꝝ bone ſūt Oportet ḡ q intelligatꝰ ſcdo mō ſcꝫ de operibus que p̄cedunt vt obiecta cognita. Manifeſtum eſt enim q obiectum immediatum cuiuſlibꝫ delectationis eſt aliqua operatio que eſt: vel eſtimatur bonum formale ipſius operātis. et hoc eſt quod dicit philoſoph⁹. vij. et x. ethicorum q delectatio eſt operatio cōnaturalis nō impedita. Et eſt diffinitio per cauſam: qꝛ operatio eſt cā delectatiōis nō aliter q̄ p modum immediati obiecti.

**G.** **Quīta rō.** ¶ Quinta ratio talis eſt: ad delectationem duo requiruntur ſcilicet conſecutio proprij boni: et cognitio boni conſecuti. Et hoc ſic arguitur. Illud ſolum poteſt eſſe propriū: et immediatum obiectū delectatiōis qd eſt: vel poteſt eſſe proprium bonum illius qui delectatur: ſed deus et queciiq̄ res ſubiecto diſtincta ab hoīe non poteſt eſſe proprium bonum ei⁹: immo nō pōt eſſe aliquod bonū eius niſi ratione operationis per q̄ attingitur: ergo nec deus nec aliqua res ſubiecto diſtincta ab homine poteſt eſſe immediatum obiectum delectationis humane. Maior patet qꝛ nullus delectatur in quocūq̄ bono niſi quaten⁹ eſtimat illud eſſe ſuum aliquomodo. vnde philoſoph⁹. viij. ethi. dicit amabile q̄dē bonū vnicuiq̄ autē propriū ad cognitionem enī boni ſecundū ſe que eſt ſpeculatiua nulla affectio ſequitꝰ Hanc etiā poſitionē omnes doctores tenēt: et ſcribūt Minor pbatꝰ: qꝛ qn̄ aliq̄d dicitꝰ tale per denominationem extrinſecā: et aliud dicitur tale per denominationem formalē: id quod dicitur per denominationē formalem nullomodo poteſt conuenire alicui niſi ratiōe formalis denominationis: verbigratia. ſanū dicitur de medicina / et de dieta et de animali: ſed de medicina et dieta per denominationē extrinſecā: de animali vero p p̄dicationē formalem. Et ideo nec medicina / nec dieta poteſt dici ſana niſi ratione ſanitatis q̄ eſt in animali formaliter. Similiter aliquid poteſt dici bonū homini per denominationē extrinſecā que eſt cauſa alicui⁹ bonitatis in homine: ſicut ſol eſt bonus frigeſcenti: qꝛ cauſat in eo calorē qui formaliter eſt bonus ei. nec vnq̄ poſſet dici ſol bonus frigeſcenti niſi ratione caloris qui eſt ei bonus formaliter. Nunc eſt ita q deus non poteſt eſſe bonū hominis formaliter: nec queciiq̄ res ab homine ſubiecto diſtincta: ſed ſolū per denominationē extrinſecā qualiſcunq̄ ſit illa: ergo eſſe bonum hominis nō poteſt cōpetere deo niſi ratione bonitatis formalis que eſt in homīe formaliter: immo plus. q ſicut non eſt alia ſanitas numero q̄ ſanitas que eſt in homine formaliter: et ſanitas a qua denominatur medi

tina: ſed eſt vna et eadem: ſic non eſt alia bonitas qua
deus dicitur bonū hoīs: vel ignis bonus frigeſcenti ꝙ
bonitas per quā beat⁹ eſt bon⁹ formaliter: et bonitas
qua frigeſcens dr̄ bene habere formalr̄. ⁊ ſic patet mi
nor ſequit̄ ġ cōcluſio pñcipalis: ſcʒ ꝙ deus ſecūduʒ
ſe non eſt immediatū obiectū delectatiōis: ſed aliquis
H. actus quo a nobis attingit̄ vel coniungit̄. ¶ Secūdū
Scḋs arti- patet: qꝛ oportet actum quietantem voluntatē eſſe per
culus que- fectiſſimum ſumma perfectione poſſibili haberi natu
ſtionis. re humane: Alioquin reſtaret aliquid deſiderandū et
Deus eſt non eſſet quies: ſed actus quo fruimur ſicut immedia
obiectū re- to obiecto quietat voluntateʒ (vt patet ex nōie fruitio-
motū frui- nis) ġ oportet illum actū eſſe perfectiſſimū perfectiōe
tionis. poſſibili haberi a natura hūana: ſed ſumma perfectio
poſſibilis haberi a nobis eſt ꝙ per actum nobiliſſime
potentie in nobis attingam⁹ nobiliſſimuʒ obiectū qḋ
eſt deus: ġ actus quo ſicut immediato obiecto fruimur
I. habet deum pro obiecto proximo et immediato: ⁊ per
Declara- conſequēs ipſe de⁹ eſt obiectum remotū fruitiōis. Et
tio opi- ponitur tale ſimile. delectatio ſecundū guſtuʒ habet ꝓ
nionis du- immediato obiecto actū guſtandi: ſed pro remoto cibū
randi. guſtatuʒ: ſic fruitio habet pro immediato obiecto viſio
nem dei: ſed pro remoto ipſum deū quaten⁹ eſt obiectū
proximi obiecti. vtrūqꝫ iſtoꝝ innuit Ariſtoteles. ij. rhe.
vbi dicit ꝙ fruibile eſt ex quo non aliud quid dignū ꝑ-
ter viſum queritur. ecce fruibile vocat remotū obiectuʒ.
viſum aūt vocat actū quo attingit̄ qui eſt imediatū ob-
iectum. vtrunqꝫ enim hoꝝ queritur vnū mediāte alio:
et vtroqꝫ fruendo delectamur. ſed qꝛ obiecta ſunt no-
tiora actibus: (actus autē ſumūt rationē ab iſtis obie-
ctis) iō beatus Aug. loquens de his quib⁹ fruimur pri
mo lib. de doctrina chriſtiana dicit ꝙ res quibus fruē-
dū eſt pater ſūt ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus: non quid ex
cludendo actū quo hec cognoſcunt̄ cū prius dixerit ꝙ
ille res quibus fruendū eſt nos beatos faciunt: Effici-
mur autē beati deo obiectiue: ipſo autē actu quo deuʒ
videmus ſum⁹ beati formaliter. ſed hoc facit ꝓpter pñ
K. cipalitatem obiecti reſpectu actus. ¶ Sed cōtra hoc
Inſtātia. arguit̄. qꝛ voluntas nullo actu ſuo. nec deſiderio: nec de
lectatione poteſt ferri niſi in illud quod eſt cognitū ob-
iectiue. Si ergo fruitio non habet deum pro imediato
obiecto ſed cognitionē: vel viſionem dei: ſequit̄ ꝙ ad
fruendū neceſſariū eſt ꝙ non ſoluʒ videam⁹ deū ſed ēt
cognoſcamus nos videre deū. Et ita fruitio non ſeqtur
actum ſimplicem quo videmus deū: ſed reflexum quo
videmus nos videre deū. ¶ Iſtud autē videtur incon
ueniens: primo qꝛ actus intellectus reflexus magis
de propinquo ſe haberet ad beatitudinem ꝙ fruitio eo
ꝙ fruitionem precederet. quod non videtur. cuʒ multi
ponant ꝙ fruitio pertinet ad beatitudinem eſſentialit̄
et ſi non principaliter: ſed viſio. quidā vero principali
ter pauci aut nulli ponunt ꝙ actus reflexus pertineat
Scḋa inſtā- eſſentialiter ad beatitudinem. ¶ Secundo qꝛ appeti-
tia. tus cōcupiſcibilis reſpectu cibi eſt nō ſolū in hoībus
ſed etiā in brutis. In brutis autē imediatū obiectū cō-
cupiſcentie eſt cibus qui eſt ſubiecto diſtinct⁹: ⁊ nō act⁹
eoꝝ: puta act⁹ guſtandi. ġ idē poteſt eſſe in nobis: ſcʒ ꝙ
obiectum immediatū fruitiōis poterit eſſe deus. nō ob
ſtante ꝙ ſit ſubiecto diſtinctus. minor probatur. qꝛ con
cupiſcentia non eſt niſi reſpectu cogniti. Sed bruta
non cognoſcunt actum ſuū: ſed ſolum extrinſecū obie-
ctum: qꝛ potētie que ſunt in brutis cū ſint oēs corporee
et organice nō ſunt reflexiue ſup act⁹ ſuos. ġ non dele-
ctantur de actu ſuo: ſed immediate de extrinſeco obie-
L. cto: quare vt videtur idem poterit eſſe in nobis reſpe-
Solutio ctu dei. Et dicendum ad hoc. ¶ Ad primū ꝙ delecta
prime inſtā- tio quā beati habent de deo ſupponit non ſolū actū ſim
tie. plicē quo cognoſcim⁹ deū: ſed reflexum quo cognoſci-
mus nos videre deū. Et idem eſt de omni delectatione
que eſt reſpectu coꝝ que non habent̄ niſi qꝛ cognoſcū-
tur. Ita ꝙ habere nō ſit aliud ꝙ cognoſcere. Et rō dctā
fuit p̄mo nec oportet repetere. Et ꝙ arguit̄ p̄mo ꝙ tūc

actus reflexus magis de propinquo ſe haberet ad bea
titudinem ꝙ fruitio. Dico ꝙ verum eſt. nā forte idem M.
actus per eſſentiam eſt quo beatus videt deū et videt Nō qḋ ſi
ſe videre deum: ſed vt fertur in deum dicitur rectus: vt idēʒ actus
autem fertur in viſioneʒ dei dicitur reflexus. Et ſi hoc itellectus
eſt verum tunc actus reflexus ſecunduʒ id quod eſt eſ ſit rect⁹ et
ſentialiter pertinet ad beatitudinē: fruitio autem nūꝙ. reflex⁹ ſo-
Si autē actus reflexus ſit alius ab actu recto adhuc lū vn⁹ act⁹
magis de propinquo ſe habet ad beatitudinem ꝙ frui p̄cedit frui
tio. Tū qꝛ fruitionem precedit. Tū qꝛ perficit beatitu- tionē. ſi au
dinem perfectione eiuſdem generis. ſcilicet quo ad tē ſint duo
cognitionem: nec enim omnimodo eſt perfecta cogni- etiā due vi
tio qua quis cognoſcit rem aliquam per actū rectum ſiones pre
niſi perpendat ſe cognoſcere eam quod fit ꝑ actū refle cedāt frui
xū: fruitio autem perficit beatitudinem perfectione al tionem.
terius generis (ſcilicet delectatione) propter quod li-
cet vtrūqꝫ perficiat beatitudineʒ accidētalit̄ magis ta
men de propinquo actus reflexus ꝙ fruitio. et quod di
citur fruitio pertinet ad beatitudinem eſſentialiter: vl̄
principaliter: vel ſaltem neceſſario: credo ꝙ non ſit ve
rum cuʒ deus non ſit obiectū fruitionis: ſed aliqs act⁹
creat⁹ ideo eſſentia beatitudinis non includit fruitio-
nem nec primo nec ſecundario. Ad ſecundum dicenduʒ N.
ꝙ bruta non ſolum cognoſcunt exterius obiectum Ad ſcḋaʒ
ſed etiam actum proprium ſiue per eandem potentiaʒ inſtantiā.
cuius eſt actus ſiue per aliam. ſicut enim non ſolum vi
demus colorem exteriorem: ſed perpendimus nos vi
dere: et hoc per eundem viſum aut per ſenſum cōmu-
nē. ⁊ ſic etiā bruta in quibus ſunt perfecte potentie ſen
ſitiue: Et forte omnia: licet magis confuſe ⁊ indiſtincte Bruta hñt
Et ideo falſuʒ eſt qḋ aſſumit ratio: ſcilicet ꝙ bruta non act⁹ refle-
cognoſcant actum ſuum: cognoſcunt enim ⁊ in ipſo co xos.
gnito delectantur. ¶ Ad rationes principales dicen- O.
dū eſt ad primā cū dicitur ꝙ capacitas volūtatꝭ cū ſit fi Ad p̄mam
nita poſſet impleri ꝑ aliquid finitum. dicendū ꝙ verū ē in rōem pñci
formatiue. Unde tam delectatio voluntatis ꝙ cogni- palem.
tio intellectus beati eſt aliquid finitum quibus capa-
citas intellectus et voluntatis terminantur informati
ue: ſed illud quod terminat capacitateʒ eoꝝ obiectiue
oportet eſſe infinitum. Cuius rō eſt qꝛ obiectum intel-
lectus eſt ens ſm̄ cōmunē rationē entis: et obiectū vo
luntatis eſt bonuʒ ſcḋm communē rationem boni. Et
ideo nihil poteſt ſic terminare capacitatem intellect⁹
et voluntatis obiectiue niſi habeat aliquo modo ratio
nem omnis entis et oīs boni: et tale eſt infinitum: ſed
hoc intereſt inter intellectum et voluntatē: qꝛ intelle-
ctus tale obiectum reſpicit immediate: voluntas autē
mediāte intellectu. Et hoc dupliciter ſm̄ duos actus
voluntatis qui ſunt amor beniuolentie et amor concu P.
piſcentie. Nam ſecunduʒ amorem beniuolentie bene Quō volū
fertur voluntas in deum cognitum obiectiue: Non au tas fert̄ in
tem in ipſum cognoſcere ita ꝙ cognoſcere precedit di deū ſm̄ du
ligere: ſed non eſt eius obiectum nec pars obiecti. ſed os actus
ſecundum amorem concupiſcentie fertur in deum co-
gnitum: et in ipſuʒ cognoſcere obiectiue: qꝛ deus non
poteſt eſſe immediatum obiectū amoris cōcupiſcētie:
ſed hoc ē aliquis act⁹ quo a nobis attingit̄. et hoc ē co
gnoſcere tamē ꝙ talis actus terminet capacitatem vo
luntatis hoc habet ratione obiecti quod eſt infinitum.
¶ Ad ſecūdum argumētū cū dr̄ ꝙ illud qḋ amat̄ pro-
pter aliud nō eſt obiectum fruitionis. verum eſt ſi ama
tur propter aliud qḋ ſit diligibile amore concupiſcētie Q.
qua in tali nō quietat̄ voluntas concupiſcētie ad quā Ad ſcḋaʒ
pertinet fruitio: ſʒ aliud vltra queritur: ſed illud quod p̄ncipaleʒ
amatur propter aliud quod diligitur amore amicicie
vel beniuolentie poteſt eſſe obiectum fruitionis. Cui⁹
ratio eſt qꝛ illud qḋ amatur amore concupiſcentie ſem
per amatur propter id quod amatur amore beniuolen
tie. Eſt enim aliquod bonum vl̄ aliqua perfectio quā
volumus nobis: vel amico: vnde ipſam beatitudinem
creatam que immediatum eſt obiectum fruitionis di-
ligimus propter nos. Et plus debemus nos diligere

q talem beatitudinam cũ ſit quedam perfectio noſtra accidentalis. Et cũ dr q de⁹ amat propter aliud: dicē dũ q aut loqueris de amore beniuolentie: et tunc hoc eſt falſum nec eſt ad propoſitum. Falſum quidem eſt: qꝛ de ratione amoris beniuolentie nõ ſolum reſpectu dei ſed etiam cuiuſcunq alterius eſt illud diligat q pro pter ſe: etiã ſi nihil ꝯmodi deberet diligenti inde proue nire. propter quod dicere q deus diligat amore be niuolentie et tñ propter aliud non ſolũ ē falſuz: ſed et videt̃ īplicare contradictionem. ¶ Item non eſt ad ꝓ poſitum qꝛ obiectũ fruitionis de quo querim⁹ vt ſic nõ amat̃ amore beniuolentie: ſed ꝯcupiſcentie vt probatũ fuit. Si vero loquaris de amore concupiſcentie ſic ad huc illa maior eſt falſa: qꝛ de⁹ ſm ſe nõ amat̃ amore cõ cupiſcentie: ſed actus quo attingit̃. deus autē ſoluz in

A. illo actu includitur. Et qd additur q ei licite ſeruitur propter mercedē: dicendũ q ſeruire deo. ꝓpt̄ merce dem (ſic q principalis cã ſit merces) illicitum eſt: quia deus eſt honorificand⁹: ipſi eñ eſt obediendũ etiã ſi nihil mercedis deberem⁹ inde habere. qꝛ etiã hoc faci endo non poſſumus reddere equiualens. Si aũt ex hoc q ſeruim⁹ deo expectamus mercedem nõ tã q̄ p̄n cipalem cām ſeruitij (qꝛ abſq mercede ſeruiremus: et obediremus deo) licitum eſt. ſed eſto q licitũ eſſet ſerui re deo principalit̄ ꝓpt̄ mercedē: tñ nõ ſequeretur q diligeremus deũ propter aliud: ſed ſolũ q diligerem⁹

B. ſeruitium impēſum deo ꝓpt̄ remunerationē haben

Ad rõem poſt oppo ſitum. dam ab ipſo. ¶ Ad argumentũ alterius partis dicẽ duz q proximũ obiectũ fruitionis eſt vltimus finis quo: q̄ eſt aſſecutio rei: ſed remotum eſt finis vltimus q̄ ē res aſſecuta. licet aũt ſolus deus ſit vltim⁹ finis noſter ſe cundo mõ: tñ primo mõ aliud a deo põt eſſe vltimus fi nis et immediatum obiectum fruitionis.

## Utrum vti ſit actus intellectus. Queſtio. iii.

ſolute accepta niſi cōparet̄ ad realē diuerſitatem
que in creaturis eſt vl̄ eſſe poteſt. ḡ differētia attri-
butoꝝ diuoꝝ ſm̄ rōnem nō pōt vere ſumi niſi per
cōparationē ad creaturas: maior patet. ratio eñ
quā itellect⁹ format (niſi ſūdet̄ aliqualit̄ in re) ficta
eſt ⁊ vana: minor ꝓbat̄ qꝛ illud qḋ ē vnitiſſime vnū ⁊
nullō plura neꝗ̄ actu ⁊ formalit̄: nec potētia ſeu vir
tualit̄ nō pōt eſſe fundamentū plīū rōnū: vñ ei fin
geret intellect⁹ ibi plītatē qꝛ nullū apparens hꝫ ex
parte rei: ex quo plītatē cōcipere poſſit. Oportꝫ ei
tām cōtinere effectū: ⁊ fundamētū illud cuius eſt
fundamētū aliquo mō vl̄ formalit̄ vel virtualit̄: ſꝫ
natā diuīa et ei⁹ attributa: abſolute cōſiderata abſ
ꝗ̄ oī hītudīe ad creaturā entē vel poſſibilē ſūt vni-
tiſſime vnū: ⁊ nullō plīa neꝗ̄ formalit̄: neꝗ̄ virtua-
liter: Si eñ nihil ꝑter deū eēꝫ vel eſſe poſſet: ſicut
attributa diuina nō ſūt plura formalit̄: ita nec eēnt
plura virtualiter: cōparādo aūt ea ad creaturas iā
ſunt plura virtualiter qꝛ perfectiōes q̄ diuidunt̄ in
creaturas continent̄ virtualiter in creatore. ḡ diui
na natura ⁊ eius attributa abſolute accepta abſꝗ̄
omni habitudine ad creaturas entes: vel poſſibi-
les non poſſunt eſſe ſufficiens fundamētū plītā-
tis rōnum: Et ſine dubio oīno videtur rōnabile
ꝙ illud qḋ eſt ſimpliciter ⁊ oī mō vnum re ſi appre
hendat̄ ſm̄ rōnem que cōpetit ei ſm̄ ſe ⁊ abſolute:
ꝙ apprehendat̄ vnica ratione. ſic autē eſt de diuīa
eſſentia et de eius attributis. idō ⁊c. ¶ Secūdo pꝫ L.
idē ſic. nihil imperfectioēm includens eſt ī diuinis Scḋa ꝓ-
abſolute ſꝫ ſolū in cōparatiōe ad creaturas. Sed batio.
oīs diſtinctio ꝑ abſoluta (ſiue ſit rei: ſiue rōis) inclu-
dit ſemper aliquā imperfectionē: ḡ talis diſtinctio
vel differentia nō pōt eſſe in diuinis abſꝗ̄ cōpara
tione ad creaturas. maior patꝫ: qꝛ oīs iperfectio re
legat̄ a deo: ꝙ ſi aliqua ei attribuitur hoc ē inꝙ̄tuꝫ
accipit̄ vt termin⁹ hitudinis creature ad ipſū: Sic
eñ dicimus eſſentiā diuinā habere rōnē ydee hoc
eſt imitabil' in limitato gradu: qꝛ eſt termin⁹ habi-
tudinis creature finite et limitate imitantis diui-
nam eſſentiam: et ſimiliter eſt in aliis. minor ſic de
daratur: qꝛ vbicunꝗ̄ eſt diſtinctio per abſoluta o-
portet ꝙ vtrunꝗ̄ vel alterum ſit finitum: et vt fi-
nitum apprehendatur: qꝛ non poſſunt eſſe plura
infinita ſecundū eſſentiam vel perfectionem eſſē
tialem: dico aūt de diſtinctiōe per abſoluta: qꝛ di-
ſtinctio per relationes nullam imperfectionem ar
guit. Omnis perfectio autem attenditur ſecun-
dum abſolutū. ¶ Tertio apparet idē ex eis q̄ vide M.
m⁹ in creaturis de qb⁹ certius iudicamus. minus Tertia ꝓ-
eñ vel ſaltē non plus differūt perfectiones diuine batio.
ꝙ̄ create: ſed perfectiones create que ſunt vnum
re nullo modo concipiuntur vt diuerſe ſecundū
rationē niſi per comparationem ad aliquā diuerſi
tatē realē. ḡ ⁊c. maior patꝫ: minor ꝓbat̄ inducendo
in aliquib⁹: ⁊ idē intelligēdo in oīb⁹. Albedo eñ ⁊
color ſunt idē re: ſimilit̄ intelligere ⁊ cognoſcere et
vniuerſaliter oīs ſpēs cū ſuo gnē. Nūc eſt ita ꝙ ſi
ꝑter albedinē non eſſet nec eſſe poſſet: alius color
realiter differens ab albedīe nūꝗ̄ poſſet iudicari
ꝙ albedo et color differrent ratione: non enim co-
gnoſceremus colorem niſi albedine. Similiter
ſi non eſſet aliqua cognitio realiter differens ab in
telligere non poſſemus aliquam dr̄am appreheu
dere inter intelligere et cognoſcere: ſꝫ ꝑ hoc ꝙ co
lor inuenitur in aliquo alio ꝙ̄ in albedine: et gen⁹
poteſt reperiri in aliquo alio ꝙ̄ in ſpecie vna: ideo
iudicamus genus et ſpeciem ſaltem differre ratio
ne: Ita ꝙ omnis differentia rationis in creaturis
ſumitur ex aliqua differentia reali. ergo idem eſt
ponendū in diuinis: et huic opinioni magis aſſētio.
Ad rōes alteri⁹ partis rñdēdū eſt. ad primā per-

A. Ad pri‍mū arg

interemptionē minoris: nō eī diſtinctio pſonarū eſt
poſterior diſtinctione intellectus et voluntatis. Et
qḋ dicit ꝙ diſtīctio voluntatis ⁊ intellect⁹ eſt cauſa
diſtinctōis pceſſiōis pſonarū: qrū vna pcedit per
modū nature vel intellect⁹: altera aūt p moḋ volun
tatis. dn̄dū ꝙ falſū eſt: ⁊ hoc magis patebit qn̄ aget
de emanationibus diuinarum perſonarū: Tunc
eni patebit ꝙ filius non dicitur procedere per mo‍
dum nature vel intellect⁹: nec ſpiritus ſanctus per
modum volūtatis: niſi per aliquā ſimilitudinē ad
emanatiōes q̄ ſunt in creaturis: nec natura: nec vo
luntas vt diſtincta ratōe ſunt principia diſtinctarū
emanationum: vt infra declarabitur. Illud autē
quod additur quaſi pro confirmatione (ſcz) ꝙ pri⁹
eſt conſiderare in deo eſſe. ⁊c. cum non pbetur e‍
qua facilitate poteſt negari. ¶ Ad ſecundā rōnē
dicēdū ꝙ nō opoꝛ ꝙ illḋ qḋ ē cā maioris diſtictio
nis ſit cā minoris. niſi ſint vni⁹ rōis: vel niſi maior

B. Ad .ij.

includat minorē: nō eī oportet vniuerſalr̄ ꝙ illud
qḋ pōt mai⁹ poſſit min⁹: hō eī pōt intelligere: qḋ ē
mai⁹: ⁊ nō pōt volare qḋ ē min⁹: nūc eſt ita ꝙ realis
diſtinctio pſonarū: ⁊ diſtinctio ſm rōnē nō ſunt di‍
ſtinctiōes vniuoce nec maior includit minorē: iō il
lud qḋ ē ſufficiēs cā maioris nō oꝫ ꝙ ſit ſufficiēs cā
minoris. Aliť pōt dici ꝙ licꝫ diſtictio pſonarū ſit ma
ior q̄ diſtinctio attributorū: quo ad hoc ꝙ illa eſt
realis: hec autem rationis tantum. tamen diſtin‍
ctio attributorum coexigit maiorem diſtinctionem
entem vel poſſibilem ſcz aliquam diſtinctionem re
alē per abſoluta que nec eſt nec eſſe poteſt in diui
nis. Et ideo oportet habere reſpectum ad rea‍
lem diſtinctionem attributorum in creaturis vt ex
ea ſumatur diſtinctio ratōis in diuinis. ¶ Ad ter‍

C. Ad .iij.

tiā ratiōnē dn̄dū ꝙ obiectū actus cōponentis: vel
reflexi ſemp includit duo diuerſa ſm rem: vel ſm
rationē. differenter tamē. qꝛ quādo ſunt diuerſa
ſcḋm rē ex natura obiecti ē realis diuerſitas: vn̄ p in
tellectū apphēdiť nō efficiť ſꝫ qn̄ ſunt diuerſa ſm
rōnē tm̄ (vt cū apprehēdim⁹ intellectu ꝯponēte ꝙ
de⁹ eſt de⁹: diuerſificātes ſꝫ rōnē vnū ⁊ idē in loco
ſubiecti et pdicati:) tūc hec diuerſitas nō ſolū ap‍
phendiť ſꝫ efficiť ab intellectu non ex ſola apprehē
ſione: ſꝫ ex mō apprehendendi quod patet. Ille eī
q̄ ſimplici intelligētia apprehēdit deū tm̄ apphen‍
dit de deo q̄tū ille q̄ cōponēdo dicit de⁹ ē deus: tn̄
prim⁹ nō apphendit aliquā diuerſitatē ſm rōnē:
ſꝫ ſecūd⁹. ergo hec diuerſitas nō eſt ex apphenſiōe
ſꝫ ex mō apphendendi q̄ ē cōponēdo ſubiectū cū p
dicato ⁊ hec diuerſitas rōnis ex neceſſitate originē
habꝫ ex aliq̄ diuerſitate reali: ⁊ hoc qꝛ itellect⁹ cōpo
nēs ⁊ dicēs ꝙ de⁹ ⁊ de⁹ ſimilē cōpoſitionē facit i rea
liter driītib⁹: vt dicendo homo eſt alb⁹. De obiecto
aūt act⁹ reflexi in nobis certū eſt ꝙ ſemp icludit di
uerſa re. Reflexio eī intellectus eſt ſup ſe ⁊ ſuū a‍
ctū: primū aūt apphenſuꝫ ab intellectu noſtro actu
recto non poteſt eſſe intellectus noſter: nec actus e
ius: ſed aliqua res extra. Et ideo obiectum actus
reflexi in nobis cum includat principale obiectum
quod eſt res extra. et actum intellectus vel ipſum
intellectum ex neceſſitate includit diuerſa re. Ex
qua diuerſitate reali poteſt colligere in aliis diuer‍
ſitates rationis: puta inter ſeipſum vt eſt intelli‍
gens: et vt eſt intellectus: per hoc ꝙ videt ꝙ aliqḋ
eſt ab eo intellectum quod tamen non eſt intelli‍
gens: ſi autem ſolum intelligeret ſe: impoſſibile eſ
ſet ꝙ poneret differentiam rationis inter ſe intel‍
lectum et intelligentē: nō eni haberet vn̄ hāc dif‍
ferentiā ſumeret. Licet igiť obiectū itellect⁹ diui‍
ni ſit illḋ idḋ: qḋ eſt obiectū intellectus noſtri cōpo‍
nentis: aut reflexi: tn̄ ſi nihil aliud a ſe intelligeret
nullo mō poſſet ponere differentiā rōis inter illa q̄
ſūt realiter idē ipꝫ qḋ de⁹: qꝛ nec hoc poſſet facere q̄
cunq̄ intellect⁹ q̄tūcunq̄ componens aut refle‍

D. Ad pri‍mū prīci‍pale ſm aliquos

xus. ¶ Ad rōes principales rn̄dendū eſt ad quarū
primā rn̄dent quidā cōcedendo maiorē p interem‍
ptionem minoris dn̄tes ꝙ vnitas rōis pliū indiui‍
duorū ſub ſpecie vel gn̄e ſumiť ab vnitate reali que
eſt cōformitas vni⁹ ad alterū: et hec conformitas
eſt vna nūero: et vni⁹ vt ſubiecti: ⁊ alterius vt ter‍
mini ⁊ ex hac ꝯſurgit intellect⁹ ad cōcipiendū ꝙ il‍
la quorū eſt cōformitas pdicta maior vel mior ſint
vnum ſm rōnē ſpeciei vel generis. Sꝫ illud nō vi‍

E. Impba‍tio

deť bn̄ dictū: qꝛ cōformitas pluriū que nō ē cuiuſli‍
bet eorum eodḋ modo: ⁊ equaliter non pōt eſſe ſuf‍
ficiēs fundamētū vnitatis ſm rōnē in gn̄e vel ſpē:
ſꝫ conformitas pluriū que eſt vnius eorū vt ſubie‍
cti vel vt de quo diciť: Alteri⁹ vero vt termini: nō
eſt cuiuſlibet eorū eodḋ modo et eq̄liter igiť ⁊c. mior
de ſe patet pbatio maiorū qꝛ vnitas rōis i quocūq̄
vniuoco gn̄e vel ſpē: ē ſm quā vniuocū prediciť
eodḋ modo ⁊ equaliter de vniuocatis puta gen⁹ de
ſpēb⁹ ⁊ ſpecies de indiuiduis: ergo fūdamētū illi⁹
rōis dꝫ eodē mō conuenire illis q̄ vniuocanť ſm il
lam rationem. Alioquin nō eſt ſufficiens funda
mentū. et hec fuit maior. Sequiť ergo concluſio.
Si diciť ꝙ conformitas pluriū cōuenit eodem mō
alicui ⁊ cuilibet eorū: qꝛ ſicut ſortes eſt cōformis pla
toni ſm hūanitatē: ita econuerſo plato ē cōformis
ſorti: ⁊ ita cōformitas cōuenit cuilibet eorū eodḋ mo
do: videlicet in rōne ſubiecti: ⁊ termini. nō valet. qꝛ
conformitas eadḋ nūero non poteſt eē duorū ita ꝙ
ſit cuiuſlibet vt ſubiecti: imo ſicut ſortes ⁊ plato ſūt
duo realiter: et nō vnū: ſic conformitas vni⁹ ad al
terū eſt realiter alia a conformitate alteri⁹ ad ipſū
Et ita ſi vnitas ſm rōnē fundareť ſuper mutuam
conformitatē duorū vel pluriū que eſſet vtriuſq̄ vt

F. Propria ſolutio doctoris.

ſubiecti ⁊ termi: nō fundareť ſup vnū numero rea
liter qḋ eſt contra eos. Dicēdū eſt ergo aliter interi
mendo maiorē: qꝛ nō eſt ſimile de diuerſitate rōis
reſpectu diuerſitatis realis: et de vnitate rationis
reſpectu vnitatis realis: quia vnū ſecundū reꝫ ſi ſe
cūdū ſe concipiať: et ad nihil aliud comparetur. nō
poteſt concipi niſi ſub vna ratione: vnde eī conci
pereť pluralitas rationū? nō ex vno vt vnū eſt ſicut
de ſe patꝫ: nec ex compatione eius ad aliud: qꝛ tol
litur oīs comparatio propter qḋ oꝫ ꝙ pluralitas
rationū in vno ſimplici ſumať ex cōparatiōe ad plu
ra relaliter ſꝫ cū itellect⁹ iteligit plura realiter pōt
ea comparare non ſolum ſecundū diuerſitatem vł
pluralitatē determinatā: ſed etiā ſecūdū priuatio
nē vł negationē alicui⁹ plitatis: ⁊ qꝛ vnū dicit pri
uationē plitatis iō ex hoc ſolo ꝙ aliqua non drīt
tali differentia pōt concipi ꝙ aliquo modo ſūt vnū
et ſi non ſecundum rem tamen ſecundū rationem
Verbi gr̄a intellect⁹ pōt cōparare ſortē ad platonē
vt ſūt diuerſa ſuppoſita in natura hūana ⁊ ſic cōci‍
pit ea vt plura: vel poteſt cōparare ſortē et plato‍
nē ex vna parte: ad brunellū aſinū. Et qꝛ ſm hāc cō
parationē ſortes non differt: ſed conuenit cū pla
tōe: qꝛ vterq̄ differt a brunello: eo ꝙ vterq̄ eſt hō
q̄uis nōn ſint idē h nūero: ⁊ ſm rem. Ex hoc pōt
itellect⁹ cōcipe ꝙ ſūt idḋ hō ſm rōē ⁊ ſpēꝫ ſpeci cōpa

rando cõuenientiã ad differentiã vel minorẽ dif-
ferentiã ad maiorẽ: põt concipi vnitas rõis: q2 que
minus differunt magis ſunt vnũ: et minimũ nõ dif
ferunt ſunt vnũ. Et cauſa oĩm iſtoꝝ eſt: q2 conce-
ptus vnitꝰ eſt priuatiuꝰ: ⁊ ob hoc ex priuatiõe cuiuſ
cũqꝫ differẽtie põt ↄcipi aliq̃ vnitas rõis: ſ3 ↄce-
ptꝰ plꝛitatis ẽ poſitiuꝰ: Et ĩõ plꝛitas rationũ nõ põt
ſumi niſi ex aliquo poſitiuo: nõ ex vno: vt vnu3 eſt
ꝑut declaratũ fuit: ſ3 ex pluribꝰ vel ex cõparatiõe
ad plura realiter. ¶ Ad ſecundũ dicẽdũ ẽ ꝙ in re-
G. latiõe eiuſdem ad ſeipſu3 vnũ ſm rẽ accipit̃ vt plu
Ad.ij. ra ſm rõnẽ per cõparationẽ ad plura ſecundũ rem
dupliciter ad pñs. vno mõ q2 intellectꝰ cõſiderãs
ꝙ extrema realit̃ differẽtia referunt̃ ad inuicẽ ſub re-
plicatione eiuſdem nõis: vt diuerſu3 a diuerſo di
uerſum concipit idẽ in ſuo oppoſito: vt dicat idem
eidẽ idẽ: vtens vno realiter tanq̃ duobꝰ. Alio mõ
q2 intellectus cõſiderans ꝙ ea que ſunt diuerſa ſ3
rem dicunt̃ vnũ: et idem: vt duo alba dicunt̃ vnũ
in qualitate: et duo equalia vnũ in quantitate: con
ſiderat ꝙ verior eſt vnitas cuiuſlibet rei in ſeipſa.
Et ideo dicat quamlibet rem eandem ſibi: vtens
H. vna vt duabus. ¶ Ad tertium dicendum vt priꝰ
Ad.iij. ꝙ non eſt idem iudicium de attributis inter ſe. ⁊ de
eſſentia: et de paternitate: ſiue quacunqꝫ alia rela-
tione: an ſint idem re: vel non: ſed dato ꝙ eſſent
idẽ re vt attributa: tamẽ quo ad ꝓpoſitũ nõ eſſet ſi
mile: q2 in diuinis non eſt aliqua diuerſitas realis
ex q̃ poſſit ſumi differẽtia attributoꝝ eſſẽtialiũ: eo
ꝙ quodlibet eoꝝ equaliter ſe habet ad oĩa q̃ ſunt i
diuinis: ſ3 q2 perſone diuine q̃ diſt̃ realit̃ nõ equa
liter ſe hñt ad eſſentiã et paternitatẽ: ſeu alias re-
lationes: eo ꝙ eſſentia communis ẽ omnibꝰ: nõ aũt
relationes: ĩõ ex reali differẽtia ꝑſonaꝝ põt ſumi
differẽtia rõis: int̃ eſſentiã ⁊ q̃cũqꝫ rlõnẽ. ¶ Ad
quartũ dicunt quidam ꝙ differẽtia rõis int̃ intelli-
I. gere et eẽ intellectũ: et inter amare: et eẽ amatũ
Ad.iiij. põt reduci ad realẽ differentiã q̃ eſt in diuinis abſ-
ꝛñdet her qꝫ cõparatiõe ad creaturas: mõ quo dictũ ẽ de dif
ueus ferentia pñitatis: ⁊ diuinitatis: q2 filius et ſpiritꝰ
ſanctus ſunt intellecti ⁊ amati a patre: nõ aũt ſunt
actꝰ intelligẽdi ⁊ amãdi quibꝰ pr̃ intelligit ⁊ amat
formaliter. Et q2 alicui ↄuenit eẽ intellectũ: cui nõ
cõuenit eẽ itelligẽre: ex hoc ſolo põt ſufficient̃ cõ-
cipi differẽtia rõis int̃ intellectũ eẽ ⁊ intelligere: vl̃
eẽ intelligentẽ: et idẽ dicunt de amare: et amato
¶ De aliis aũt attributis dicũt: ſicut in poſitione
K. dictũ eſt. Et hoc quidẽ verũ eſſet ſi in diuinis quo-
Inualidatio quomõ realit̃ eſſentia et relatio differrent: ⁊ ꝑ ↄſẽ
ſequens perſona ab eſſentia ratione relationis:
q2 differentia rationis inter amare: et eſſe amatũ:
et intelligere et eẽ intellectũ habet pro ſufficienti
fundamento differẽtiã realẽ: que eſſet inter eſſen
tiam et relationẽ et perſonã rõne relationis: quia
enim relatio et perſona ſunt intellecta obiectiue: ⁊
non ſunt ipſum intelligere per oẽm modum iden-
titatis realis: eſſentia aũt ſi realiter differt a rela
tione et a perſona eſt in intellectu obiectiue: et eſt
ipſum intelligere identice conſequens eſt ꝙ eſſe i-
tellectum ⁊ intelligere ſaltem differant ratione: q2
differẽt̃ ſe hñt ad ea que diſt̃ re. Si aũt perſona
et rlõ nõ differãt realit̃ quoquomõ ſeu ex natura
rei ab eſſentia. nõ video q̃lis differẽtia realis in di
uinis poſſet eẽ ſufficiẽs fundamẽtũ differẽtie ra
tionis int̃ intelligere et eẽ intellectu3: q2 non illa
que eſt inter eſſentiam: et rlõnẽ ⁊ perſonã. q2 nõ eſt
realis: vt dicis. ¶ Differentia autem rationis re-
ducitur ad differentiã realem: tanq̃ fundamentũ
(etiã ſm iſtos) nec illa que eſt inter relationẽ: ⁊ re-
lationem: ſeu inter perſonã et ꝑſonã: q2 illa que ſe
habent vniformiter ad aliqua plura non ſunt cau
ſa vel fundamentum pluralitatis eoꝝ: vt q2 ſortes
et plato ſe habẽt equaliter ad animal: et equaliter
ad hominẽ: certe realis differentia inter ſortem et
platonẽ nõ eſt cauſa: nec fundamentum differen
tie rõis inter animal: et hominẽ. Nunc eſt ita ꝙ re
latiões oppoſite: et ꝑſone per eas conſtitute ſe ha
bent equaliter et vniformiter ad intelligere: ⁊ eſſe
intellectũ: quelib3 eñ eſt intellecta obiectiue: ⁊ nul-
la vel quelibet eſt intelligere ipſu3 formaliter. ergo
differentia perſonaru3: vel rlõnũ ſm rem non eſt
ſufficiens fundamentũ differẽtie rõnis inter intel
ligere et eſſe intellectum. Eſt tñ aduertendũ ꝙ eẽ L.
intellectum non dicit attributum diuinũ ꝑut attri-
butum dicit perfectionẽ cõmune3 cõmunitate ana
logie deo et creaturis: q2 eſſe intellectũ vt ſic non
dicit aliquid exiſtẽs in re intellecta. ſed eſt denoia
tio ab intelligere qđ eſt in alio ⁊ ſi ſit in eodem hoc
accidit intellecto: vt intellectum eſt. Et ideo in-
ſtantia illa non eſt ad propoſitum niſi latius tracte
tur queſtio q̃ de attributis: vt pote ſi quis dicat ꝙ
nulla differentia rationis põteſt inueniri in aliquo
abſqꝫ comparatione ad differentiam realem.

## Utrum cum vnitate eſſentie poſſit eẽ perſonarũ pluralitas Queſtio. iiii. M.

Queſtio quarta.

AD tertium principale ſic pro
ceditur. Et videt̃ ꝙ cum vnitate eſſen
tie non poſſit ſtare realis pluralitas per Arguit.i
ſonarũ: q2 ſicut ſe habet rõ ad differen-
tiam rõnis: ita res ad differentiam rei: ſed nõ po
teſt eſſe ꝙ aliqua ſint vnum ratione: et diuerſa ra
tione per illud quod eſt vnum ratione. ergo nec a
liqua poſſunt eſſe vnum: et idem re: et diſtincta re
per aliquid: vel per aliqua que ſunt vnum re: ſed
eſſentia et relatio in diuinis ſunt vnum et ide3 re.
vt communiter ponitur. ergo impoſſibile eſt ꝙ ea
que ſunt vnum in diuinis per eſſentiam ſint diuer
ſa realiter: per relationes: ſed propter aliud non
ponitur ꝙ ſtet pluralitas perſonarum cum vnita-
te eſſentie ergo ⁊c. ¶ Secundo ſic. quecunqꝫ ſunt
vnum realiter multiplicato vno multiplicatur alte Arg.ij.
rum: ſed perſona et eſſentia ſunt vnum realiter: a
lioquin in diuinis eſſet realis compoſitio: ergo cu3
eſſentia non multiplicetur: videtur ꝙ nec perſo-
ne. ¶ In contrarium eſt fides nobis tradita: per In oppoſitum
ſacram ſcripturam. ¶ Reſponſio. quia conclu-
ſio non eſt dubia apud fideles. Omnes enim te- Rñſio.
nent ꝙ vnus eſt deus (quod ad eſſentiam attinet) N.
et ꝙ tres ſunt perſone diſtincte relationibus ori-
ginis. Ideo circa declarationem concluſionis im
morandum eſt. ¶ Quidam enim dicunt ꝙ hec
concluſio que directe continet articulum trinitatis
poteſt demonſtratiue ſciri. Sicut ꝙ corpꝰ cõpoſitũ
ex cõtrariis ſit corruptibile: demõſtratiões aũt q̃s
iſti adducunt ſunt he. Omnis perfecta operatio
terminat̃ ad aliqđ operatũ: ſed i deo ſunt intellige
re et velle operatiões perfectiſſime. ergo ĩmĩat̃
ad aliqua opata. intelligere quidẽ ad verbũ ꝓductũ
velle aũt ad amorẽ: ſ3 ꝓducẽs aliqđ ꝑ quãcũqꝫ o
perationem et productũ neceſſario diſt̃. ergo talis
differẽtia ẽ ĩ diuinis: cũ illa ꝓductio ſit ad intra: ſ3

nō pōt eē quoad eſſentiam q̄ eſt vna: ergo quo ad
Scđa rō. pſonas. ¶ Secūda eſt talis. quicq̄d pfectiōis eſt
in creaturis totum eſt deo attribuendum (excluſa
imperfectione) ſed naturā repiri in pluribꝰ ſuppſi
tis eſt perfectionis: licet plurificari in eis ſit impfe
ctiōis vt dictū fuit ſupra: ergo pmū eſt deo attri=
buēdū excluſo ſcđo. Hoc autē ſolū fit ponēdo plu
Cōfirma tio. res perſonas in vna eſſentia diuina: ergo ꝛc. Ad
cōfirmationē huius facit ꝙ natura q̄ nō eſt niſi tm̄
in vno ſuppoſito videt̃ arctata ꝛ limitata: qđ non
A cōpetit nature diuine. He autē rationes vt iſti di=
cunt eque bene cōcludūt ſicut quecūq; demonſtra=
tio in naturalibus: Sed qꝛ in pma q̄ſtione huius
Reſpōſio ad q̄ſtiōes libri ſatis efficaciter pbatū eſt ꝙ articulꝰ trinitatis
potiſſimū demōſtrari nō poteſt: nec ꝙ ita ſit vt po=
nit articulus nec ꝙ articulꝰ ſit poſſibilis / aut ꝙ ni=
hil impoſſibile ſequat̃ ad articulū: quorū vnū inclu
dit aliud (Ex poſſibili em̄ nō ſequit̃ īpoſſibile) nec
rationes que ſunt contra articulū ſcientifice diſſol=
ui poſſunt: ideo nō replicādo rationes prius addu
ctas ſolū reſtat ſoluere rationes per quas iſti nitū=
B. tur demonſtrare articulū trinitatis. Cū em̄ pmo
Ad ſcđaʒ dicit̃ ꝙ intelligere ꝛ velle vbicūq; ſunt operatiōes
perfecte terminant̃ ad aliqđ opatū per eas pdu=
ctum: falſum eſt abſolute ꝛ nō valet ad ppoſitum
abſolute quidē falſum eſt: qꝛ in beatis intelligere
et velle quibus vident deū ꝛ diligūt ſunt perfectiſ
ſime opatiōes: Et tamen per illud intelligere nul
lum verbū format̃ ſeu pducit̃: nec per illud velle
pducit̃ aliquis amor: ergo illud eſt falſum abſolu
te: nō valet etiā ad ppoſitū: qꝛ itelligere ꝛ velle in
deo aut eſſent ipſemet pductiones perſonarū: aut
pncipia pductionū. Primū non poteſt dici qꝛ pro
ductiōes in diuinis ſunt diuerſe realiter: ſed velle
et intelligere nō differunt realiter: ergo non ſunt
pductiones. Item pducere ꝛ pduci nō poſſunt
cōpetere oībus perſonis: qꝛ quedā eſt non pducēs
(ſcilicet ſpūs ſanctꝰ) ꝛ quedā nō pducta (vt pater)
Sed intelligere ꝛ velle cōpetūt oībus perſonis: er
go nō ſūt pducere nec pduci: ꝛ ita nō ſūt pductio
nes nec actiue nec paſſiue. Itē nec ſunt pncipia
pductionū: qꝛ aut eſſent vnū pncipiū aut plura.
Si vnū ex hoc nō poteſt demōſtratiue pbari ꝙ ab
illo vno ſint plures pductiones ꝛ plura producta.
Si plura aut differūt re aut ſola ratione: nō re qꝛ
ſunt abſoluta: ꝛ cōueniūt oībus pſonis: ꝛ talia non
differūt realiter in diuinis. Si ſola ratione ex hoc
non poteſt demōſtrari ꝙ ſint pncipia plurū pdu
ctionū ꝛ plurū pductorū realiter differentiū: qua=
C. re nullo modo p intelligere ꝛ velle poteſt demon=
ſtrari pluritas perſonaꝝ pductarū. Cū ergo dicit̃
ꝙ oīs perfecta operatio terminat̃ ad aliqđ opatū:
Si vocet̃ operatio perfectio artis: vt domificatio
verū ē. Si etiā opatio vocet̃ actio de genere actio
nis: adhuc eſt verū: qꝛ actio tranſit in paſſum ſm̄
aliquid in eo cauſatū. Actio em̄ pprie accepta in
creaturis non eſt aliud q̄ denoīatio producētis a
producto: ſicut calefactio actio nō eſt aliud niſi de=
nominatio calefaciētis a calore pducto. Sed ſi vo
cetur operatio vltima perfectio potētie queadmo
dū ſe habet videre ad viſum: et intelligere ad in=
tellectū falſa eſt ppoſitio: qꝛ iſte perfectiones ſunt
vltimꝰ finis potentie: nec aliq̄d per eas neceſſario
producet̃ in eadē potētia: vt habet̃. ix. metaphiſi=
D. ce ꝛ pmo ethicoꝝ. Qđ aūt ſcđo dr ꝙ perfectionis
Ad ſcđaʒ eſt ꝙ eſſentia vna ſit in pluribus ſuppoſitis: nā im=
perfectioni ꝛ arctationi nature atteſtat̃ ꝙ ipa ſit tm̄
in vnico ſuppoſito. dicēdū ꝙ quātū hʒ via natura=
lis inquiſitionis ſufficit ad ponēdū naturā diuinā
eſſe perfectiſſimā ꝛ illimitatā ꝙ ipa ſit in vnico ſup
poſito perfectiſſimo ꝛ illimitato: nec oportet ꝙ po=
nat̃ in pluribus: nec philoſophi qui ductu rationis
naturalis ſciuerunt naturā diuinā eſſe perfectiſſi=
mā poſuerūt ꝙ perfectio eiꝰ reqreret plura ſuppo
ſita: ſed tantū vnū perfectiſſimū. Sic ergo patet ꝙ
rōes iſte nullo modo demonſtrāt articulū trinita= E.
tis: qꝛ oīno demōſtrari nō poteſt. Reſtat ergo vt
ſole perſuaſiones adducant̃ ad id qđ demonſtra=
tio nō attingit. Hoc aūt aliqui ſic perſuadent. Di=
cunt em̄ ꝙ in oībus creaturis eſſe ē aliud ab eſſen=
tia. Eſſentia em̄ q̄ eſt in pluribus ſuppoſitis quātū
eſt de ſe eſt vna: plurificat̃ aūt in eis per eē: modo
eſſe nō eſt niſi ſuppoſiti: ꝙ ſi ſit ipſius nature hoc ē
ſolū ratione ſuppoſiti. plurificatis ergo ſuppoſitiſ
neceſſe eſt ꝙ eſſe plurificet̃: quo plurificato neceſſe
eſt eſſentiā plurificari. In diuinis autē aliter eſt: qꝛ
ibi eſſe eſt idē qđ eſſentia: nec eſſe cōuenit eſſentie
per ſuppoſitū: ſʒ ipa eſt de ſe ipm̄ eſſe: Et ideo nec
ipſum eſſe per ſuppoſita nec eſſentiā per eſſe opor=
tet plurificari. Licet hec cōcluſio ſit vera: pſuaſio tñ
eius ē multū defectuoſa. Statim em̄ patit̃ calūniā
in pmo dicto ſcʒ ꝙ eſſe ꝛ eſſentia in creaturis rea=
liter differāt: hoc em̄ negant multi: Sed eſto ꝙ ſic
eſſet ꝙ dicūt poſtea ꝙ eſſentia nō habet eē niſi per
ſuppoſitū ſi intelligāt ꝙ eſſentia nō habet eſſe niſi
in ſuppoſito verū eſt tam in natura creata q̄ increa
ata. Et ideo ex hoc nihil poteſt argui plus de vna
q̄ de alia. Si vero intelligat̃ cauſaliter ꝙ eſſentia F.
habet eē per ſuppoſitū falſum eſt: imo magis ecō=
trario ſuppoſitū hʒ eſſe p eſſentiam ſi tñ eſt ibi ali=
qua cauſalitas: qꝛ ſi eſſe differt ab eſſentia eſt eius
pprius effectus: vel aliqua pprietas cōſequēs eſ=
ſentiā: vel vt quidā dicūt fluens ab eſſentia: vnde
in omni ſuppoſito prius eſt intelligere eſſentiam:
et poſtea ratiōe eſſentie ipm̄ eſſe. Quicquid enim
attribuit̃ ſuppoſito ſiue eſſe ſiue operari totū attri
buit̃ rōne eſſentie ꝛ nature. Et ideo qđ dicūt tertio
ꝙ eſſentia plurificat̃ in creaturis per plurificationē
ipſiꝰ eſſe: valde eſt irrationabile: qꝛ ita eſt eē de ſe
vnū: ſicut ꝛ eſſentia. Per quid ergo plurificabitur
nō ſe ipſo: qꝛ idem dicerē de eſſentia: nec per agēs
qꝛ actio agentis naturalis per prius attingit eſſen
tiam q̄ eſſe (ſi ſint diuerſa) Et ideo rationabiliꝰ eſt
ꝙ eſſentia q̄ prius attingit̃ per prius plurificet̃: et p
cōſequens eſſe qđ in ea plurificata recipit̃ q̄ econ=
uerſo. Item oībus his conceſſis adhuc in nullo de
darat̃ ppoſitū: ſed remanet tota difficultas: ſcʒ q̄li
ter eſt poſſibile ꝙ vnū eſſe ꝛ vna eſſentia ſint in plu
ribus ſuppoſitis: ꝛ per quid cōſtituant̃ ꝛ diſtingant̃
illa ſuppoſita: qꝛ nō p eſſe nec p eſſentiā: cū in illis
cōueniant: de nullo autē alio fit mētio: ideo ꝛc. Et G.
ideo ad aliqualiter perſuadēdū articulū trinitatis
credo ꝙ recurrendū eſt ad infinitatē diuine perfe=
ctionis. Sicut em̄ eadē eſſentia numero eſt volun
tas / ꝛ intellectus / magnitudo / pulchritudo / ꝛ forti=
tudo: et q̄cq̄d aliđ eſſentialiter dicit̃ ſic ppter infini
tatē ſue perfectionis eadē natura diuina poteſt eē
fundamentū oppoſitarū relationū que (cū ſint rela
tiones originis) neceſſario cōpetūt diuerſis ſuppo
ſitis: qꝛ nulla res ſeipam gignit vt ſit (vt dicit Au=
guſtinus) pmo de trinitate. Et cū relatio nō fa=
ciat cōpoſitionē cū ſuo fundamēto (vt infra pbat̃)

relinquit ꝙ in diuinis ſint plura ſuppoſita ꝗ̄ nullā
M. ponūt ibi cōpoſitionē. Aliqui autē hoc aliter per-
ſuadent ex ordine vniuerſi. ſic: vna natura inueni-
tur in vnico ſuppoſito vt in angelo ⁊ multe in mul-
tis vt in eiſdē: ita in vna perſona multe nature: vt
in ſorte: ergo ad cōplementū vniuerſi eſt dare reli-
quū ſcꝫ ꝙ in multis perſonis ſit vna natura qḋ ſo-
lū eſt in diuinis. Plus autē eſt adherendū conclu-
ſioni propter fidē ꝗ̄ ꝓpter dictas perſuaſiones.
N. Ad vtranqꝫ rationē patet reſponſio per vnū ⁊ idē
Ad prīci- ſcilicet interimendo id qḋ vtraqꝫ ratio ponit: vide-
pales ra- licet ꝙ relatio ⁊ eſſe in diuinis nullo modo differāt
tiones. realiter vel ex natura rei. Oppoſitum autem pate-
bit infra quando agetur de differentia eſſentie et
relationis.

## Sententia littere Tertie diſtinctiōis

K. Apoſtolus nāqꝫ ait ⁊c. Supiꝰ
Sn̄ia hꝰ oſtendit magiſter vnitatē eſſentie ⁊ tri-
lrē īgn̄ali nitatē ꝑſonaꝝ per auctoritates: hoc idē
nūc oſtendit: ſed per rōes naturales et
ſimilitudines quaſdā: et circa hoc duo facit. Prīo
oſtendit vnitatē eſſentie diuine per rationes natu-
rales. Scḋo oſtendit trinitatē ꝑſonarū per ſimili-
tudines creaturaꝝ. Scḋa incipit ibi: Nūc reſtat oſtē-
dere. Primū diuidit in tres: qꝛ primo oſtēdit ꝑ au-
ctoritatē apoſtoli poſſibilitatē ꝓbandi per rationes
vnitatē eſſentie. Scḋo inducit ꝓbationes. Tertio
excludit quādā dubitationē. Scḋa incipit ibi: Nā
ſicut ait Ambroſius. Tertia ibi: cū ergo vnus deꝰ
ſit. Pars ſcḋa in qua inducit ꝓbationes diuidit in
quattuor partes ſm̄ quattuor ratiōes quas inducit
infra. Scḋa ibi. Alio aūt mō: Tertia ibi: Cōſide-
rauerūt etiā. Quarta ibi. Intellexerūt ⁊c. Sequitur
ſcḋa q̄ incipit ibi: Nūc reſtat oſtēdere. In qua oſtē-
dit magiſter trinitatē ꝑſonaꝝ per ſimilitudines in
creaturis: et circa hoc duo facit. Primo oſtendit tri-
nitatem ꝑſonaꝝ per ſimilitudines veſtigij. Scḋo
per ſimilitudines imaginis. Scḋa ibi: Nūc vero
iam ad eam perueniamꝰ. Prima eſt pn̄tis lectio-
nis: et diuidit in tres. Primo ponit ſimilitudines
trinitatis eſſe in creaturis. Scḋo ex ipſa ſimilitudi-
ne cōcludit perſonaꝝ diſtinctionē. Tertio oſtēdit
ſilitudinē vel repſentationē veſtigij eſſe inſuffici-
entē. Scḋa incipit ibi: Per ꝯſiderationē itaqꝫ crea-
turaꝝ. Tertia ibi: ecce oſtenſum eſt. Et hec eſt ſen-
L. tentia in generali. In ſpeciali vero ꝓponit magi-
Sn̄ia hꝰ ſter ꝙ ſcḋꝫ auctoritatē apoſtoli: inuiſibilia dei a cre-
diſtīctiōis tura mundi per ea que facta ſunt ⁊c. Et exponit ꝙ
in ſpāli. creaturā mūdi vocat hominē: ꝓpter nature digni-
tatem ⁊ conuenientiā quā habet cū omni creatura.
vnde ꝓponit ꝙ auxilio naturalis rationis ⁊ inſpe-
ctione creaturaꝝ in dei cognitionē deuenit. Poſt-
ea inducit quattuor rationes ad ꝓbandū vnitatē
eſſentie quaꝝ diuerſitas ſumit ſcḋm vias deueni-
endi ex creaturis in deū: quas Diony. vij. cap. de
di. no. ponit dicens: ꝙ ex creaturis in deū tribꝰ mo-
dis deuenimus: ſcꝫ per cauſalitatē ꝑ remotionem
et per eminentiā. Creatura enī eſt ens ꝓductū ab
alio de nihilo: qꝛ ea ꝓducta deuenit in cognitionē
ꝓducētis ꝑ viā cauſalitatis: qꝛ eſt: de nihilo deue-
nitur in cognitionē dei ꝑ viam remotionis: qꝛ nō
omne ens poteſt eſſe de nihilo: nec vertibile in ni-
hilū. quia eſt ens: ſed imperfectū deuenit in cogni-
tionē dei per viā eminentie: qꝛ omne imꝑfectū re-
ducit ad perfectū: nec eſt ꝓceſſus in infinitum. Eſt
ergo prima ratio talis. Omne creatum reducit ad
aliquid increabile: oīs creatura eſt creata: ergo ⁊c.
Scḋa talis ē. Omne numerabile reducit ad innu-
merabile: ſed oīs creatura ē numerabilis: ergo
ꝑter omnē creaturā eſt dare aliqḋ innumerabile
hoc eſt deus: ergo ⁊c. Alie due ſumunt ꝑ viā emi-
nentie: qꝛ magis ⁊ minus bonū reducit ad ſumme
bonū: bonū eſt corpus: melior eſt ſpūs: ſumme bo-
nus eſt deus ⁊c. Item magis ⁊ minus ſpecioſum
ſunt a ſumme ſpecioſo: ſpecioſum eſt corpus/ ſpe-
cioſior ſpūs/ ſpecioſiſſimus eſt deus: ꝗre ⁊c. Poſt-
ea remouet quandā dubitationē dicens: ꝙ licet ſit
in diuinis ſumma ſimplicitas: tn̄ Apoſtolꝰ dicit in
plurali inuiſibilia dei ꝓpter plures modos quibus
a creatura in deū deuenimus: et ꝓpter plura que
attribuunt: ſicut ex ꝑpetuitate creaturaꝝ cognoſci-
mus eternitatē: ⁊ ex magnitudine eoꝝ oīpotentiā
et ex diſpoſitione ⁊ gubernatiōe bonitatē. Poſtea
inquirit ꝗliter trinitas poſſit inqri in veſtigio crea-
turaꝝ: et dicit ꝙ in creaturis inuenimꝰ ſimilitudi-
nem trinitatis per hoc ꝙ ꝗlibet creatura habet vni-
tatem/ ſpēm/ ⁊ ordinē: vnitas enī q̄ eſt principium
numeri repſentat patrē q̄ eſt principiū originis oīꝫ
ꝑſonaꝝ in diuinis. Spēs vero repſentat filiū qui
eſt ꝑfectiſſima pulchritudo ad quā oīs creatura
formaṫ. Ordo vero repſentat ſpiritū ſanctū qui
eſt bonitas ⁊ ꝑfectiſſima dilectio cū ſit amor patris
et filij: a quo oīs pacis ⁊ gratie effectus in nobis ꝓ-
uenit. Poſtea ex hac ſimilitudine diſtinctionē ꝑſo-
narū cōcludit ſicut patet in littera. Vltio dicit ꝙ ꝑ
hmōi ſimilitudinē ſufficiens noticia trinitatis vel
doctrina vel inſpectio haberi non poteſt: qḋ ꝓbat
per hoc ꝙ magi pharaōis defecerūt in tertio ſigno
Et hec eſt ſententia in ſpeciali.

Circa primā partē huius diſtinctionis
tertie ꝗrit de duobꝰ in gn̄ali. Primū eſt
de cognitione dei ꝑ creaturas. Scḋm
eſt de veſtigio. Circa primū queruntur
tria. Primū eſt vtrū poſſimus ex creaturis ꝓbare
deū eſſe. Scḋm eſt vtrū poſſimus cognoſcere de
deo quid eſt. Tertiū eſt vtrū deū eſſe ſit ꝑ ſe notū.

## Vtrum poſſimus probare deū eſſe: ex his que ſunt in creaturis

## Queſtio prima.

Queſtio prima. Ad primum ſic proceditur et
O. arguit ꝙ nō poſſumꝰ ꝓbare deū eſſe ex
Arguitur primo. his q̄ videmꝰ in creaturis: qꝛ ſicut dicit
viij. metaphiſice ſpēs rerū ſunt ſicut nu-
meri: ſed in numeris nō eſt dare ſupmū: ergo nec
in entibus: ſed ſupremū in entibus vocamus deū:
ergo nullꝰ eſt deus. Item plus diſtat deus ab in- Arguit. ij
tellectu noſtro ꝗ̄ res ſpūalis a ſenſu: ſꝫ ſenſus nul-
lo modo poteſt cognoſcere rem ſpiritualem: ergo
nec intellectus noſter deū. ¶ In cōtrariū eſt qḋ di- In oppo.
cit Apoſtolus Ro. primo: ꝙ inuiſibilia dei a creatu-
ra mundi (id eſt ab hoīe) ꝑ ea q̄ facta ſunt (hoc eſt ꝑ
creaturas) intellecta cōſpiciunt: ſempiterna quoqꝫ
virtus eius ⁊ diuinitas. ¶ Reſponſio. dicendū ꝙ Reſpōſio
per creaturas poſſumus deuenire in cognitionem
dei tripliciter: ſm̄ tria q̄ poſſunt ꝯſiderari circa crea-
turas. Creatura enī eſt ens ꝓductū ab alio de ni-
hilo: qꝛ ens aliquā perfectionē importat: qꝛ produ-
cta ab alio cauſam efficientē habet: qꝛ de nihilo ver-
tibile eſt in nihil ſubſtracta influētia cōſeruantis: ⁊
ſcḋꝫ iſta tria triplex eſt via inueſtigādi deū ex crea-

taris: ſcʒ via eminētie quātū ad primū: via cauſa=
litatis: quātū ad ſcđm. via remotionis: quantū ad
A. Pria via eminētie. tertiū. Pria via patet ſic in pfectiōibus ſpecificis
aut eſt dare ſupmū in quo eſt ſtatus: aut nō: ſʒ eſt
pceſſus in infinitū. Si eſt dare ſupremū in quo ſit
ſtatus habeť ppoſitū: qꝛ dicimus deū ſcʒ illud qꝺ
eſt ſupremū ꝛ perfectiſſimū in entibꝰ. Si vero di=
catur ꝙ ſit proceſſus in infinitū: aut hoc erit in actu
permixto potētie: ita videlicet ꝙ quocūqꝫ date po
terit dari pfectius nunq̄ tn̄ data erūt actu infinita:
aut ita ꝙ data ſint actu infinita. Si primū dicať ad
huc habeť ppoſitū: qꝛ ſi data ſint finita neceſſe eſt
ꝙ inter illa ſit aliqꝺ primū ꝛ perfectiſſimū quo non
eſt poſſibile dare perfectius. Cuius ratio eſt: qꝛ ſi
illud nō dū ſit: aut pduceret ex ſe aut ex alio: nō ex
ſe: qꝛ nihil eſt impoſſibilius q̄ꝫ ꝙ aliquid pducat ſe
ipſum: vt dicit primo de Trini. nec ab alio: qꝛ nihil
eorū q̄ ſunt poſſunt pducere aliquid perfectius ſe
ergo ꝛc. Nec ſcđm poteſt dici: ſcʒ ꝙ data ſint actu
infinita: qꝛ infinitas actualis repugnat enti: maxi=
me in per ſe ordinatis: vt infra patebit. Et iterū qꝛ
inter data vel eſt aliquid infinite perfectionis: et
tunc illud erit primū et perfectiſſimū: qꝛ infinito in
perfectione nō eſt dare maius: nec equale: ꝛ ſic ha
betur propoſitū: aut nō eſt dare ibi aliquid infinite
perfectionis. Et tunc iterū ſequiť ꝙ nō ſunt infini=
ta actu: qꝛ pcedendo augereť pfectio: igiť. Si non
eſt inter data aliquid infinitū actu non eſt pceſſus
in infinitū actu: ꝛ ſic patet ꝙ ſcđm quācunqꝫ poten
tiam de pceſſu in perfectionibꝰ rerū neceſſe eſt de
uenire ad aliqꝺ ſupremum ꝛ perfectiſſimū qꝺ dici
B. Scđa via caſalitatis. mus deū. Scđa eſt via cauſalitatis: circa quā primo
pbatur ꝙ inter cauſas efficiētes per ſe ordinatas
eſt dare primā vel ſupremā ꝛ ſcđo pbabitur ꝙ pri=
mum efficiēs eſt primū ens ſimpliciter: ꝛ ſic eſt deꝰ
Primū patet ſic. in cauſis finitis in quibꝰ nō eſt cir
culatio neceſſe eſt dare primā cauſam: ſed cauſe ef
ficiētes per ſe ordinate finite ſunt nec in eis poteſt
eſſe circulatio: ergo inter cauſas efficientes per ſe
ordinatas neceſſe eſt dare primā. maior patet: ſola
enī circulatio impedit (vbi ſunt aliqua finita) ꝙ nō
ſit inter ea dare primū ſicut ſi factū eſſet. e. a. b. ꝛ. b:
eſſet. a. c. ꝛ. c. eſſet. a. d. ꝛ rurſus. d. eſſet ab. a. nō eēt
ſignare primū ſicut nec in circulo. minor pbať q̄tū
ad vtrūqꝫ membrū. Et primo ꝙ inter cauſas effici
entes per ſe ordinatas nō ſit circulatio: qꝛ cauſe ef
ficientes per ſe ordinate ſe habēt vt effectus ꝛ cau
ſa: ſemp enī poſterior effectus eſt effectus prioris ꝛ
ab eo dependet vt a cauſa. In hoc enī cōſiſtit talis
ordo ꝙ vnū eſt ab alio effectiue: et illud ab alio: et
ſic ſemper. Si ḡ eſſet aliqua circulatio: cauſa eſſet
ab effectu ꝛ idē a ſeipſo mediate quoꝝ vtrunqꝫ eſt
impoſſibile: ḡ inter cauſas non eſt circulatio. Qꝺ
etiā ſint finite patet: qꝛ in hoc differunt cauſe per ſe
ordinate ab ordinatis per accidens: quia ordinate
per accidens nō ſunt ſimul in pductione cuiuſlibet
effectus: cauſe aūt per ſe ordinate ſimul cōcurrunt
vt ad generationē hoīs cōcurrūt homo ꝛ ſol: ꝛ ſi qꝺ
eſt aliud ſuperius agens. Et hoc patet ex ſeptimo
phiſicoꝝ. Si ergo cauſe efficientes per ſe ordinate
eſſent infinite oporteret ad pductionem cuiuſlibet
C. effectus infinitas cauſas actu cōcurrere qꝺ eſt im=
poſſibile. Item inter cauſas infinitas aut eſt ali=
qua infinita perfectione aut non. Si eſſet infinita
perfectione illa eſſet prima: qꝛ infinitū perfectione
a nullo depēdet. Omne autē qꝺ habʒ cauſam prio

rem ſe: dependet ab ea. Si aūt eſſet prima iam nō
eſſent infinite: qꝛ in infinitis iā nō eſt dare primū.
Et ideo ex ipā poſitione infinitatis in cauſis ſequi
tur oppoſitū poſitionis. Si aūt nulla eſſet infinita
perfectione nō eſſet pceſſus in infinitū actu in cau
ſis: et ſic ſemp ſequiť oppoſitū poſitionis: ḡ neceſſe
eſt ꝙ in cauſis efficientibꝰ per ſe ordinatis ſit ſtatꝰ
in aliqua q̄ ſit ſimpliciter prima: quā vocamus deū
Qꝺ aūt primū efficiēs ſit primū ens ſimpliciter pro=
batur ſic: perfectiſſimo ſimpliciter nō poteſt deeſſe E.
aliqua perfectio ſimpliciter quā meliꝰ ſit habere q̄ꝫ
nō habere: alioquin ſi talis perfectio deeſſet ei nō
eſſet perfectiſſimum ſimpliciter: ſed potentia acti=
ua per quā cōpetit alicui pducere aliquid effectiue
eſt talis perfectio quā melius eſt habere q̄ꝫ nō ha=
bere: perfecti enī eſt agere: ḡ primo enti qꝺ eſt ſim
pliciter perfectū nō deeſt potētia actiua per quam
alia poſſit effectiue pducere: ꝛ ſic primū ens eſt pri
mū efficiēs cū nō poſſit eſſe ſecundariū: cū a nullo
ſit factū. Et per hoc excludiť inſtātia q̄ fit ab aliqui F. Inſtātia.
bus cōtra pcedentē rationē. Dicūt enī ꝙ pbare ꝙ
in cauſis efficientibus ſit dare primā non eſt pbare
deū eſſe: qꝛ deus eſt id qꝺ eſt ſimpliciter ſupremū
in entibus: primū aūt efficiēs q̄uis ſit primū in en=
tibus in genere illius cauſalitatis: non eſt tn̄ (vt di=
cunt) ſimpliciter primū: qꝛ inter intelligētias ſcđm
eos: aut nullus eſt ordo cauſalitatis: aut illa cauſa
litas eſt ſolū finalis: inquantū inferiores intelligē=
tie tanq̄ꝫ minus pfecte ordinanť ad ſupremā perfe
ctiſſimā vt ad finē pp̄ter quē ſunt: ꝛ non vt ad cau
ſam agentē a qua ſunt. Hoc aūt eſt hereticū: ꝛ con
tra verā philoſophiā per quā poteſt efficaciter pba
ri ꝙ omne qꝺ habet cauſam finalē habet efficientē
ſed qꝛ illud eſt aliquātulū longū ꝛ alibi tractatū: iō
ad p̄ſens ſufficit p̄dicta ratio: ꝙ primū agēs eſt ſim
pliciter primū ens. Tertia via p quā poſſumus in G. Tertiā
creaturis pbare deū eſſe eſt via remotiōis. Et pōt via remo
ſic argui. Omne qꝺ eſt ab alio q̄tū eſt de ſe poteſt tionis.
nō eſſe per ſubſtractionē cuiuſlibet influētie: ſʒ nō
omne qꝺ eſt pōt nō eſſe per ſubſtractionē cuiuſlibʒ
influentie: ḡ nō om̄e qꝺ eſt: eſt ab alio: ſʒ eſt aliqꝺ
qꝺ nō eſt ab alio: nec pōt nō eſſe: ſʒ eſt de ſe neceſ=
ſe eſſe: ꝛ hoc dicimꝰ deū: ergo ꝛc. maior patet: quia
omne qꝺ eſt ab alio ſicut a cauſa ſubſtracta influen
tia cauſe ſue pōt nō eſſe qualiſcūqꝫ cauſa ſit illa ſiue
in fieri ſiue in eſſe: qꝛ ſi eſt cauſa tantū in fieri ſub=
ſtracta eius influētia effectus nō fieret. Si aūt in=
eſſe nō maneret in eſſe ſubſtracta influētia illiꝰ cau
ſe. minor pbatur ſcʒ ꝙ nō omne ens pōt nō eſſe: qꝛ
illud impoſſibile eſt quo poſito in eſſe ſequiť impoſ
ſibile: ſed poſito in eſſe ꝙ nihil ſit ſequiť impoſſibi=
le: ſcʒ ꝙ nihil poſſit eſſe nec deus nec aliquid aliud
quare ꝛc. Qꝺ aūt illud ſequereť patet: qꝛ ſi nihil eſ=
ſet tunc ſi aliquid fieret: aut fieret a ſeipſo aut ab
alio. Non a ſeipſo: qꝛ nihil eſt impoſſibiliꝰ q̄ꝫ ꝙ ali=
quid pducat ſeipm̄: vt habeť pri. de Trini. ca. pri.
nec ab alio qꝛ nihil eſſet aliud. Omne enī qꝺ fit: fit
ab ente actu: q̄re ꝛc. Patet ergo ꝙ deum eſſe poſſu
mus cōuincere ex creaturis triplici via: ſcʒ eminen
tie cauſalitatis ꝛ remotionis: quā triplicē viā tāgit
beatꝰ Diony. vij. ca. de di. no. Licet autē p̄dictis H.
vijs poſſumus deuenire ex creaturis in cognitio=
nē dei q̄tū ad ea q̄ pertinēt ad vnitatē eſſentie: nō
tamē q̄tū ad ea q̄ pertinēt ad diſtinctionē pſonarū
ſicut videre poſſumus in rationibus nūc adductis.
Per primā enī que ſumiť ex via eminētie cōcludiť

in deo eſſe omnē perfectionē: per ſcd'a; p̄mā cau-
ſalitatē: per tertiā remouemus ab eo impfectionē
et poſſibilitatē deficiēdi. Cōſtat autē q̄ quicqd cau
ſalitatis vel pfectionis eſt in vna pſona: totū eſt in
alia et quicqd imperfectionis remouet̄ ab vna ⁊ ab
alia: q̄re ⁊ manifeſtū eſt q̄ ex creaturis nō deueni-
mus in cognitionē dei q̄ntū ad ea q̄bus pſone diſtin
I. guntur: ſed q̄ntū ad illa in quibus conueniūt. Ad
Ad p̄mū p̄mū argumentū in oppoſitū dicendū: q̄ ordo re-
p̄ncipale. rū naturaliū eſt ſcd'm ſpēs numerorū q̄ntū ad gra-
dus earū: ⁊ q̄ntū ad habitudinē ad vnū p̄ncipium
Sicut eñ oēs numeri deriuant̄ ab vnitate: ſic oēs
res ab vno p̄mo p̄ncipio. Et ideo pceſſus nume
rorū ab vnitate in infinitū nō eſt ad negādū p̄mū
p̄ncipiū numerorū: ſed ad negandū terminū qd
eſt per accidēs eo q̄ additio in numeris ſequit̄ di-
uiſionē cōtinui q̄ pcedit in infinitū. Iſte aūt pceſ-
ſus nō eſt in ſpecieb' rerū verſus p̄mū p̄ncipiū
quia nec in numeris nec in deſcēſu rerū a p̄ño p̄n
cipio: q̄r ille p ſe eſt quo ad ſpēs ⁊ nō ſm diuiſiones
K. ad modū cōtinui. Ad ſcd'am ratione: dicendū q̄
Ad ſcd'm cognitio nō fit p realē aſſimilationem in natura ſi-
p̄ncipale. cut quidā dixerūt q̄ ignē igne cognoſcimus: ſ; fit
per pportionē inter potentiā cognitiuā: ⁊ rē cogni
tam. Per talē quidē pportionē vt res cognita ca-
dat ſub formali ratione obiecti potētie cognitiue.
Nec eſt ita q̄ res ſpiritualis nec cadat nec cadere
pōt ſub formali ratione obiecti cuiuſcunq; ſenſus
quia qualitates ſenſibiles que ſunt ppria obiecta
ſenſuū in re ſpirituali inueniri nō poſſunt ppter qd
ſenſus nō eſt pceptiuus rei ſpūalis: deus autē nō
cadit ſub ratione entis que eſt formalis ratio obie-
cti intellectus. Et ideo ab intellectu apphēdi poteſt
non obſtante maiori diſtātia quo ad gradū nature
inter deum et intellectum noſtrū q̄ inter ſenſum ⁊
angelum: quia talis diſtātia aut ppinquitas nec
remouet nec impedit per ſe.

## Queſtio Secunda.

## Vtrum de deo poſſimus cognoſce-re quid eſt.

L. Queſti. ij. Arguitur p̄mo.

AD ſecundū ſic pceditur. Et
arguitur q̄ de deo poſſim' cognoſcere
quid eſt: q̄r ille qui cognoſcit rem aliquā
q̄ntū ad ea q̄ ſunt rei ppria habēt de illa
re pfectā ⁊ pprīā cognitionē qd ſit: ſ; ex creaturis
cognoſcim' q̄dā de deo q̄ ſunt ei ppria ⁊ nulli alij
conueniunt: ſicut. deus eſt creator. omnipotēs. in-
finitus. eternus. et ſimilia: que nulli alij cōueniūt:
hec etiam (vt videtur) dicunt ipſammet eſſentiā di
uinā: ergo per creaturas poteſt cognoſci de deo
Argui̊. ij quid ſit in ſpeciali. Item vbi ſunt idem ſi eſt
et quid eſt: cognito vno cognoſcet̄ ⁊ reliquū: ſed in
deo ſunt idē: ſi eſt: et quid eſt: quia eſſe: et eſſentia
in eo ſunt vnū: ergo ſi cognoſcamus de deo ſi eſt:
Arg. iij. cognoſcim' de deo quid eſt. Item illud qd oīno
eſt ſimplex totaliter cognoſcit̄ vel totaliter ignora
tur: nō eñ pōt p̄tim cognoſci ⁊ p̄tim ignorari: cū
ſit ſimplex: ⁊ impartibile: ſed deus eſt oīno ſimplex:
ergo totaliter cognoſcit̄ vel totaliter ignoratur: ſ;
nō totaliter ignoram' quid eſt deus: Scimus eñ
q̄ deus eſt ſubſtantia vel eſſentia qd ptinet ad qd
quid eſt: ergo totaliter cognoſcimus quid deus eſt
In oppo. ¶ In cōtrariū argui̊t: quia cognitio rei q̄ntū ad qd
quid eſt: eſt cognitio pfecta: ſed de deo non poſſu
mus habere pfectam cognitionem in via: ergo ⁊c.
Item ſi de deo poſſimus cognoſcere quid eſt: aut Scd'o ar.
hoc eſſet in ſe aut in habitudine ad alia. Non in ſe
quia ſic videremus nude eſſentiā diuinā: qd non
poſſumus pro ſtatu vie: nō in habitudine ad alia:
q̄r prior eſt cognitio abſoluti q̄ relati: ⁊ ab ea ſup-
ponitur. Cū ergo de deo nō poſſimus cognoſcere
quid eſt abſolute et in ſe: videt̄ q̄ hoc nō poſſimus
ex habitudine quā habet ad alia: ergo nullo modo M.
¶ Reſpōſio. circa q̄ſtionē iſtā p̄mo p̄mittēda eſt Reſpōſio
quedā diſtinctio neceſſaria ad ppoſitū. Scd'o re-
ſpondebit̄ ad q̄ſtionē. Diſtinctio eſt iſta q̄ cōmuni
ter ponitur ſc; q̄ eſt dare quid nois ⁊ quid rei: que
diſtinctio poteſt accipi ex p̄te rei: vel ex p̄te noſtra.
Ex parte rei dupliciter. Vno modo q̄ quid rei di-
catur: q̄ñ res notificat̄ per p̄ncipia eſſentialia. Sed
quid nois dicat̄: q̄ñ res notificat̄ per aliqua eius ac
cidētia: q̄r ⁊ ſi accidētia ducant in cognitionē qd qd
eſt: tñ q̄r non ſunt p̄ncipia quidditatis ⁊ eſſentie:
ideo notificatio rei per ea dicit̄ ptinere ad quid no
minis. Alio modo poteſt intelligi iſta diſtinctio ſic
q̄ quid nominis dicant̄ habere tam entia q̄ nō en-
tia: entia vt homo aſinus. Non entia: vt chimera
vacuū. Quid vero rei dicunt habere illa ſolum q̄
important veras res extra exiſtentes. Et iſte mo-
dus dicit̄ magis pprius q̄ p̄mus. Quo ad nos
tamē pōt ſimiliter hec diſtinctio dupliciter accipi. N.
Vno modo vt cognitio alicuius quo ad quid no-
minis vocet̄ cōmunis ⁊ cōfuſa. Quo ad quid autē
rei cognitio ſpecialis ⁊ determinata. Alio modo
ſic q̄ quid nois vocet̄ q̄ñ ſignificationē nois noui-
mus: ſed vtrū res extra ſit actu ignoramus. Sicut
ſi aliquis dicat q̄ deus eſt quo maius cogitari non
poteſt q̄ntū ad illū qui neſciret an ratio nominis ali
cui rei extra cōueniret: eēt quid nominis tantū: ſ;
q̄ntū ad illū cui demōſtratū eſſet q̄ ratio huius no-
minis alicui rei extra cōueniret eēt quid rei: ⁊ hoc
modo rationabiliter ſatis diſtinguit̄ quid nois et
quid rei: q̄r habito quid nois inquirit̄ vtrū ſit in re
rū natura vel non: qd nō eſſet niſi quid rei eſſet in
differens ad vtrūq;: que indifferentia eſt quo ad
cognitionē noſtrā. Hoc ſuppoſito dicendū eſt q̄ O.
de aliquo poſſumus habere cognitionē dupliciter P̄mus
ſc; quia eſt ⁊ quid eſt. Et rurſus quid eſt dupliciter articulus.
Vno modo in generali ⁊ in potētia: ſicut cognoſci-
mus hominē cognoſcendo animal: vel in ſpeciali
et ſub ppria forma ſicut res cognoſcit̄ per ppriam
diffinitionē. dicendū ergo q̄ per creaturas poſſu-
mus deuenire in cognitionē dei quia eſt et quid eſt
in generali / nō autē in ſpeciali. P̄mum patet ſic.
Tantū poteſt de deo per creaturas cognoſci q̄ntū
poteſt de eo ex creaturis cōcludi: ſed de deo pōt ex
creaturis cōcludi quia eſt. qd eñ nō eſt nullius eſt
cauſa. Et ideo cū ex creaturis cōſurgam' in cogni
tionē dei ſicut in cognitionē cauſe per ſuos effect'
patet q̄ entitas creaturarum arguit deum eſſe: ⁊ q̄
eſt ſubſtantia q̄ ptinet ad qd quid eſt ſaltē in ge-
nerali: q̄r cauſa prior eſt effectu (ſaltē ordine nature)
accidens autē nō pōt eſſe prius omni ſubſtātia.
Et ideo qd eſt p̄ma cauſa nō eſt accidens ſ; ſub-
ſtantia: et ſic patet q̄ ex creaturis cognoſcimus de
deo quia eſt ⁊ qd eſt in generali. Et iſtud quia eſt
eſt quid rei iuxta ſcd'am ⁊ quartā acceptionē p̄us
poſitā. Sed quid eſt in generali eſt quid nominis
iuxta tertiā acceptionē. Si etiā quid nois accipiat̄
p̄mo pro deſcriptione rei per accidētia ſic ex crea-

turis cognoſcimus de deo quid nominis: vt. q. ac-
cidētales accipiamus eius habitudines ad creatu
ras vtpote ꝙ eſt creator / et gubernator / et hmōi.

A. Scdm patet ſcꝫ ꝙ per creaturas nō poſſimus co-
gnoſcere de deo quid eſt in ſpeciali et qđ eſt qd rei
ſimpliciter. et hoc ſic: ex effectu nunꝗ poſſum⁹ de-
uenire in pfectā cognitionē cauſe ꝗtū ad ſuum qđ
quid eſt in ſpeciali niſi dupliciter. Uno mō ratione
ſimilitudinis qſi effectus eſt eiuſdē ſpeciei cum ſua
cauſa. Alio modo ratione virtutis: qñ ſcꝫ effectus
demōſtrāt totā virtutē cauſe. Tūc eñ p virtutem
cauſe cognoſcimus eſſentiā. Nūc eſt ita ꝙ creature
nō ſunt eiuſdē ſpeciei cū deo: nec demonſtrant to-
tam virtutē dei: ergo impoſſibile eſt ꝙ per creatu-
ras deueniam⁹ in perfectā cognitionē dei quid ſit
in ſpeciali.

B. Ad pmā rōes ptiū.

¶ Ad rationes vtriuſꝗ partis dicēdū
eſt. Ad primā cōcedēdo ꝙ maior ppoſitio ē vera ſi
ppria vocent illa q̄ ſoli rei cōueniūt poſitiue ꝛ dicūt
eſſentiā rei abſolute: ꝛ nō habitudinē rei ad extra.
Sola eñ intrinſeca dicūt quid eſt res nec ſine eis
poteſt dici qđ rei. Et ideo ſi illa que ſunt deo ppria
nō dicūt eſſentiā dei abſolute: ſed potius habitu-
dinē eſſentie ad creaturas per talia ꝗtūcunꝗ ſint
ppria neſcit in ſpeciali quid eſt deus: ſed ſolū quid
nō eſt. Si ſint nomina remouētia a deo imꝑfectio
nem creaturarū: vt eſſe infinitū per qđ a deo remo
uetur limitatio q̄ inuenit in creaturis: vel eſſe eter
num per qđ remouet ab ipſo poſſibilitas deficiēdi
aut per talia ſcitur ꝙ habitudo eius ad creaturas ē
eminētior ꝗ̄ habitudo creaturarū ad ſuos effect⁹: ꝛ
vt cū dicit creator / vel omīpotēs / ſūme bon⁹ / ſum-
me ſciens: nullā autē pfectionē abſolutā (q̄ ſit deo
ppria) nouim⁹ de deo ex creaturis. Et ideo ſequit
idē qđ pri⁹ ſcꝫ ꝙ per creaturas nō poſſum⁹ de deo
cognoſcere quid ſit in ſpeciali.

C. Ad ſcdā.

Ad ſcdām dicen-
dum ꝙ ſicut cognoſcimus de deo qꝛ eſt: ita cogno
ſcimus de deo quid eſt: vtrūꝗ eñ ignoram⁹ in par
ticulari: ꝛ cognitione cōpleta: ꝛ vtrūꝗ ſcim⁹ in vni
uerſali ꝛ cognitione cōfuſa. Scimus eñ deū eſſe:
ſed quale ſit illud eſſe in ſpeciali ignoram⁹: ꝛ ſimi-
li modo cognoſcim⁹ ꝛ ignoram⁹ quid eſt.

D. Ad tertiā.

Ad ter
tiam dicendū ꝙ deus totaliter cognoſcit vel totali
ter ignorat ſcdm gradū cognitionis. Totaliter
eñ ignoramus quid ſit in ſpeciali ꝛ ſub ppria for-
ma et totaliter cognoſcimus eū in vniuerſali (ſcꝫ ꝙ
eſt ſubſtātia vel tale quid) vel totū poti⁹ cognoſci-
mus in vli ꝛ totū ignoram⁹ in particulari: cū ſit ſim
plex ꝛ indiuiſibilis.

E. Ad duo argu. poſt oppoſitū.

¶ Primū argumentū in oppo-
ſitum bene pcedit: ſed ſcdm deficit. Cū eñ dicitur
ꝙ deus nō cognoſcit a nobis in ſe ipſo: verū eſt p
ſtatu vie de quo nūc loquimur: ſed cognoſcit alio
pcognito pꝑter habitudinē alterius ad ipm. Et ꝙ
arguit in cōtrariū ꝙ cognitio dei in ſe pcedit cogni
tionē eius in habitudine ad alia: ſicut cognitio ab-
ſoluti pcedit cognitionē relati. Dicendum ꝙ nō eſt
verū vniuerſaliter: licet eñ res abſoluta prius ſm
ordinē nature ſit aliquid in ſe ꝗ̄ habeat habitudi-
nem ad aliud (quia reſpectus vel habitudo ex na-
tura rei aliquo mō orit) tamen intellectus noſter in
cognoſcendo nō ſequit neceſſario et ſemꝑ hunc or
dinē: ſed ſolū in primo cognito: primū eñ cognitū
cū cognoſcit intuitiue cognoſcit ſm ſe ꝛ abſolute:
deinde cognoſcit habitudo eius ad alia. In aliis
autē q̄ nō cognoſcunt ſimplici intuitu ſed diſcurſu
rationis ex aliquo pcognito nō eſt ſic: ſed ſimul et
actu vnico cognoſcit res cū ſua habitudine: qꝛ cum
talis res ſolū cognoſcit pꝑter habitudinē alterius
pcogniti ad ipſum: habitudini eñ relatiue per ſe ꝛ
directe correſpondet res alia cum habitudine cor
relatiua: ideo talia nō prius cognoſcunt in ſe ꝛ poſt-
ea ſub ſua habitudine: ſed ſimul vt dictum eſt.

## Queſtio Tertia.

## Vtrum deum eſſe ſit per ſe notum.

F. Queſt. iii Arg. prio

AD tertium ſic proceditur. Et videtur ꝙ deū eſſe ſit per ſe notū. Quia
illa ppoſitio eſt per ſe nota in qua pdica
tum includit in ratiōe ſubiecti (Tūc eñ
impoſſibile eſt intelligere ſubiectū quin intelligat
pdicatū) Sed in hac ppoſitione deus eſt: pdicatū
eſt de ratione ſubiecti: imo ſunt oino idē: ergo ꝛc.

Arguit. ii

Item illud eſt per ſe notū eſſe qđ non pōt cogitari
nō eſſe: ſed nullus pōt cogitare deū nō eſſe: ꝗ p ſe
notū eſt deū eſſe. maior patet: qꝛ illa ppoſitio eſt p
ſe nota quā null⁹ poteſt mente negare: ꝛ quā audi
tam ſtatim approbat: minor pbat: ſcꝫ ꝙ nullus poſ
ſit cogitare deū nō eſſe. primo qꝛ nulla res pōt in-
telligi cū oppoſito ei⁹ qđ eſt de ſua quidditate. Eſ
ſe autē eſt de quidditate dei. Scdo qꝛ null⁹ poteſt
negare deū eſſe niſi ignoret ſignificatum vocabuli
ſcilicet quid importet per hoc nomē deus: dicit eñ
Anſelmus proſo. iiii. ꝙ nullus poteſt cogitare ꝙ
deus nō eſt: licet hec verba deus nō eſt dicere pōt
aliquis in corde: aut ſine vlla ſignificatione: aut cū
extranea. Ex quo patet [illegible] ꝙ hec ppoſitio de⁹
eſt negari nō pōt: ſi accipiat in ppria ſignificatione
ignorando autē ppriū ſignificatū vocabulorū pōt
q̄libet ppoſitio negari.

Ite Anſ.

Argu. iii.

Tertio. quia deus eſt quo
maius cogitari non pōt ſm Anſelmū: ſed illud eſt
maius qđ nō pōt cogitari nō eſſe ꝗ̄ illud qđ poteſt
cogitari nō eſſe: ergo deus nō pōt cogitari nō eſſe
et hec fuit minor: ſequit ergo ꝯcluſio.

In oppoſitum

¶ In contra
riū arguit cōuertendo ratione factā ſic. Illa ppo-
ſitio nō eſt per ſe nota quā pōt aliquis negare: ſed
deū eſſe multi negauerūt etiā philoſophi quidam
qui negauerūt omnē cauſam agentē: ꝛ in pſalmo
dicit ꝙ dicit inſipiēs in corde ſuo nō eſt deus: ꝗ ꝛc.
maior patet ex quarto metaphiſice. minor declara-
ta eſt.

G. Ad q̄ſtionis ſolu. duo pſupponuntur

¶ Reſponſio. Ad euidentiā huius q̄ſtionis
pmittēda ſunt duo. Primū eſt quid ſit ppoſitionē
eſſe per ſe notā. Circa qđ aduertendū eſt: ꝙ p ſe
et per aliud opponitur. Et ideo ppoſitio q̄ eſt no-
ta per aliud: nō eſt nota per ſe. dico autē per aliud
cōplexū: ꝛ nō per aliud incōplexū: qꝛ omnis ppoſi
tio ſit nota ex noticia terminoꝝ ſuorū: et iā principia
prima: quia principia cognoſcimus inquātū termi-
nos cognoſcimus pꝑter qđ nulla ppoſitio poteſt
eſſe per ſe nota niſi per aliud prius notū qđ eſt in-
cōplexū: nō excludit ergo a propoſitiōe per ſe nota
neceſſaria pcognitio incōplexi: ſed cōplexi: qꝛ illa ē
per ſe nota cui aſſentitur abſꝗ hoc ꝙ probet p aliā
propoſitionē prius ꝛ magis notā.

Aliud ppoſitio p ſe nota.

H. Scdꝫ ſuppoſitum.

Scdo notandū
ꝙ ſicut cōmuniter dicit aliqua propoſitio pōt dici p
ſe nota dupliciter. Uno modo ſm ſe ꝛ ſm naturam
rei. alio mō quo ad nos. Scdm ſe ꝛ ſm naturā rei
dicit propoſitio p ſe nota quādo pdicatū eſt de ra-
tione ſubiecti ſm rei veritatē: qꝛ natura rei hoc ha-
bet vt nihil ei cōueniat per prius: aut verius ꝗ̄ id
qđ eſt ei eſſentialiter intrinſecū: vñ ꝙ hoc nō ſtatim
appareat nō eſt ex defectu rei: ſed ex defectu intel-
lectus nō potētis immediate ꝛ perfecte talem rem

cogitare: quo ad nos aũt dicit̃ ꝓpoſitio per ſe nota quãdo ſtatim apparet cõnexio terminorũ cognitis terminis q̃tũ ad id qd̕ primo occurrit itellectui de ſignificato eorũ: ita ꝙ eam ꝓlatam ſtatim quilibet approbat: nec poteſt mente contradicere. Et hoc puenit ex eo ꝙ talis ꝓpõ format̃ in terminis notis oibus: ſicut de quolibet eſſe: vel non eſſe: et omne totũ eſt maius ſua parte.

I. ¶ His viſis dicẽdum eſt ad q̃ſtionẽ ꝙ deũ eſſe eſt per ſe notũ ſm ſe ꝛ ſm naturam rei: ſed nõ eſt per ſe notũ nobis.

Solutio q̃ſtionis.

Primũ patet: qꝛ illa ꝓpõ eſt per ſe nota ſcdm ſe ꝛ ſcdm naturam rei in qua p̃dicatũ eſt de natura ſubiecti: et viſa natura ſubiecti: ſtatim apparet inherentia p̃dicati cum ſubiecto: ſed talis eſt hec ꝓpõ deus eſt: g̃ ꝛc.

K. Scdm patet primo ſic: illa ꝓpoſitio nõ eſt per ſe nota nobis q̃ nõ format̃ in terminis ꝑ ſe notis nobis: ſed iſta deus eſt: eſt hmõi: g̃ ꝛc. vtraqꝫ p̃miſſaꝝ apparet ex p̃cedẽtibus. Scdo ſic: ſicut de ratione dei eſt ſuũ eſſe: ita ſua ſciẽtia ꝛ ſua imaterialitas ꝛ oia que dicũt aliquid abſolutũ: ſed nõ eſt per ſe notum nobis deũ eſſe ſcientẽ ꝛ imateriałẽ ꝛ hmõi: cũ multi hoc negauerint: ergo ꝛc. Tertio. qꝛ illa ꝓpoſitio nõ eſt per ſe nota quo ad nos in qua nõ ſtatim apparet cõnexio terminorũ cognitis terminis q̃tum ad illd̕ qd̕ primo occurrit intellectui de ſignificatis eorũ: licet forte appareat cognita plene natura reꝝ ſignificatarũ per terminos. Si ẽm hoc ſcdm ſufficeret ad hoc ꝙ ꝓpoſitio eſſet per ſe nota nobis tunc eadẽ ꝓpoſitio eſſet per ſe nota nobis ꝛ ꝑ aliud nota nobis: cũ nõ cognoſcamus plene ꝛ ꝑfecte res ſignificatas per terminos aliquarũ ꝓpoſitionũ niſi cũ multa inueſtigatione ꝛ multo diſcurſu rationis: ꝛ ſic talia cognoſcam⁹ per aliud prius notũ nobis. Hoc autẽ eſt incõueniẽs (ſcꝫ ꝙ illa ꝓpoſitio ſit per ſe nota nobis q̃ ꝛ cuius termini fiunt nobis noti ꝑ aliud)

L. Relinquit̃ ergo ꝙ propoſitio nõ eſt per ſe nota quo ad nos: quando nõ ſtatim apparet cõnexio terminorũ cognitis terminis q̃tũ ad illud qd̕ primo occurrit intellectui de ſignificatis eorum; ſed cognito eo qd̕ primo occurrit nobis de ſignificato hui⁹ termini deus ꝛ de ſignificato huius termini qui eſt eẽ nõ ſtatim apparet cõnexio terminoꝝ. Si ẽm ꝑ hoc nomẽ deus primo occurrat intellectui prima cauſa vel primũ principiũ: nõ ſtatim apparet cuilibet ꝙ talis res ſit in rerũ natura: qꝛ ſi eſſet ꝓceſſus in infinitum in cauſis. aut circulatio in cauſis ꝛ effectib⁹ non eſſet dare primã cauſam: nõ eſt autẽ per ſe notum cuilibet ꝙ nõ ſit ꝓceſſus in infinitũ in cauſis aut circulatio: ſed cum multa deductione probatum eſt a philoſopho: qd̕ nõ oporteret ſi fuiſſet per ſe notuꝫ ergo nec eſt ꝑ ſe notũ eſſe aliquã primã cauſam vel primũ principiũ. Idẽ eſt intelligẽdũ ſi ꝑ hoc nomẽ deus primo occurrat intellectui illud quo mai⁹ excogitari nõ poteſt (vt accipit Anſelm⁹) Et hoc magis patebit in ſolutione cuiuſdã argumẽti.

M. Ad primũ principale.

¶ Ad primũ argumentũ in cõtrariũ patet ſolutio ex predictis: licet ẽm ſufficiat ad hoc ꝙ ꝓpoſitio ſit per ſe nota ex natura rei ꝙ p̃dicatũ ſit de ratione ſubiecti tamen non ſufficit ad hoc ꝙ ſit per ſe nota nobis: alioquin nulla eſſet diſtinctio qua diſtinguimus inter ꝓpoſitionẽ ſm ſe notã et notã nobis: qꝛ omnis ꝓpoſitio nota ſcdꝫ ſe eẽt nota nobis ꝛ ecõuerſo: ſꝫ requirit̃ cũ hoc ꝙ formetur in terminis per ſe notis nobis: ſicut ſunt cõmuniſſimi termini: vt ens totũ ẽt pars quibus ꝓlatis ſtatim apparet eorũ habitudo ꝛ cõnexio: vt de quolibet eſſe vel non eſſe: et oẽ totum eſt maius ſua parte: talis aũt nõ ẽ iſta deus eſt: vt patet ex prius dictis: ideo dicit Auicẽna primo metaphiſice ſue ꝙ deũ eſſe nõ eſt per ſe notum

N. Ad ſcdaꝫ ꝓrõ di.

Ad ſcdm dicẽdũ per interẽptionẽ minoris: poteſt ẽm cogitari ꝙ deus nõ ſit ꝛ mente opinari qd̕ dicit̃ cõtra hoc prio qꝛ nihil põt cogitari cũ oppoſito eius qd̕ eſt de ſua quidditate: dicẽdũ eſt ꝙ ſuppoſito ꝙ per ſe notũ ſit hoc nomen deus ſignificare quidditatẽ entem / vel poſſibilem: impoſſibile eſt ꝙ cogitetur nõ eſſe ſubiecti: hoc eſt ꝙ illa quidditas cogitet̃ vt quedã res q̃ ſit actu ſubiectũ ipſius nõ eſſe: ſiue eſſe ſit de quidditate rei: ſiue non: qꝛ ſi cogitat̃ eſſe actu ſubiectũ cogitat̃ eſſe actu aliquid in ſe. Et ſi cogitat̃ ſubijci ipſi nõ eſſe cogitat̃ non eſſe. Et ideo ſimul cogitaret̃ nõ eſſe ꝛ eſſe qd̕ eſt ipoſſibile.

O. Scdo dr.

Sed ſi nõ eſt ꝑ ſe notũ nomẽ illud ſignificare quidditatem entem vel poſſibilẽ per cõſequẽs non eſt ꝑ ſe notũ ꝙ eſſe ſit de eius quidditate: ꝓpter qd̕ poteſt cogitari nõ eſſe: nõ quidẽ ſubiectiue modo pri⁹ dicto (ſcilicet ꝙ cogitet̃ eſſe ſubiectũ ipſius nõ eſſe) ſꝫ quaſi obiectiue: vt cogitet̃ nõ eſſe actu res aliqua vł q̇dditas adhuc ſuppoſito ꝙ ſit notũ nomẽ ſignificare q̇dditatẽ entẽ vel poſſibilẽ (vt hoc nomẽ roſa) ꝛ ꝙ eſſe ſit de quidditate roſe vel floris. adhuc poteſt cogitari roſa nõ eſſe actu vel non eſſe flos: nõ quidẽ ꝙ roſa maneat q̃tũ ad ſuã quidditatẽ extra animã ꝛ nõ habeat actu eſſe: vel nõ ſit actu flos ſed cogitãdo ꝙ huic nomini nõ ſubeſt actu aliqua quidditas. Ex hoc ad ꝓpoſitũ dicendũ ꝙ nõ eſt ꝑ ſe notũ ꝙ hoc nomẽ deus ſignificet quidditatẽ entem vel poſſibilẽ: ſed cũ multa deductione ꝓbatũ eſt a philoſopho (vt dictũ fuit) Et ſi eſſet per ſe notũ (vt de roſa) adhuc poſſet cogitari nõ eẽ actu mõ quo dictũ eſt:

P. Ad auct. Anſelmi.

ꝙ autẽ ſubdit̃ de Anſelmo qui dicit ꝙ nullus poteſt cogitare ꝙ de⁹ nõ eſt: licet hec verba dicat in corde aut ſine vlla aut cum aliqua extranea ſignificatione: dicendũ ꝙ Anſelmus nõ dicit hoc abſolute vt ibidẽ patet. ſed ſuppoſito ꝙ hec ſit ratio huius nois deus: deus eſt quo maius cogitari non poteſt. Et ſuppoſita illa deductione ꝙ illud cogitet̃ eſſe maius qd̕ nõ poteſt cogitari non eſſe q̃ illud quod poteſt cogitari non eſſe. His ẽm duobus cõceſſis: ꝛ facta deductione: ſequit̃ ꝙ deus nõ poteſt cogitari non eſſe: non autẽ abſolute: qꝛ non cõcedẽs alterã p̃miſſarũ aut nõ deducẽs cõcluſionẽ ex p̃miſſis põt ſcdm ſe cogitare: ꝛ mente cõcipere deũ nõ eſſe. ꝓpter qd̕ oppoſitũ eius: ſcꝫ deũ eſſe non eſt per ſe notũ nobis: ſed fit notũ deductione facta ex notioribus quo ad nos.

Q. Ad tertiũ.

Ad illud qd̕ tertio ſubditur dicẽdũ ꝙ non eſt per ſe notum ꝙ hec ſit ratio nominis quod eſt deus: deus eſt quo nihil maius excogitari poteſt: nec Anſelmus accipit hoc vt per ſe notũ: ſed tñ vt creditum: dicẽs: credim⁹ te eſſe aliquid quo nihil maius cogitari poteſt: nec de omni cogitatione veritatẽ habet: quia licet de⁹ ſit quo nihil maius eſſe poſſit et quo nihil mai⁹ vere cogitari poſſit: poteſt tamẽ (q̃uis falſo) cogitari aliquid maius deo. Ex quo ſequitur ꝙ licet deũ eſſe ſit verum: non tamen eſt per ſe notum: quia oppoſitum per ſe noti quo ad nos nõ poteſt nec vere nec falſe opinari.

## Queſtio Quarta.

## Vtrum in omni creatura ſit veſtigium trinitatis.

A. Queſ. iiij Arg. p̄mo

Circa ſecundũ principale ſcilicet de veſtigio dei in creaturis q̃rit᷑ vtrũ in omni creatura ſit veſtigium trinitatis Et videt᷑ ꝙ nõ: quia veſtigiũ rei eſt ꝑ qꝺ res inueſtigat᷑: ſed ex creaturis nõ poteſt inueſtigari trinitas ꝑſonarũ vt ſupra oſtenſum eſt: ergo ꝛc.

Arguit᷑. ij

Itẽ ſcꝺꝫ Augu. veſtigiũ attẽdit᷑ ſcꝺꝫ modũ ſpẽꝫ ꝛ ordinẽ: ſꝫ modi nõ eſt mod⁹: nec ordinis ordo ꝛc. Cũ hec igit᷑ ſint quedã creature videt᷑ ſaltẽ ꝙ nõ in oĩ creatura ſit veſtigiũ.

Argu. iij.

Preterea Ambro. in hexameron dicit ꝙ natura lucis nõ ẽ creata in nũero: põdere: ꝛ menſura. Et tamẽ ſcꝺm hoc attendit᷑ veſtigiũ ergo nõ in omni creatura eſt veſtigiũ.

Inoppoſitum p⁹ Scꝺo ar.

❡ Cõtra ſapiens. xj. Omnia in numero ꝛc. Item Auguſtin⁹ in libro de natura boni: loquẽs de numero. ſpecie. et ordine: dicit vbi hec tria: magna ſunt magnũ bonum eſt: vbi parua paruũ: vbi nulla nullum: ſed in omni creatura eſt aliqꝺ bonũ: ergo in omni creatura eſt veſtigiũ.

B. Deciſio q̃ſtionis.

❡ Reſponſio. videndũ eſt primo q̃d ſit veſtigiũ: ꝛ ſcꝺm quas partes attendit᷑. In quo apparebit an veſtigiũ ſit in oĩbus creaturis. Et ſecundo videbit᷑ vtrũ partes veſtigij addant aliquid relatiue ſuꝑ rem que eſt earũ fundamentũ.

Primus articulus.

Quantum ad primũ ſciendũ eſt ꝙ veſtigiũ nũc trãſlatiue ſumit᷑ ad ſimilitudinẽ veſtigij ꝓprie dicti qꝺ eſt impreſſio ducens cõfuſe in cognitionẽ eius cuius eſt Sicut veſtigiũ hoĩs dicit᷑ impreſſio pedis derelicta in puluere que ducit in cognitionẽ hoĩs cui⁹ eſt impreſſio: nõ tñ determinate in cognitionẽ ei⁹: ſed cõfuſe in cognitionẽ alicuius: ex hoc ſic arguit᷑. Ubicũq; eſt aliqua repſentatio trinitatis ducẽs nos ſaltem cõfuſe in aliquã trinitatis notitiã ibi eſt veſtigiũ trinitatis: ſed in omni creatura eſt aliqua repreſentatio trinitatis ducẽs nos in aliqualẽ trinitatis notitiã (licet cõfuſã) ergo ꝛc. maior patet ex dictis: minor declaratur q2 in trinitate diuina eſt vnitas eſſentie cũ trinitate ꝑſonaꝝ. In omni eñ creatura inuenitur eſſentie vnitas ꝛ quedã tria que aliqualiter

C.

correſpondẽt tribus ꝑſonis (licet cõfuſe.). Oĩs eñ creatura ꝓcedit a deo per potẽtiã ſcꝺm ordinẽ ſapiẽtie: ꝛ ꝓpter bonitatẽ diuinã: q̃ tria appropriantur tribus ꝑſonis. Ea autẽ q̃ in creaturis his trib⁹ reſpondẽt ſunt ſcꝺm Auguſtinũ / modus / ſpecies / et ordo. Omnis eñ creatura habet eſſe limitatum et nõ infinitũ: ꝛ hoc ꝑtinet ad modũ. Itẽ habet eſſe determinatũ ad certã ſpeciẽ qꝺ pertinet ad ſpeciẽ. Habet etiã inclinationẽ ad aliquid aliud ꝛ hoc pertinet ad ordinẽ. Ducũt aũt hec in cognitionẽ appropriatorũ: ꝛ per cõſequẽs in cognitionẽ ꝯfuſam ꝑſonarũ hoc modo. Ex hoc eñ ꝙ q̃libet res habet ſubſtantiã modificatã ꝛ finitã demonſtrat᷑ ꝙ ſit ab alio principio ꝛ ita ducit in cognitionẽ potentie q̃ nominat principiũ ꝛ appropriat᷑ patri. Species vero demonſtrat verbũ patris (ſicut forma domus conceptionẽ artificis) Ordo vero demõſtrat amorẽ producentis quo effectus ordinat᷑ in bonũ (Amor aũt appropriat᷑ ſpiritui ſancto) ideo ꝛc. Hec aũt aſſignatio eadẽ eſt cũ illa quã ponit beatus Auguſtinus libro. lxxxiij. q. qꝺ cõſtat quo diſcernitur quo ꝯgruit. Eſt autẽ eadẽ cũ illa q̃ ponit᷑. Sapi. xj. Omnia in numero / menſura / ꝛ põdere diſpoſuiſti: vnde Auguſtin⁹ ſuꝑ Geñ. ca. v. dicit ꝙ de⁹ eſt mẽſura oĩu rei modũ ꝓfigens: numerus omni rei ſpẽm ꝓbẽs pondus omnẽ rem ad ſtabilitatẽ trahens. vnde ꝑ eodem accipit menſurã ꝛ modum: numerũ ꝛ ſpẽm pondus ꝛ ordinẽ. vel hec ad inuicẽ coaptat: ꝛ ſic patet primũ.

D. Scꝺm ar.

❡ Quantũ ad ſcꝺm dicendũ ꝙ ꝑtes veſtigij nõ addũt ſuꝑ rem aliquid faciẽs cõpoſitionẽ qꝺ patet primo ex earũ cõitate ſic. que ſunt ꝑ ſe cõmunia omni enti nihil addũt ſuꝑ ens: ſed ꝑtes veſtigij ſunt cõmunes omni enti cũ in oĩbus inueniatur veſtigiũ: ergo nihil addũt ſuꝑ ens: ſed ens nihil addit ſuꝑ quãlibet rem: ꝗ nec ꝑtes veſtigij. minor iam patet: maior declarat᷑ q2 ꝑter ens nihil eſt. Et ideo que cõueniũt enti ſcꝺm ꝙ ens (qualia ſunt illa q̃ omni enti cõueniũt) nihil poſſunt addere ſuꝑ ens: exemplũ de vno qꝺ cõuertit᷑ cũ ente: ꝛ de cõſimilibus. Scꝺo patet idẽ ſic. Si modus rei de quo nunc loquimur qui eſt vna pars veſtigij (et idẽ eſt intelligendũ de alijs) eſſet res addita ſuꝑ illꝺ cui⁹ eſt modus faciens cũ ipſa cõpoſitionẽ: cũ in omni creatura ſit veſtigiũ (vt ꝓbatũ eſt) in tali modo eſſet aſſignare veſtigiũ: ꝛ ꝑtes veſtigij q̃ ſunt mod⁹ ſpecies: ꝛ ordo et ita modi eſſet mod⁹: tunc q̃rerẽ de modo iſto ſcꝺo vtrũ diceret additũ aut nõ. Si non: eadem ratione ſiſtẽdum fuit in primo. Si ſic erit ꝓceſſus in infinitũ q̃rendo vt prius: hoc eſt inconueniens: ergo patet ꝙ ꝑtes veſtigij nõ dicũt aliquid additũ ſuꝑ rem cuius ſunt: hoc etiã competit eorũ repreſentationi: repreſentant eñ appropriata ꝑſonis vel ꝑſonas q̃tũ ad appropriata q̃ nõ dicũt rem additã eſſentie vel ꝑſone. Intelligendum eſt etiã ꝙ licet in omni creatura poſſit aſſignari veſtigium: magis tamen in per ſe ſubſiſtentibus cuiuſmodi ſunt indiuidua ſubſtãtie q̃ꝫ in accidentibus: et adhuc in materia min⁹

E. Ad pri. prima.

❡ Ad rationes in oppoſitum. Ad primã dicendũ ꝙ licet in creaturis nõ inueſtiget᷑ trinitas ꝑſonaꝝ per modũ demõſtrationis ex neceſſitate cõcludẽtis: tamẽ inueſtigat᷑ ꝑ modũ cuiuſdã adaptationis: ꝛ hoc ſufficit ad rationeꝫ veſtigij cũ ſit repſentatio impfecta.

Ad ſcꝺm

Ad ſcꝺam dicẽdũ ꝙ ꝓcedit ex falſo intellectu. ſ. ꝙ mod⁹ rei ſit res aliq̃ creata alia ab ea cui⁹ ẽ mod⁹: faciẽs cũ ipſa ꝯpoſitionẽ qꝺ nõ eſt verũ vt declaratũ fuit i corpe ſolutionis.

F. Ad tertiũ

Ad tertiũ dicendũ ꝙ pro tanto lucis natura dicit᷑ nõ fuiſſe creata in numero pondere et mẽſura: q2 eius effectus eſt min⁹ limitat⁹ q̃ꝫ aliarũ rerũ: ſimpliciter tñ cũ luce ſunt iſta creata.

## Secunda pars Tertię diſtinctionis.

G. Snia in generali

Nunc vero iam ad eam perueniamus. Superius oſtẽdit magiſter trinitatẽ ꝑſonarũ ꝛ vnitatẽ eſſentie ꝑ ſimilitudinẽ veſtigij. Hic oſtendit hoc idem per ſimilitudinem imaginis q̃ in creatura rationali ſpecialiter habet eſſe. Et diuiditur in tres partes Primo oſtendit ſubiectũ imaginis. Scꝺo oſtẽdit ſcꝺm quid attendit᷑ imago. Tertio ex oĩbus q̃ dicta ſunt cõcludit vnitatẽ eſſentie: ꝛ trinitatẽ ꝑſonarũ. Scꝺa ibi: Ecce ergo mẽs. Tertia ibi: Quapropter iuxta iſtam. Scꝺa aũt iſtarũ in qua oſtenditur ſcꝺm quid attendit᷑ imago: diuidit᷑ in duas partes Primo eñ aſſignat imaginẽ ſcꝺm potẽtias. Scꝺo ſm habitus. Scꝺa ibi: poteſt autẽ alio mõ. Item prima diuidit᷑ in tres partes. Primo oſtẽdit imaginis partes. Scꝺo oſtẽdit in eis ſimilitudinẽ trium ꝑſonarũ. Tertio diſſimilitudinẽ. Scꝺa ibi. hec ergo tria: vt ait. Tertia ibi: verũtamen caueat Adhuc ſcꝺa iſtarũ in qua oſtendit ſimilitudinẽ ꝑſonarũ in potẽtijs. diuiditur in tres. Primo īducit ꝓbationẽ. Scꝺo ponit quorundã dictorũ manifeſtationem. Tertio excludit quandã dubitationem.

Scḋa ibi: mẽs autẽ hic accipiendũ. Tertia ibi: hic aduertendũ. Illa pars in q̃ aſſignat imaginẽ ſcḋm habitũ, diuidit̃ in tres. Pᷓo enĩ aſſignat ptes imaginis. Scḋo ꝓbat in eis ſilitudinẽ pſonarũ. Tertio cõcludit ſuũ intentũ. Scḋa ibi: Hec autẽ tria cũ ſint diſtincta. Tertia ibi: mens itaqꝫ rõnalis. Hec eſt ſnĩa magiſtri in generali. (B. Sniaꝫ diſtinctiõis in ſpeali.) In ſpeciali autẽ ſic ꝓcedit magiſter (dicẽs: ꝙ imago dei qui eſt omnipotens in excellentiori pte hoĩs. ſ. in mẽte q̃rẽda ẽ: nõ ſolũ ꝓut eſt gratia informata: ſed ſm ſua naturalia: qꝛ ſcḋm ſuã naturã eſt capax dei: et ꝑticeps eſſe poteſt eiꝰ. Et hoc eſt eſſe imaginẽ. poſtea aſſignat imaginẽ in mẽte ſcḋm potẽtias (dicẽs) ꝙ ſm quod mẽs meminit ſui: intelligit ſe: vult ſe: inuenit̃ imago trinitatis in memoria: intelligẽtia: ⁊ voluntate. Deinde oſtendit ſimilitudinẽ triũ perſonarũ. Et primo q̃tũ ad ꝯſubſtantialitatẽ. Illã enĩ cõſubſtantialitatẽ habẽt ad inuicem: qꝛ ſunt vna mens ⁊ vna eſſentia. Scḋo q̃tũ ad diſtinctionẽ perſonarũ: ſcꝫ qꝛ habẽt diuerſam relationẽ. Tertio q̃tũ ad equalitatẽ: ſunt enĩ adinuicẽ equalia ſicut pſone diuine quã equalitatẽ ꝓbat per hoc ꝙ ſe inuicẽ capiũt: ⁊ includũt: qꝛ quelibet dictarũ perſonarũ capit aliam: et quelibet capit omnes. Et ideo q̃libet eſt equalis oibus. Quicquid enĩ eſt obiectũ vnius eſt obiectũ omniũ. Q̃ aũt mẽoria ſe capiat oſtendit ſic: q̃cq̃d eſt pſens memorie eſt in memoria: ſed memoria ẽ ſibi pſens: ḡ totam ſeipſam capit. Item quicquid intelligo ⁊ volo illud intelligo me ſcire ⁊ velle: ſed q̃ ſcio me intelligere eſt in memoria: ergo quicq̃d intelligo ⁊ volo eſt in memoria mea: ergo mẽoria totã ſe capit ⁊ intelligentiã ⁊ voluntatẽ. Q̃ vero intelligentia capiat ſingula ſic probat Auguſtinus. Omne q̃ nõ ẽ ignotũ eſt ĩ intelligentia: ſꝫ quicq̃d eſt volitũ: vel intellectũ in memoria exiſtẽs nõ eſt ignotũ: ergo omne hmõi ẽ ĩ intelligentia ⁊ ab ipſa capitur intelligentia: ergo alias capit. Q̃ etiã voluntas ſingula capiat ſic ꝓbat. Om̃e illud quo vtor eſt in volũtate mea ⁊ ab ea capit̃ vt obiectũ: ſꝫ om̃i eo q̃ volo vel intelligo vel memoror vtor: ḡ om̃e hmõi eſt in volũtate mea: cũ ab ipſa capiat̃ vt obiectũ voluntas: ergo ſeipſam capit ⁊ alias potentias. Poſtea determinat quedã et primo q̃ũo accipitur mens: et dicit ꝙ mẽs poteſt hic accipi dupliciter. vꝫ pro tota anima vel cõuenientius pro eo q̃ eſt in ea excellentius. Scḋo dicit ꝙ memoria nõ eſt tantum pteritorũ ⁊ abſentiũ: ſed pſentiũ: alias ſe nõ caperet. Poſtea excludit quandã obiectionẽ et querit primo q̃ũo iſta tria ſunt vna eſſentia cũ nõ videantur eſſe ſubſtãtia: ſed naturalis ꝓprietas ipſius anime: nulla autẽ ꝓprietas eſt eſſentia: cũ in eſſentia nõ ſit diuerſitas ⁊ relatio mutua: ⁊ ſoluit dicens ꝙ ideo dicunt̃ vna ſubſtantia eo ꝙ nõ accidẽt alit̃ ſꝫ eſſentialiter ſunt in ipſa eſſentia aĩe. Poſtea oſtendit in iſtis potẽtijs diſſimilitudinẽ reſpectu diuinarum pſonarũ. et ponit duplicẽ diſſimilitudinẽ. Prima eſt in trinitate diuina: trinitas eſt vnus deus. He vero tres potentie non ſunt vnus homo: ſed hominis vnius. Scḋa qꝛ pſona vnius hoĩs habet tres potentias illas. Sed in diuinis vna perſona nõ habet trinitatẽ. vnde iſte tres pſone nõ vident̃ eſſe pſone vnius dei: et addit ꝙ in iſtis potentijs eſt imago nõ ſolũ reſpectu ſui: ſed etiam reſpectu dei. Poſtea aſſignat alio modo imaginẽ dei. ſ. ſm habitum: ⁊ dicit ꝙ in mente notitia ⁊ amore eſt imago trinitatis. Poſtea oſtẽdit ſimilitudinẽ triũ pſonarũ in iſtis. Et primo q̃tũ ad ſubſtãtialitatẽ: qꝛ hec tria vnũ ſunt. Scḋo q̃tũ ad originẽ: qꝛ ex mente ꝓcedit notitia ⁊ ab vtroqꝫ amor ſicut vna pſona diuina ab alia ꝓcedit. Tertio q̃tũ ad equalitatem quia inq̃tũ eſt mens intantum ſe notat ⁊ diligit: et vtrũqꝫ iſtorũ in altero cõcluditur. Poſtea ex vnitate q̃ in iſta imagine apparet cõcludit vnũ deum. ſi enĩ eſſent duo dij vel alter ſuperflueret: ſi vterqꝫ eſſet perfectiſſimus: vel alter eſſet inſufficiẽs. Ultimo ex pdictis concludit veritatẽ fidei ſcꝫ ꝙ in diuinis eſt vnitas eſſentie in trinitate perſonarũ: quas perſonas neceſſe eſt eſſe diſtinctas relatione ꝓceſſionis: et hec eſt ſententia magiſtri in ſpeciali.

## Secunda pars tertię diſtinctionis. Vtrũ in homie ſit imago trinitatis.

### Quęſtio prima.

(I. Queſtio prima.) Circa ſecundam partẽ principalem huius tertie diſtinctionis in qua magiſter tractat de imagine trinitatis. Primo querit̃ vtrꝫ in homine ſit imago trinitatis. Et poſtea querit̃ de partibus imaginis: Querit̃ ergo primo vtrũ in homine ſit imago trinitatis. (Arguitur primo.) Et videt̃ ꝙ non quia beatus Hylarius libro de ſinodis dicit ꝙ imago eſt eius rei ad quã imaginatur ſpẽs indifferens: ſed nulla vna ſpecies indifferens poteſt eſſe trinitatis diuine ⁊ anime noſtre: ergo in anima noſtra nõ eſt imago trinitatis. (Argũt. ij.) Itẽ infinitas diuina nõ habet imaginẽ in aliqua creatura: ergo nec trinitas. añs patet: qꝛ in creaturis nihil eſt q̃ repſentet infinitatẽ diuinã: ꝓbatio cõſequẽtie qꝛ ois infinitas diuina ſufficienter inueſtigatur ex creaturis: nõ autẽ trinitas: ꝓpter q̃ magis deberet habere imaginẽ q̃ trinitas. (In oppo.) ¶ In cõtrariũ eſt q̃ dicit̃ Geñ. primo: Faciamus hominẽ ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã. Et Auguſtinus. xiiij. de trinitate dicit: ꝙ anima noſtra eo ipſo ad imaginem dei eſt ꝙ capax eius particepſqꝫ eſſe poteſt. (Reſpõſio. R. Pri. arti.) ¶ Reſpõſio. duo videnda ſunt. Primũ eſt quid ſit de ratione imaginis. Scḋm eſt qualiter imago trinitatis ſit in nobis. ¶ Quantũ ad primũ eſt intelligendũ ꝙ imago importat duo. Primũ eſt ſimilitudo ad id cuius eſt imago nõ q̃ũcũqꝫ ſed ſm ea q̃ demonſtrant rem expreſſius: vt apud ſenſum color ⁊ figura. Et hoc patet in his quibus vulgariter nomen imaginis attribuimus. Si enĩ alterũ deſit nõ dicimus eſſe cõpletã imaginẽ: ſed qꝛ iſtud nõ ſufficit. multa enĩ ſunt ſibi ſimilia in colore ⁊ figura: ⁊ in his que rem expreſſius repſentant quorũ vnũ non eſt alterius imago ſicut ouum q̃tũcũqꝫ ſit alij ouo ſimile nõ dicit̃ eius imago: ideo requirit̃: ſcḋm ſcꝫ ꝙ ſit ſimilitudo ab imaginato expſſa actiue vel exemplariter. dicit̃ enĩ imago quaſi imitago: qꝛ fit ad alterius ſimilitudinẽ vel imitationẽ modis quibꝰ dictũ eſt. Exemplariter q̃dẽ ſicut pictor facit imaginem Herculis vel ſortis inſpiciens ⁊ cõſiderãs ad ſortem tanq̃ ad exemplar. Actiue autem ſicut pater generat filiũ ſibi ſimilẽ. Et ſic duo ſunt de ratione imaginis: ſcꝫ ſimilitudo q̃tũ ad ea q̃ expreſſius rem repſentãt: ⁊ ꝙ exprimatur ab imaginato actiue vel exemplariter ꝓpter primũ vermis nõ dicitur imago hominis licet originet̃ ab homine: qꝛ nõ eſt ſimilis. ꝓpter ſcḋm ouũ nõ eſt imago oui: licet ſit ſimile: qꝛ nõ exprimit̃ ab eo nec exemplariter

A. Secūdꝰ articulus. nec actiue. Hoc quātū ad primū. Quātū ad ſcōm dicendū: ꝙ in hoīe eſt imago trinitatis: qḋ patet quia in trinitate vera eſt vnitas eſſentie cū pluralitate pſonarū quarū ſcḋa originaṫ a prima: ⁊ tertia ab vtraqꝫ: ſed in hoīe eſt inuenire tres potentias in vna eſſentia: quarū potentiarū ſcḋa aliqualiter originatur a prima: ⁊ tertia ab vtraqꝫ vt infra patebit: ergo in homine eſt quedā imitatio ⁊ imago trinitatis. Potentie autē he ẜm quas imago attenditur ẜm nomē ſuū ſunt memoria/intelligentia/⁊ voluntas de quarꝫ vnitate ⁊ origine poſtea queretur.

B. Ad principale. ¶ Ad primā rationē in oppoſitū dicēdū ꝙ aliquorū pōt eſſe ſpēs indifferēs dupliciter. Uno mō participando eandē naturā ẜm ſpeciē ſicut filius ſimillimus patri dicit̄ imago patris. Et hoc mō in creatura nō eſt imago dei. Alio modo dicit̄ aliqḋ imago alterius nō quidē participando eandē naturā ẜm ſpeciē ſed alterā: alterā ſpeciē tamē demonſtrantem ſicut: imago Herculis dicit̄ aliqḋ ſculptū in lapide vel pictū in pariete: qḋ licet ſit alterius nature tū Herculē repſentat: ⁊ hoc modo in creaturis inuenitur imago trinitatis ⁊ ſpecies indifferēs ſicut intendit Hilarius. Ad ſcōm principale. Ad ſcōm dicendū ꝙ nō eſt ſimile de trinitate ⁊ infinitate: quia licet infinitas in deo poſſit inueſtigari ex creaturis et nō trinitas: tū infinitas cōuenit deo ꝑ abnegationē eiꝰ qḋ eſt in creatura: ſcꝫ ꝑ abnegationē finis ⁊ limitationis: ꝓpter qḋ nihil ſimile habet in creaturis qḋ poſſit dici eiꝰ imago. trinitas autē nō cōuenit deo per talem abnegationē: Et ideo poteſt habere aliquid quod ſit eius imitatiuū ⁊ aliqualiter imago.

## Queſtio Secunda.

## Vtrū potētie aīe ſint idē qḋ eſſētia.

C. Queſt. ij. Poſtea q̄ritur de ptibus imaginis q̄ ſunt quo ad potētias: ſcꝫ de memoria/intelligētia/⁊ voluntate. Et q̄ritur primo de habitudine earū ad eſſentiam anime. Et deinde de habitudine earꝫ inter ſe. Quantū ad primū q̄ritur vtrū potentie anime ſint idē: qḋ eſſentia anime vł aliquid additū. Et videt̄ ꝙ ſint idē. Arg. primo. Primo: quia ptes veſtigij nō dicunt aliquid realiter differens a re vel additū in qua re eſt veſtigiū: ergo nec ptes imaginis que ⁊ potētie aīe dicūt aliquid realiter differēs ab aīa in qua eſt imago: antecedēs patet ex p̄cedētibꝰ: cōſequētia tenet per ſimile vt videt̄. Arguit. ij. Scḋo ſic: eſſentia anime aut eſt per ſe intellectiua ſenſitiua ⁊ vegetatiua: aut ꝑ accidens. Non per accidens quia rationale eſt differentia hominis: ſimiliter ſenſitiuū ⁊ vegetatiuū ſunt differentie in p̄dicamento ſubſtantie que ſumitur per ſe a forma. alioquin ſi cōuenirent rei per formā ẜm accidens nō poneret̄ in diffinitione indicante quid eſt res: cōueniūt ergo anime per ſe. Et hoc ſic. qḋ eſt intellectiuū ꝑ ſe poteſt habere actum intelligēdi ſine quocūqꝫ alio: ſed eſſentia aīe eſt ꝑ ſe intellectiua: ergo poteſt in actum intelligēdi ſine quocunqꝫ alio addito: nō poteſt autē ſine potentia ergo potentia nō eſt aliquid additū eſſentie. Argu. iij. Tertio ſic. omnis forma que ē ratio agendi ſi ꝑ ſe ſubſiſteret poſſet elicere actum (ſicut ſi calor per ſe ſubſiſteret poſſet calefacere). Si ergo intellectus addit aliquā naturā abſolutā ſuper eſſentiā aīe poterit per potentiā diuinā ab ea ſeparari ⁊ per ſe ſubſiſtere: ⁊ ſic poterit elicere actum intelligendi: hoc autē eſt impoſſibile: quia tale accidens poſſet beatificari. Quarto. quia materia eſt ſua potētia paſſiua: forma vero accidētalis ſua potentia actiua: vt color: ergo pari ratione anima eſt ſua potentia qualiſcūqꝫ ſit illa actiua vel paſſiua: cōſequētia patet ex vtroqꝫ antecedēte. Et primo ſic. forme eſt agere ſicut materie pati: Et ideo ẜm cōmentatorē trāſmutatio facit ſcire materiā: ⁊ actio formā: ſed materia per eſſentiā patit̄ ⁊ non per aliquid additum ſicut ſi materia per eſſentiā ſuā nō ſubijceretur immediate tranſmutationi ſed per aliquid additum trāſmutatio nō demonſtraret materiā ſed aliquid additū: ergo ſimiliter ſi forma non ageret imediate per eſſentiā ſuā: ſed per aliquid additū: actio nō demōſtraret formā: ſꝫ illḋ additū. Et ſcḋo ſic: magis appropinquat ad primū ⁊ purū actū qui eſt deꝰ forma ſubſtantialis q̄ accidētalis. Si ergo accidētalis forma in hoc pticipat naturā primi actꝰ ꝙ ipſa eſt ſua potētia per quā agit: videt̄ ꝙ fortiori rōne hoc habeat forma ſubſtātialis. Arguit. iiij.

In oppoſitum. ¶ In cōtrariū ē q: potētia actiua ⁊ paſſiua cōtinent̄ ſub ſecūdā ſpecie q̄litatis: ſed nihil tale pōt eſſe ſubſtantia: ergo potentia tam actiua q̄ paſſiua ſunt aliquid additum ſuper ſubſtantiā: anima autē eſt ſubſtantia: ꝗ ⁊c. Scḋo ar. Item quecūqꝫ vni ⁊ eidē ſunt eadē: inter ſe ſunt eadem: Si ergo potētia intellectiua eſt eadē cū eſſentia anime. et ſimiliter potentia ſenſitiua ⁊ vegetatiua ſequit̄ ꝙ he potētie erūt eedē inter ſe: hoc aūt eſt impoſſibile: q2 tunc eſſet verū dicere ꝙ ſenſus eſſet intellectus: ⁊ ꝙ potētia nutritiua eſſet intellectiua qḋ eſt abſurdū dicere. Ter. ar. Item potentiarū aīe quedā ſunt actiue: vt ſunt intellectus agens ⁊ potētie vegetatiue. Quedā paſſiue: vt intellectus poſſibilis ⁊ ſenſus: ſed idē per eſſentiā nō poteſt eē actiuū ⁊ paſſiuū: alioqn oppoſite: relatiōes poſſēt fundari in eadē natura creata ſimplici: qḋ eſt impoſſibile: cum illud ſit ſolum ꝓpriū nature diuine ꝓpter ſuā illuminationē: ergo potētie actiue anime differunt a paſſiuis per eſſentiā: qḋ nō poſſet eſſe ſi non dicerent aliquid abſolutū additū ſup eſſentiā aīe: quare ⁊c.

D. Deciſio q̄ſtionis. Pri. arti. ¶ Reſponſio: potentiarū aīe quedā ſunt vegetatiue quedā ſenſitiue ⁊ q̄dā intellectiue. Et in oībus deducet̄ queſtio. Et primo in vegetatiuis potētijs. Deinde in alijs. Quātū ad primū notādum eſt ꝙ cū potētie innoteſcāt per actꝰ: ideo oportet aliqḋ p̄mittere de actibꝰ potētiarꝫ vegetatiuarꝫ. ſunt autē tres actus vegetatiue ptis: videlicet nutrire/augmētare/⁊ generare: vt patet. ij. de anima quorū primus ⁊ vltimus: ſcꝫ nutrire ⁊ generare put dicunt introductionē forme ſubſtantialis in materia poſſunt eſſe imediate ab eſſentia aīe p̄uia tū altereratione ẜm aliqs q̄litates. Qḋ pbat̄ ſic: ſimile iudiciū eſt de nutritione in viuentibꝰ ⁊ de generatione in oībus. Sed imediatū principiū generationis (put dicit introductionē forme ſubſtātialis) eſt forma ſubſtātialis generātis: ꝗ imediatum pricipiū nutritiōis eſt forma ſubſtātialis rei viuētis vtraqꝫ ppō pbat̄. Et primo maior: ſicut eñ in gñatione materia corrupti accipit formā ſubſtantialē quā priꝰ nō habebat: ſic in nutritiōe: hoc excepto ꝙ forma q̄ eſt finis gñationis prius oīno nō erat: ſꝫ forma ſub qua fuit materia alimēti per nutritionē priꝰ erat in vtroqꝫ tū tam in generatiōe q̄ in corruptione fit materia corrupti ſub aliqua forma ſubſtantiali quā prius non habebat: ergo illa virtus q̄ ſufficit ad gñationē ſufficit ad nutritionē in eodē: ⁊ ſic patet maior: minor pbat̄: q2 cū ignis generet ignem ex aere corrupto: aut forma ſubſtantialis ignis

geniti eſt imediate a forma ſubſtantiali ignis ge=
nerantis aut a calore. Si primũ dicẽ habet intentũ.
Si ſcõm: cõtra quia aut calor ignis introducit for=
mã ſubſtantialẽ virtute ꝓpria aut virtute alterius:
non in virtute ꝓpria: qꝛ ſic ageret vltra ſuã ſpeciẽ
nec in virtute forme ſubſtantialis: qꝛ nihil agit in
virtute alteri⁹ niſi ſit motũ ab illo (ſicut ſecuris mo
uetur a carpẽtatore) vel niſi recipiat aliquã virtutem
ab eo (ſicut agẽtia naturalia dicunẽ agere in virtu=
te dei: qꝛ recipiũt ab eo ſuas formas ꝛ virtutes per
quas agunt) alioquin: ſi nullũ p̃dictorũ requiraẽ:
põt fingi ꝙ quilibet agat in virtute cuiuſlibet cõiun
cti ſibi. Calor aũt nõ recipit a forma ignis motionẽ
vel virtutẽ aliquã: qꝛ de illa virtute cũ eſſet accidẽs
q̃rereẽ ſicut de calore ꝛ ꝓcedereẽ in infinitũ: ğ calor
in virtute forme ſubſtãtialis nihil agit: ſed ipſa for
ma ſubſtãtialis generãtis inducit formã ſubſtãtia
lem geniti: ꝛ ſic patet minor: ſequiẽ ergo concluſio.
E. ¶ Sed cõtra rationẽ iſtã inſtaẽ dupliciter. Primo
Inſtãtia. quia falſum eſt ꝙ forma ſubſtãtialis generãtis ſit
imediatũ principiũ inducẽs formã ſubſtantialẽ in
materia geniti. Scõm eſt qꝛ nõ eſt ſimile qđ addu
ciẽ ꝑ ſimili de nutritione ꝛ generatione. Primũ pa
tet ꝑ philoſophũ libro de ſenſu ꝛ ſẽſato: ignis ꝛ ter
ra ꝛ qđcũq; aliud ẽm illud qđ eſt eſſentialiter non
eſt natũ agere vel pati: ſed ẽm ꝙ habẽt cõtrarieta=
tes ẽm formas accidẽtales: ğ ẽm illas ſolũ agũt et
patiunẽ ꝛ nõ ẽm formas ſubſtãtiales. Scõm patet
quia ad ꝑfectiorẽ actũ cõcurrũt plura principia: ſed
nutritio eſt ꝑfectior generatione in rebus aiatis: qꝛ
actus ꝓprius aiatorũ ꝑfectior eſt actu q̃ eſt cõis aia
tis ꝛ inaiatis: Et ideo dato ꝙ ſola forma ſubſtãtia
lis ſufficeret ad imediate introducendã formã ſub
ſtantialẽ in generatione inaiatorũ: non oportet tñ
ꝙ ſufficiat ad introducendũ formã ſubſtantialẽ in
nutritione: ſed requiriẽ aliqđ principiũ ſupadditũ
F. qđ vocamus potentiã nutritiuã. ¶ Ad rõnẽ autẽ
Ad rões. reſpondẽt quidã ſic. Cũ eñ diciẽ ꝙ calor aut intro
reſponſio ducat formã ſubſtantialẽ virtute ꝓpria aut virtute
quorũdã. forme ſubſtantialis dicũt ꝙ in virtute forme ſub=
ſtantialis: nõ quidẽ recipiẽdo a forma ſubſtantiali
motionẽ aliquã aut virtutẽ: Sed forma ſubſtãtia=
lis ꝛ calor cõcurrũt vt vnũ ꝑfectũ agens ad cauſan
dũ talẽ effectũ: ita ꝙ nullũ eorũ ſufficeret ẽm ſe ſi=
cut durities ꝛ acuties cõcurrũt in cultello ad hoc ꝙ
poſſit ſcindere nõ tanq̃ duo principia: ſꝫ tanq̃ vnũ
perfectũ vel ſupplentia vicẽ vnius perfecti: ꝛ tñ qꝛ
acuties ſupponit duritiẽ diciẽ in virtute eius agere
vl̃ ſcindere: qꝛ ꝑ ſe nõ ſufficeret. Siliẽ q̃uis calor ꝛ
ſubſtãtialis forma ſint vnũ ꝑfectũ agens: qꝛ tamẽ
calor ſupponit formã ſubſtantialẽ ꝛ nõ econuerſo:
ideo calor diciẽ agere in virtute forme ſubſtantia=
lis: quia ſine ea non ageret. Forma autẽ ſubſtan=
tialis nõ dicitur agere in virtute caloris q̃uis ſine
G. calore nõ ageret: quia nõ ſupponit calorẽ ſicut nec
Eneruat durities acutiẽ. ¶ Hec autẽ nõ impediũt priorẽ ra
inſtantia. tionẽ. Primũ non quia pꝛetanto philoſophus di=
cit ꝙ ignis ẽm ꝙ ignis nõ agit: qꝛ eius prima actio
in tranſmutãdo materiã nõ põt eſſe per formã ſub
ſtantialẽ: ſed eſt neceſſario per aliquã qualitatem:
qualitatibus eñ (ꝛ potiſſime primis) cõpetit primo
ſe expellere circa idẽ ſubiectũ ꝓpter earũ perfectaꝫ
cõtrarietatẽ: nõ intendit tñ ꝓpter hoc ſubſtrahere
omnẽ actionẽ a forma ſubſtãtiali ꝑſuppoſita actio=
ne qualitatis. Neceſſũ cõcludũt cũ dicãt formã ſub=
ſtantialẽ generantis eſſe partialẽ cauſam introdu

ctionis forme ſubſtantialis geniti: q̃uis non tota=
liter de quo an verũ ſit ſtatim dicetur. Ad autẽ H.
ſcđo dicunt ꝙ ad nutritionẽ plura principia cõcur= Ad ſcđaꝫ
runt q̃ ad generationem cũ nutritio ſit perfectior rõem.
actus q̃ generatio. Dicendũ eſt ꝙ non oportet: qꝛ
ad perfectiorẽ actum ſufficit perfectius principium
eſſentia autẽ anime perfectior eſt formis inanima=
torũ ꝓpter qđ ſi forme ſubſtantiales inanimatorũ
ſint ſufficientia principia generationis per eãdẽ ra
tionẽ eſſentia anime cũ ſit perfectior poteſt eſſe ſuf
ficiens principiũ generationis ꝛ nutritionis dato ꝙ
nutritio eſſet perfectior actus q̃ generatio inani=
matorũ: q̃uis non oporteat hoc dicere: qꝛ non omne
quod eſt ꝓprium animatorũ eſt ꝑfectius omni eo
qđ cõuenit inanimatis: alioquin alique perfectiões
accidẽtales que ſunt animatorũ ꝓprie eſſent perfe
ctiores formis ſubſtantialibus inanimatorũ: quod
non eſt verũ. Reſponſio etiã que datur ad ratio= I.
nẽ prius poſitã cõcedit ꝙ forma ſubſtãtialis eſt im
mediatũ principiũ generationis non quidẽ totale
ſed partiale: quẽadmodũ durities ꝛ acuties cõcur=
runt in cultello ad hoc vt poſſit ſcindere. ꝙ ſit im=
mediatũ principiũ puto verũ eſſe: ſed ꝙ nõ ſit tota
le principiũ ſed partiale videtur ꝙ ſit irrationabile
Primo qꝛ principiũ actu ꝓducens effectũ ſibi tota
liter adequatũ nõ põt ſimul cõcurrere cũ alio princi
pio ad ꝓducendũ imediate aliũ effectũ ꝛ maxime
ſupexcedentẽ: qꝛ primus effectus nõ eſſet adequa
tus: ſed in generatione ignis calor ignis ꝓducit ef
fectum totalẽ ſibi adequatũ (ſcꝫ calorẽ ſimilẽ ſpecie
et equalẽ virtute) ergo nõ cõcurrit cũ forma ſubſtã
tiali tanq̃ partiale coagens ad ꝓductioneꝫ forme
ſubſtantialis. Secundo: quia illud quod eſt prin= K.
cipium actiuum alicuius effectus non excedentis
ipſum virtute vel ſpecie videẽ eſſe principiũ effecti=
uum totale. vnde eñ fingeretur eſſe partiale cum
talis effectus non excedat ſpeciẽ principij nec vir=
tutẽ: non apparet: ſed forma ſubſtãtialis ignis ge
nerantis cõceditur, ab iſtis eſſe principiũ imediate
ꝓductiuũ forme ſubſtantialis ignis geniti que nõ
excedit eam ſpecie nec virtute: ergo ipſa eſt totale
principiũ ꝓductiuũ ꝛ nõ partiale: alioquin poſſet di
ci ꝙ calor ignis generãtis nõ eſſet totale principiũ
caloris ignis geniti: ſed calor cũ forma ſubſtantia=
li ſicut diciẽ ꝙ forma ſubſtãtialis nõ eſt totale princi
piũ alteri⁹ forme ſubſtãtialis: ſꝫ forma ſubſtãtialis
cũ calore: videẽ eñ par rõ vtrobiq;: patꝫ ğ ꝙ forma
ſubſtãtialis generãtis in oib⁹ tã animatis q̃ inaia=
tis eſt imediatũ principiũ generatiõis ſeu introdu
ctiõis forme ſubſtãtialis in materia q̃uis ꝑſuppo=
nat alterationẽ preuiã: ꝛ in aiatis eſt imediatũ prin
cipiũ cõuerſionis alimẽti in ſubſtãtiã nutriti. Et cũ
tale principiũ vocem⁹ potẽtiã nutritiuã ac genera=
tiuã: ſequiẽ ꝙ potẽtia aie nutritiua ꝛ gñatiua ſunt
idẽ qđ eſſẽtia aie: nec obſtat ꝙ nutrire ꝛ gñare ſunt
plures actus: qꝛ cũ ſint ſubordinati poſſunt eſſe ab
eodẽ principio. Potẽtia autẽ augmẽtatiua abſo= L.
lute ſũpta nõ oportet ꝙ ſit potẽtia aie. Nã augmen
tũ ꝓut diciẽ ſolũ ꝓductionẽ de minori q̃titate ad
maiorẽ ꝯuenit inaiatis: vt pꝫ de rarefactiõe aeris
q̃ fit ꝑ ſolã virtutẽ caloris ꝛ nõ ꝑ aliquã virtutẽ aie
et talis potentia augmentatiua actiua non oportet
ꝙ ſit in eo qđ augetur: vt patꝫ in exemplo dicto de
aere. In reb⁹ autẽ animatis potẽtia augmẽtatiua
ꝓut ad animã pertinet eadẽ eſt cũ potentia nutriti
ua: ꝛ eſt ſolũ in eo qđ augetur: quia virtus anime

vt conuertit alimētū ad reſtaurationē deꝑditi nu=
Nota. trit: vt autē plus cōuertit ꝙ̄ ſufficiat ad reſtauran=
dū deperditū auget. Cū ergo eadē ſit virtus aīe q̄
A. cōuertit de nutrimēto plus vel minus: patet ꝙ ea=
dē virtus aīe eſt augmētatiua ⁊ nutritiua. Aduer
tendū tñ eſt ꝙ ſiue cōuertat̄ de nutrimēto q̄ntū ſuf=
ficiat ſiue plus aīa vtitur calore q: ante cōuerſionē
nutrimēti calor ipm̄ decoquit (vt habetur .ij. de aīa)
quo facto virtꝰ aīe ꝯuertit ipm̄ in ſubſtantiā aīalis
poſt cōuerſionē aūt ſaltē ordine nature q̄ñ pluſq̄ cō
uerſum eſt ꝙ̄ ſufficiat ad reſtaurationē deꝑditi ca
lor totū extēdit: et fit augmentū abſq̄ rarefactiōe:
qḋ nō fit abſq̄ additione materie: ſicut fit augmen
tū aeris: vtraq̄ ḡ opatio videlicet decoctio alimēti
cōuertēdi ⁊ extenſio nutriti fit p̄ciſe per calorē: cū
terminus vtriuſq̄ actiōis ſit ſola forma accidenta
lis qualitas vel q̄ntitas q̄ nō excedit virtutē caloris
ſed cōuerſio alimēti in ſubſtantiā aīalis ꝓ nutritio
ne ⁊ augmēto fit ſolūmodo virtute aīe q̄ nō differt
ab eius eſſentia vt ꝓbatū fuit prius: ⁊ ſic patꝫ ꝙ po
tētie vegetatiue q̄ ſūt nutritiua ⁊ augmētatiua ⁊ ge
neratiua ſūt idē realiter qḋ eſſētia aīe: q̄uis actio
caloris cōcomitet̄ nutriri / augeri / ⁊ generari. Nunc
B. videndū eſt de potētijs ſenſitiuis an ſint idē cū eſſē
Secū. ar. tia aīe vel dicāt aliquid abſolutū additū ſuꝑ eam.
¶ Circa qḋ notandū eſt: ꝙ potentie ſenſitiue tam
exteriores q̄ interiores ſe habēt ad actus ſuos paſ
ſiue paſſione q̄ eſt receptio: nō quidē ipſe ſole: ſed
cōpoſitū ex ipſis ⁊ ſuis organis: vtrū aūt ſe habeāt
ad ſuos actus aliquo mō actiue ſatis dubiū eſt de
quo forte alias inquiret̄: ſed nūc ꝓcedemus ex eo
qḋ certū eſt. Et primo oſtēdet̄ ꝙ vnaq̄q̄ ſubſtātia
actu ſubiecta accidētibꝰ eſt imediata potentia re=
ceptiua aliquorū ſuoꝝ accidentiū. Et ſcḋo inquiret̄
an actꝰ ſentiēdi inſunt aīe vel toti cōpoſito imedia
te vel mediantibus potētijs realiter differentibus
ab aīa. Primū patet ſic: aut eſſentia aīe vel totius
C. cōiuncti eſt imediatū receptiuū aliquorū ſuorū acci
dentiū: aut mediāte aliquo accidēte. Si imediate
habet̄ ꝓpoſitū videlicet ꝙ eſſentia aīe vel totiꝰ cō
iuncti eſt imediata potētia receptiua alicuiꝰ accidē
tis. Si nō ſed mediāte aliquo accidēte. Contra
quia illud accidēs cū ſit receptū in ſubſtātia aut eſt
receptū imediate vel mediate. Si imediate habet̄
intētū: Si mediāte alio accidēte: q̄rā de illo vt pri=
us ⁊ ꝓcedet̄ in infinitū: vel dabit̄ aliqḋ accidēs qḋ
imediate recipit̄ in ſubſtātia ⁊ reſpectu cuiꝰ ſubſtā=
tia ſm̄ ſeipam eſt immediata potentia receptiua.
D. Quantū ad ſcḋm videlicet vtrū actus ſentiēdi in=
ſint aīe vel toti cōiuncto imediate vel mediāte ali=
quo inquirendū eſt ⁊ quid ſit illud mediū. Qḋ non
inſint aīe imediate patet: ſed mediantibus diſpoſi
tionibus corporalibꝰ organorū ſicut videre mediā
te corpali diſpoſitiōe oculi: ⁊ audire mediāte diſpo
ſitione auris: ⁊ ſic de alijs: ⁊ iſte diſpoſitiones ſunt
accidētales ſuꝑaddite toti cōpoſito ſubſtātiali: ne
ceſſitas autē huiꝰ eſt: q: ſi actus ſentiendi haberēt
pro imediate ſuſceptiuo ſolū cōpoſitū ex materia ⁊
forma ſubſtātiali q̄ eſt anima (cū iſtud vt ſic vnifor
miter ſe habeat ſm̄ oēs ptes corporis) ſequeret̄ ꝙ
quilibet actus ſentiendi poſſet recipi in qualibet ꝑ=
te corporis ſeu cōiuncti: ⁊ ſic videre poſſemus ꝑ au
rem ⁊ audire per oculū qḋ eſt falſum ꝓpter qḋ actꝰ
ſentiendi ſicut ſunt diuerſi ſic requirūt in toto con=
iuncto ſubſtātiali (qḋ vt ſic eſt vniforme) diuerſas
diſpoſitiones accidētales mediātibus qbꝰ recipia

tur in diuerſis partibus ſeu organis. Et iſtud nul E.
lus negat: ſed per hoc nōdū habemꝰ ꝙ potētie aīe
ſint alique forme abſolute ſuꝑaddite eſſentie aīe:
quia p̄dicte diſpoſitiones corporales diuerſorū or
ganoꝝ vident̄ poſſe eſſe preciſe vel ſaltē magis ex
determinata cōmixtione qualitatū elementaliū q̄
ex parte anime: potētie aūt anime magis ſe tenēt
ex parte anime q̄ ex pte corporis vel qualitatū ele
mentaliū: ꝓpter qḋ p̄dicte diſpoſitiones organorū
nō vident̄ poſſe vocari ꝓprie potentie anime. Et
ideo adhuc reſtat inquirendū ſi actus ſentiendi re
quirant ex parte anime p̄ter p̄dictas diſpoſitiones
organorū aliquā formā q̄ ꝓprie poſſet dici potētia F.
anime. Et circa hoc duo ſunt modi dicendi: vnus Pri. mo. dicendi.
eſt ꝙ potētie anime nō dicūt aliquid abſolutū addi
tum ſuper eſſentiā anime. Principaliores autē ra
tiones huius opinionis tacte ſunt in arguendo ad
queſtionē. Declarāt aūt hanc poſitionē per moduꝫ
iſtum. Supponūt primo ꝙ forma ſubſtantialis pōt
eſſe imediatū principiū alicuius opationis. Te=
nent eñ primā opinionē q̄ poſita fuit de potentijs
negatiuis. Scḋo ſupponūt ꝙ q̄nto forma eſt eleua
tior tanto potentia eſt eleuatior. Et hoc quia poten
tia correſpondet forme. Tertio ſupponūt ꝙ ea
que ſunt diuiſa in inferioribus poſſunt eſſe vnita
in ſuperioribus. Videmus enim ꝙ in generatione
animaꝝ vegetatiua tanq̄ infima dat ſolū vnicum
eſſe (.ſ. vegetatiuū) ſenſitiua autē tanq̄ ꝑfectior dat
duplex eſſe vite: ſed vnice (.ſ. vegetatiuū ⁊ eſſe ſen
ſitiuū) que ſunt vnū eſſe in animali ſicut anima ſen
ſitiua ⁊ vegetatiua ſunt vna eſſētia. intellectiua ve
ro tanq̄ perfectiſſima dat triplex eſſe vite vnice .ſ.
eſſe negatiuū ſenſitiuū ⁊ intellectiuū per eandē ra=
tionem. His ſuppoſitis cōcludunt ſuū ꝓpoſitum
ſic. Si eſſentia anime realiter differt a ſuis poten=
tijs: hoc eſt aut quia nō pōt eſſe imediatū principiū
alicuiꝰ opationis: aut q: nō pōt eē imediatū princi=
pium plurū opationū. Primū eſt excluſum ꝑ pri=
mam ſuppoſitionem. Scḋm excluditur per ſcḋaꝫ
et tertiam ſuppoſitiones. Sic. q̄nto aliqua forma ē
eleuatior tanto potentia eius eleuatior eſt: vt dicit
ſecunda ſuppoſitio. Sed forma que eſt eleuatior:
vt forma ſenſitiua ⁊ intellectiua vnica exiſtens dat
immediate plura eſſe: vt patet ex tertia ſuppoſitio
ne: ergo potentia talis forme vnica exiſtens ⁊ vnū
cum eſſentia poteſt ad plures operationes ſe extē=
dere ⁊ immediate. Cum ergo fruſtra ⁊ ſine ratio
ne ponantur plura vbi vnū ſufficit: et eſſentia ani
me poteſt eſſe immediatum principium operatio=
nis non vnius tātum ſed plurium: fruſtra vt vide
tur adderent̄ potentie ad eſſentiā anime. Quic= Cōfuta.
quid ſit de concluſione: ratio tamen iſta non placet
quia cum dicitur ꝙ forma perfectior vnica exiſtēs
dat plura eſſe immediate: ergo potentia talis for=
me vnica exiſtens ⁊ vnum cum eſſentia poteſt im=
mediate principiare plures actus. Conſtat ꝙ non
eſt ſimile quia illa plura eſſe que dat forma perfe=
ctior non ſunt plura realiter: ſed vnum tantum in=
cludens virtute perfectiones plurium: propter qḋ
poteſt eſſe ab vna forma includente perfectiones
plurium: ſed actus anime ſunt plures realiter ⁊ q̄=
dam eorum nullum ordinem habentes adinuicē:
et ideo non poſſunt immediate cauſari ab vna na
tura realiter. Alius modus dicendi eſt ꝙ poten=
tie ſenſitiue differunt realiter ab eſſentia anime. ij. mo. di.
¶ Rationes autē huius opinionis preter eas que

tacte ſunt in arguẽdo ad q̃ſtionẽ ſunt multe quarũ
q̃dã ſunt parui põderis ⁊ ille primo ponenť ⁊ oſten
dẽtur defectus earũ. Deinde ponenť p̱ eadẽ con=
Prima rõ cluſione quedam alie rõnes pbabiliores. Prime
ſunt tres. Prima talis eſt. In quibuſcũq̃ primum
principiũ opationis eſt de gñe ſubſtãtie oportet ꝙ
opatio ſit ſubſtãtia (q2 effectũ primũ ⁊ immediatũ
oportet pportionari ſue cauſe) ſed in ſolo deo opa
tio eſt ſubſtãtia. In oibus aũt alijs opatio eſt acci=
dens: q2 ſolus deus eſt qui nõ agit p potẽtiã mediã
differentẽ a ſua eſſentia. Alia aũt agũt p potentiã
que eſt accidẽs: ⁊ ſic eſſentia aĩe q̃ eſt ſubſtãtia non
Scḋa rõ. eſt ſua potẽtia cũ illa ſit accidẽs. Scḋa talis eſt. q2
cũ potẽtia ⁊ actus diuidãt ens ⁊ q̃ḋlibet genꝰ entis
oportet ꝙ ad idẽ genꝰ referanť potentia ⁊ actus: ⁊
ideo ſi actus nõ eſt in genere ſubſtãtie: potẽtia que
ad illũ actũ ordinať nõ põt eſſe in genere ſubſtãtie
opatio aũt aĩe nõ eſt in genere ſubſtãtie: ſed in ſo=
lo deo cuius opatio eſt eius eſſentia. vnde dei po=
tentia q̃ eſt principiũ opationis eſt ipſa dei eſſentia
qḋ nõ põt eſſe verũ neq3 in aĩa neq3 in aliqua crea=
Ter. rõ tura. Tertia talis ẽ: q2 aĩa b3 ſuã ſubſtãtiã eſt actꝰ.
Si ergo ipſa eſſentia aĩe eſſet imediatũ principiũ
opationis ſemp habẽs aĩam actu: haberet opa vi=
te ſicut ſemp habẽs aĩam actu: eſt viuũ. non eñ in=
quantũ eſt forma eſt actus ordinatus ad vlteriorẽ
actũ: ſed eſt vltimus terminus generatiõis. vnde
ꝙ ſit in potẽtia ad hunc vel ad aliũ actũ hoc nõ co=
petit ei ſm ſuã eſſentiã inq̃tũ eſt forma: ſed b3 ſuã
potentiã: ⁊ ſic ipſa aĩa ſm ꝙ ſubeſt ſue potẽtie dicť
actus primus ordinatus ad actũ ſcḋm. Inuenitur
aũt habẽs aĩam nõ ſemp eſſe in actu operum vite.
vnde ⁊ in diffinitione aĩe dicť ꝙ eſt actus corporis
potentia vitã habẽtis: q̃ tñ potẽtia nõ abijcit aĩam.
Relinquiť ergo ꝙ eſſentia aĩe nõ eſt eius potẽtia:
nihil eñ eſt in potẽtia ſm actum inq̃tũ eſt actus.
G. Hec aũt opinio q̃uis cõmunꝰ teneať q̃ prima: ra
Impro. tiones tñ adducte p̱ ea ſunt defectuoſe valde: qḋ
rõnũ. patet diſcurrẽdo p ſingulas. Cũ eñ primo dicitur
Impro. ꝙ in quibuſcũq̃ principiũ opationis primũ eſt de
prie rõnis genere ſubſtãtie oportet ꝙ opatio ſit ſubſtantia: q2
cauſa ⁊ effectus primus ⁊ imediatus pportionanť
hic eſt multiplex defectus. vnus q2 hic accipiť opa
tio p̱ ſola opatiõe intra manẽte: vt ſũt cognoſcere
appetere: de q̃bꝰ ſolũ et earũ principijs ſeu cauſis
primis ⁊ imediatis nũc agiť: ppter qḋ illud qḋ in=
ducť de tali opatiõe diuina nõ eſt ad ppoſitũ. Ipa
H. eñ nõ eſt ſubſtãtia ppter hoc ꝙ principiũ eiꝰ ſit ſub
Nota. ſtantia: q2 nec cauſam habet nec principiũ. S3 hoc
omiſſo videamus de veritate maioris ppoſitiõis
in ſe. Cũ eñ ſit duplex principiũ actiuũ ſc3 ⁊ paſſiuũ
Si intelligať de paſſiuo principio falſa eſt: neceſſe
eñ eſt ꝙ ſubſtãtia ſit principiũ imediate inceptiuũ
alicuius accidẽtis vt priꝰ pbatũ eſt: et ideo ſi opa=
tio eſt accidẽs nõ ſequiť ex hoc ꝙ primũ ſub prin=
cipiũ paſſiuũ ⁊ receptiuũ ſint accidẽs: nec ppť hoc
deficit pportio inter talẽ cauſam ⁊ talẽ effectũ: imo
in hoc eſt pportio receptiui ⁊ receptibilis qḋ recepti
bile ſit inherens (qḋ cõpetit accidẽti) ⁊ receptiuũ ſit
I. per ſe ſtans (qḋ cõpetit ſubſtãtie) Si aũt prima ma
ior ppoſitio intelligať de principio actiuo tunc non
eſt ad ppoſitũ. Si ponať ꝙ potẽtia ſenſitiua nõ ſe
habeat ad actũ ſentiendi actiue ſed ſolũ paſſiue ſi=
cut cõius poniť. Sed dato ꝙ ſe haberet actiue ad=
huc illa maior eſſet falſa: q2 lux ſolis eſt ab aliq̃ effe
ctiue: ⁊ nõ ab alio corpore q̃ a ſole lucente ſm phi=
loſophos oẽs: q2 ſol inter corpa lucẽtia lumẽ influ=
it alijs ⁊ nõ recipit: ideo lux ſolis vel eſt effectiue a
ſubſtãtia ſolis vel a dante ſubſtantiã. Et q̃cq̃d hor
deť ſemp habeť ꝙ lux ſolis q̃ ſemp eſt vere accidẽs
ſit a ſubſtãtia tanq̃ a principio actiuo. Et pari rõne K.
nõ oportet ꝙ ſi principiũ actiuũ opationis ſit ſub=
ſtantia ꝙ opatio ſit ſubſtãtia: nec iſtud eſt cõtra p=
portionẽ cauſe ⁊ effectꝰ: q2 effectꝰ equiuocꝰ nõ eq̃=
tur ſue cauſe: ſed deficit ab ea. Et ideo q̃uis cõtra
p̃dictã pportionẽ eſſet ſi effectus eſſet ſubſtãtia: et
cauſa eius p̃cĩſa eſſet accidẽs: q2 tũc effectꝰ excede=
ret ſuã cauſam: tñ nõ ſic ẽ ſi cauſa pductiua ſit ſub
ſtantia ⁊ effectus pductus ſit accidẽs: oẽs eñ do=
ctores cõcedũt ꝙ deus qui agit p ſubſtantiã ſuã p=
ducit imediate grãm q̃ eſt accidẽs: nõ obſtãte: q2 ꝙ
opatio ſentiendi ſit accidẽs principiũ pductiuũ eiꝰ
qḋ vocamus potentiã põt eſſe ſubſtãtia. Adhuc ſi
oporteret opationẽ eſſe ſubſtantiã qñ principiũ eiꝰ
eſt ſubſtãtia hoc eſſet ſolũmodo verũ de principio
totali ⁊ p̃ciſo ⁊ nõ de principio partiali: potẽtia autẽ
ſenſitiua nõ eſt totale principiũ ſentiendi ſed parti
ale: cõcurrit eñ cũ ea obiectũ ⁊ ſpẽs ſeu aliqua im=
preſſio obiecti quorũ vtrũq̃ eſt accidẽs: ppter qḋ
nõ oportet ſi potentia ſit ſubſtãtia ꝙ opatio ſit ſub=
ſtantia; ſed põt eſſe accidẽs cũ in principio eius to=
tali includať accidẽs: ⁊ ſic pat3 ꝙ prima ratio multi
pliciter deficit. Scḋa etiã rõ pcedit in equoco de L.
potẽtia ⁊ actu. Potẽtia eñ ⁊ actus q̃ diuidũt ens et Eneruať
q̃ḋlibet genus entis: ⁊ potẽtia ⁊ actus de q̃bꝰ nunc Scḋa rõ.
loquimur equoce dicunť. Cũ eñ dicimꝰ ens ⁊ q̃ḋli
bet genus entis diuidi p actũ ⁊ potentiã nõ impor=
tatur aliquid realiter aliud per vnum q̃ per aliud
ſed importatur idem ſub alio modo eſſendi: ſicut
dicimus hominẽ in actu ⁊ hominẽ in potentia: albe
dinem in actu ⁊ albedinẽ in potentia: ⁊ ſic de rebus
aliorũ generũ: ⁊ ſic actus ⁊ potentia ſunt in eodem
predicamento ⁊ in eodẽ genere primo: nec nõ in
eadẽ ſpecie: ſicut homo in actu ⁊ homo in potentia
ſunt in p̃dicamento ſubſtãtie: ⁊ albedo in actu ⁊ al=
bedo in potẽtia ſunt in p̃dicamẽto qualitatis: ⁊ ſic
de alijs. Potẽtia aũt de qua nũc loquimur eſt prin=
cipiũ actiuũ vel paſſiuũ ⁊ actus eſt opatio pducta
vel recepta. Et hoc mõ potẽtia ⁊ actus nõ diuidũt
ens nec q̃ḋlib3 genꝰ entis. Nõ eñ oĩe ens eſt opa
tio vel imediatũ principiũ opationis etiã ſm iſtos
dicit eñ ꝙ in creaturis ſubſtãtia nec ẽ opatio: nec
imediatũ principiũ opationis. Et p eandẽ rationẽ
nõ oportet ꝙ ſint in eodẽ p̃dicamẽto: q2 pari rõne
eſſent in eodẽ genere primo ⁊ in eadem ſpecie qḋ
nullus ponit. Tertia ratio eque parũ cõcludit ⁊ ſe
ipſam impedit. Non eñ ſequitur ꝙ ſi eſſentia ani= L.
me ſit immediatũ principiũ opãdi ꝙ animal ſemp Ter. rõ
ſit actu operans ſicut ſemper eſt actu viuens q̃diu eneruať.
habet animam: quia anima eſt formale principium
quo animal eſt viuũ: ſicut albedo eſt formale prin=
cipiũ quo corpus eſt albũ. Et ideo ſicut impoſſibile
eſt corpus habere albedinẽ ⁊ nõ eſſe albũ: quia idẽ
ſunt: ſic impoſſibile eſt aĩal habere aĩam ⁊ non eſſe
aĩatũ ſeu viuũ: q2 idẽ ſunt: ſ3 potẽtia aĩe dato ꝙ ſit
eadẽ cũ eſſentia nõ eſt hoc mõ formale principium
opandi ꝙ habere ipſam ſit eſſe operãs: ſ3 eſt vel ſo
lum principiũ paſſiuũ: vel ſi ſit aliquo modo princi
piũ actiuum non eſt totale ſed partiale: vt dictum
eſt. Illud enim quod eſt principium operationis
ſolummodo paſſiue non ponit operationem niſi
concurrat principium actiuum ſufficiens et totale:

ꝓpter qđ eſſentia aīe dato ꝙ ſit idipſ ꝙ potētia ſua nō neceſſario reddit ſuū ſubiectū actu: ⁊ ſēp opans ſed reddit ipm ſemp actu viuū. Nec obſtat ꝙ aīa ꝑ eſſentiā ſuā eſt actus: q2 illud qđ eſt actus ⁊ forma reſpectu vni⁹ eſt potētia actiua vł paſſiua reſpectu alteri⁹: ſicut qntitas q̄ eſt actus ⁊ forma: ſaltē accidētalis corporis eſt potētia receptiua caloris: ⁊ calor q̄ eſt forma ignis eſt potētia ꝓductiua alteri⁹: imo ratio ſeipā ꝫ ipcdit: q2 ſi potētia ſit aliqđ abſolutū additū eſſentie aīe illud erit forma q̄dā ⁊ q̄dā actus ꝑ eſſentiā ſuā ſicut aīa. Et ideo qua rōne aīa nō pōt eſſe potētia: q2 eſt act⁹ ꝑ eſſentiā: et q2 poneret ſubiectū ſuū ſemp ſub actu opandi: eadē rōne nec illđ additū poſſet eſſe potētia: q2 eſt act⁹ ꝑ eſſentiā ſuā:

B. Riſſio ad queſtionē ¶ Reſpōſio. queſtio iſta nō eſt de re quid ſit: ſed de modo loquendi. Non em̄ dubitamus vtrum eternitas plurificetur in perſonis diuinis ſ; ſuppoſito q̄ in oībus p̄ſonis diuinis ſit vna eternitas ſicut vna diuinitas querim⁹ vtru; debeamus predicare nomē eterni de tribus p̄ſōis in plurali an in ſingulari: eſt ḡ intelligēdum q̄ nominū quedam ſunt adiectiua: alia ſubſtantiua. Illa que ſunt ſubſtantiua cum non ſignificēt per modum dependentis ad alterum: et alteri inherētis non dicuntur de aliquibus pluraliter niſi natura importata per talia nomina plurificetur in illis. Sed adiectiua cum ſignificent per modum dependentis ad alterum: ⁊ alteri inherentis p̄dicātur pluraliter (de plurib⁹ tamē) ſiue forma importata per talia nomina plurificet̄ ſiue non: Debent em̄ vt dicunt grammatici adiectiua conformari ſubſtantiuis in numero. Unde dicimus q̄ plures hoīes trahunt nauem pluraliter licet ſit vnus tractus numero. Cum ergo queritur vtrum p̄r ⁊ filius ſint plures eterni. Aut facis difficultatē in hoc q̄d eſt plures: vel ī hoc q̄d ē eterni: Si in hoc q̄d eſt plures. ſolutum eſt in prima queſtione huius diſt. Si ī hoc q̄d eſt eterni nulla vis facienda eſt cum ſit adiectiuum quod predicatur pluraliter de pluribus: ⁊ pluralis numerus non denotat numerum forme per adiectiuum importate, ſed p̄ſitatem illorum quib⁹ conuenit. Un̄ bene dicitur plures perſone ſunt diuine non autē dij: ⁊ q̄ pater et filius ⁊ ſpirit⁹ ſanct⁹ intelligant ⁊ volunt non aūt intelligit aut vult licet intelligere ⁊ velle in eis ſint vnum numero. Et idē iudicium eſt de hoc quod eſt eternum prout ſumitur adiectiue q̄ debet dici q̄ ſunt plures eterni.

I. Ad primū principale. Ad primum argumētum dicēdum q̄ non eſt ſimile de hoc nomie de⁹: ⁊ de hoc nomie eternus quia illud eſt ſubſtantiuum et iſtud adiectiuum: q̄uis hoc quod eſt eternus ſumat̄ aliquotiens ſubſtantiue ⁊ tunc non predicat̄ pluralit̄: vnde Athanaſius ſic accepit cum dixit ⁊ tamē non tres eterni ſed ⁊c. Adiectiue autē accepit cum dixit q̄ tres perſone coeterne ſibi ſunt ⁊ coeue.

K. Ad. ii. ¶ Ad ſecūdū dicēdum q̄ adiectiua predicantur ī plurali q̄uis ſint abſoluta ⁊ natura importata per ea non plurificet̄: ⁊ cauſa dicta eſt.

Ad ꝯfirmationē. ¶ Ad auctoritatem Athanaſij patet ſolutio ex iam dictis.

## Per quod verbum poteſt exprimi diuina generatio. Queſtio. IIII.

L. Que. iiij. Quarto queritur quomodo diuina generatio debeat exprimi. vtrum per verbum preſentis tēporis dicendo filius ſemper naſcitur: an per verbū preteriti dicendo filius ſemper natus eſt.

Arg. i. ¶ Et videt̄ q̄ per verbum p̄teriti tēporis quia quod eſt nobili⁹ ē deo attribuendum: ſed nobilius eſt eē natum vl̄ genitum q̄ naſci vel gigni. ergo debemus dicere q̄ filius ſemper eſt natus vl̄ genitus magis q̄ ſp̄ gignitur vel naſcat̄.

Arg. ii. ¶ Itē Auguſtinus. lxxxiii. q. .c.xxvii. ſic dicit qui naſcit̄ nundū ē natus ſed fili⁹ eſt natus. ḡ non ſp̄ naſcat̄.

Arg. iii. Preterea natiuitas cōpleta debet ſignificari vt iam facta ⁊ p̄ conſequēs debet ſignificari per preteritum ſed natiuitas filii ē completa q̄ nihil de ea expectatur ī futurum ḡ debet ſignificari per preteritum vt dicamus filius ſp̄ natus: ⁊ non ſemp̄ naſcit̄ aut ſemp̄ naſcet̄.

In oppoſitum pri. ¶ In contrarium eſt quod non deſinit eē ſemp̄ debet deſignari vt preſens: ſed natiuitas filij nō deſinit eē ḡ debet ſignificari p̄ preſens dicēdo filius ſemper naſcitur.

Scd̄o ¶ Item p̄r ſemper generat ḡ filius ſemper gignitur. ꝯſequētia p;. probatio antecedentis p; per Da. lib. i. qui dicit deus infinite ⁊ ſine tp̄e ens inquieſcibilit̄ gn̄at.

M. Riſſio. ¶ Reſponſio. dicēdum q̄ generatio filij non ſufficienter exprimitur p̄ p̄ſenſentis temporis verbum tm̄: vl̄ preteriti tm̄: ſed p̄ vtrunq̄ ſimul quod patet ſic ī his que producūtur non per motum: nec p̄ actionē nouam: ſed per actionem indiuiſibilem: ⁊ perpetuam ſemp̄ ſunt ſimul fieri et factum eē ſed filius produci a p̄re non per motum nec per actionem nouā: ſed per actionem indiuiſibilem et perpetuā. ḡ in productione vel generatione filij ſemp̄ ſunt ſimul produci et productum eſſe: gigni et genitum eē ḡ per vtrunq̄ debet generatio filij exprimi: ⁊ nō per alterum tm̄ vt dicatur ſemp̄ gignit̄ ⁊ ſemper genitus eſt: ſemper naſcitur ⁊ ſemp̄ natus eſt: minor ſupponit̄ ſed probatio maioris. In his ei que fiunt per motum fieri eorum eſt ipſe motus qui non manet acquiſito termino ſ; ceſſat ⁊ tunc primo res dr̄ facta propter quod in talibus fieri et factum eſſe nunq̄ ſunt ſimul. In his vero q̄ non fiunt per actionē ſubitam ſed nouam: ſicut illa que creantur de nouo fieri et factu; eē ſūt ſimul q̄ mox vt talis actio eſt: completa ē hoc non eſt pro quolibet inſtanti ſed ſolū pro inſtanti primo in quo de nouo accipit eſſe. Tunc enim verum eſt dicere q̄ res creatur et creata eſt. Deinceps autem ſolū dicimus q̄ eſt creata et q̄ non creatur. Iſtud tamen non eſt de virtute ſermonis nec ex proprietate rei ſed tm̄ ex conſuetudine loquēdi vt patebit in ſecundo lib. di. i. N. In his aūt que fiūt p̄ actione; indiuiſibilem et perpetuam ſemper ſunt ſimul̄ fieri et factum eſſe: vel p̄duci ⁊ productu; eſſe: q̄ talis productio vt ſtatim ē: perfecta eſt. et nihil de perfectione ſua exſpectans in poſterum. Et q̄ ſemp̄ eſt ⁊ ſemper completa eſt ideo productu; p̄ eā dicit̄ ſp̄ p̄duci propter permanentiā productiōis. Et dicit̄ ſemper productū propter eius perfectionem. Et ideo filius dr̄ ſemp̄ naſci: ⁊ ſemper natus: forte tm̄ aliquantulum magis propria eſt iſta filius ſemper natus eſt q̄ ſemper naſcitur q̄ in communi mō loquendi fieri dicit. q. viam ad terminum diſtantem quod non eſt reperire in diuinis. Per hoc patet reſponſio ad obiecta.

## Diuiſio textus in generali et ſpeciali. Diſtinctionis. X.

O. Diſt. x. Snīa in gn̄ali. Nunc poſt filii eternitatem. Superius magiſter determinauit de filij gn̄atione in iſta parte detmiat de ſpiritus ſancti proceſſiōe. Et diuiditur in duas partes. primo determinat de p̄ceſſione eius eterna. ſcd̄o de temporali. Secunda in principio .xiiij. di. Preterea diligenter. Prima diuidit̄ in tres. Primo em̄ determinat proceſſionis modum. Scd̄o proceſſiōis principium: Tertio diſtinguit p̄ceſſionem ⁊ generationem. Scd̄a in principio di. Tertia ibi. Poſt hoc conſiderādū Prima eſt pre=

ſentis lectiõis: Et diuidit in quattuor partes. Pri mo enim ꝓponit ꝙ amor in diuinis ſpũi ſãcto attribui tur. Secũdo declarat per ſimile. Tertio cõfirmat per auctoritatẽ canonis. Quarto ꝯfirmat per au ctoritatem ſanctoꝝ. Secunda ibi. in pluribus enim exemplis. Tertia ibi. ſed dei verbis. Quarta ibi

A. Nunc vero que incepim⁹ oſtendere. Hec eſt ſentẽ tia et diuiſio in generali.

Snīa in ſpāli. ❡ In ſpeciali vero ſic ꝓ cedit q2 ſpiritus ſanctus eſt amor vel dilectio pris z filij: ſubditq ꝙ nomẽ caritatis tribus perſonis ĩ diuinitate conuenit: tñ ſicut ſapiẽtia appropriatur filio ita caritas ſpiritui ſãcto: poſtea per ſimile hoc oſtendit dicens ꝙ ſicut nomẽ legis qḋ cõmune eſt veteri teſtamento appropriatur legi moyſi. Poſt ea cõfirmat canonicã Joh. vt in ſerie littere habet ꝙ dilectio eſt deus z eſt ĩ deo z facit nos in deo ma nere. Et ita ſpiritus ſanctus eſt dilectio. Poſtea ꝓ bat per auctoritatẽ ſanctoꝝ ꝙ ſpi. ſan. eſt amor pa tris in filium z vnitas z communio ac donũ ambo rum z vnius eſſentie z equalis diuinitatis. Ultimo dicit q2 ſpũs ſanctus eſt vnio z communio amboꝝ nomen caritatis q2 ambobus conuenit ſibi appro priat. Et in hoc terminatur ſententia lectionis in ſpeciali.

## Vtrum ſpiritus ſanctus ſit proprium nomen alicuius perſonæ diuinę. Queſtio. I.

Circa diſtinctionem iſtam cõ ſueuit queri vtrum in diuinis aliqua per ſona ꝓcedat per modum voluntatis: z vtrum perſona ſic procedens debeat di ci amor. Sed q2 de prima queſtiõe ſatis dictũ fuit ſupra di. vi. Secunda aũt queſtio totaliter depen det ex prima: q2 ſicut ꝯpetit perſone diuine ꝓcede re per moduꝫ voluntatis. ſic ꝯpetit ei ꝙ ſortiat no

B. men amoris: ideo de his nihil plus dicet ad pñs.

Que. i. Sed reſtat querendũ de duobus aliis. ſ. vtrum ſpiritus ſanctus ſit proprium nomẽ alicuius pſone diuine. et vtrum in diuinis ſint tñ tres perſone.

Arg. i. ❡ Ad primuꝫ ſic ꝓcedit. Et videt ꝙ non q2 omne quod eſt z non eſt corpus eſt ſpiritus ſed pater et quelibet perſona diuina eſt et non eſt corpus ergo eſt ſpiritus. Et conſtat ꝙ quilibet ſanctus eſt ergo ſpiritusſanctus non eſt proprium nomẽ. proprium alicuius perſone diuine ſed eſt cõmune cuilibet.

Arg. ii. ❡ Item quod ꝯuenit toti trinitati non cõuenit ſoli perſone ſed nomẽ ſpi. ſan. ꝯuenit trinitati toti ſm illḋ Joh. iiij. Deus ſpũs eſt et eos qui adorant in ſpiritu z veritate oportet adorare: adoratio autem

In oppo ſitum. trinitatis et non vnius tñ perſone: ꝗ zc. totius eſt. ❡ In contrarium eſt quod dicit prime. Johã. v. tres ſunt qui teſtimonium dant in celo pater ver

C. bum z ſpiritusſanctus Sed pater eſt proprium

Rñſio. nomẽ vnius perſone. Similit z verbum ꝗ z ſpiri tus ſanctus. ❡ Reſponſio. dicẽdum ꝙ ſp. ſan. vno modo dr̃ a ſpiritualitate. z ſic conuenit oĩbus per ſonis. Alio modo dr̃ a ſpiratione. z ſic cõuenit tñ tertie perſone in diuinis: Hec aũt probãt vnica rõ ne ſic Cuius perſone proprium ẽ ſpirari illius pro priũ eſt eẽ ſpiritum ꝓut ſpũs dr̃ a ſpiratione ſꝫ ter tie perſone in diuinis ꝓprium eſt ſpirari: Sicut ei emanatio filij a pr̃e dicit gñatio: ſic ꝓceſſio ſpirit⁹ ſancti ab vtroq dr̃ ſpiratio: ꝗ tertie perſone in di uinis ꝓpriũ ẽ eẽ ſpiritũ ꝓut ſpi. dr̃ a ſpiratiõe quaſi ſpiritus prout autem ſpiritus dicitur a ſpirituali tate: ſpiritus non eſt ꝓprium nomen tertie perſõe ſed appropriatum tñ id eſt de cõi tractum ad pro prium ꝓpter aliquam ſpecialẽ ꝯueniẽtiam: Sic ei ſpũs ſonat ĩ ſubtilitatẽ: vnde ſubtilia in corporali bus ſpũs vocamus ſicut ventum et aerẽ z corpus ſubtile quod eſt inſtrumẽtuꝫ viriũ aĩe: magis etiã proprie ſpũs dicunt oĩa incorporalia ſicut dicimus angelos ſpũs: deum etiã ſpiritum vocamus: Jux ta illud. Jo. iiij. deus ſpũs eſt: ſed ex vſu ſcripture

inuenit appropriatũ tertie perſone ꝓpter aliquas ꝯ D.
gruitates. vna ẽ q2 tertia pſona ꝓcedit cõmunit a prima z ſcḋa z iḋ quod eſt cõmune vtriq attribuit tertie perſone cõmuniter ꝓcedẽti ab vtraq. Cuꝫ ergo pr̃ ſit ſpũs z filius ſpũs et vterq ſanct⁹ Ter tia perſona a pr̃e z filio ꝯmunit ꝓcedens vocatur appropriate ſpũs ſanctus. Et hanc rationẽ tangit beatus Aug. xv. de trinit. Alia rõ eſt q2 in rebus corporeis ſpũs ſonat in quandã ĩpulſionẽ vl̃ mo tionem: illud aũt quo maxime mouemur ẽ volun tas cui⁹ potiſſima affectio maxime motiua ẽ amor ꝓpter quod perſona ꝓcedens ꝑ modum volunta tis (vt amor) appropriate dr̃ ſpũs ſanctus. San

ctus addit quia vt dicit Euſtratius ſuper priꝫ ethi E.
coꝝ Juſtum ꝯſiſtit in equalitate ad alterum: ſan ctum autẽ in ordie ad deũ: Et quia dona. quibus ordiamur ad deum attribuunt per appropriationẽ

tertie perſone ĩ diuinis iḋ z ſanctum ei appropriatur. F.
❡ Per hoc patet reſponſio ad argumẽtum vtriuſ Rñſio ad argumẽ ta pũcipalia
q partis. duo enim prima probant ꝙ ſpũs dicit⁹ a ſpi ritualitate. z ꝓut ſpũalitas non ſolum ſonat in ſub tilitatem. ſed etiam ĩ imaterialitatem conuenit toti trinitati nec eſt ꝓpriũ alicuius perſone: appropria tur tamen ꝓpter rões ꝯmunes dictas: ſpũs autẽ dictus a ſpiratõe ꝓprie ꝯuenit tertie pſone: Et ꝑ iḋ pꝫ ſolutio ad argumẽtum in oppoſitum.

## Vtrum in diuinis ſint tantũ tres perſonę Queſtio. II.

G. Que. ii. Arg. i. Ad ſecundum ſic proceditur Et videt ꝙ poſſint eẽ plures perſone in diuis ꝗ̃ tres quia ꝑ gñationem filij non minuitur potentia pr̃is. ꝗ ſicut pr̃ poteſt gignere vnum filium ita eo genito poteſt gignere ſcḋm z tertiũ z ſic erunt plures perſone ꝗ̃ tres per multiplicationem filioꝝ.

Arg. ii. Idem poteſt argui de pr̃e z filio reſpectu ſpũs ſancti. ❡ Itẽ ſm Boetiũ relatio multiplicat trinitatẽ ſed ĩ diuis ſunt quat

In oppſitum. tuor relationes ꝗ ſunt quattuor perſone. ❡ In cõ trarium eſt quod dr̃. i. Jo. vltimo. tres ſunt qui te

Rñſio ſti. dant in celo pater filius z ſpũs ſctũs. ❡ Reſpõ ſio dñdũ ꝙ ſicut pl̃itas perſonarũ diuinarum non

H. põt ꝓbari efficaciter z demonſtratiue ita nec nũe rus ſuppoſita etiam pl̃itate: ❡ Unde ſi ſcriptura dixiſſet plures eſſe perſonas: et numerum non de terminaſſet credo ꝙ fuiſſent opiniones multe de numero perſonarum nulla demõſtratione oſten dente certum numerum: Et quod dr̃ de numero perſonarum intelligendum ẽ de numero emana tionuꝫ: ſuppoſito tamẽ numero emanationũ ſcꝫ ꝙ ſint tñ due ſatis efficaciter ꝓbatur ternarius per ſonarum: et ſuppoſito ternario perſonaꝝ efficacit ꝯcluditur binarius emanationum: qḋ pꝫ ſic. perſo ne diuine diſtinguunt per relationes originis vt di ctum fuit. Ex quo ſtatim apparet ꝙ in diuis nõ poteſt eſſe niſi vna ſola perſona que a nulla ꝓce

dat. Si eñ eſſent due quarum vna non ꝓcederet ab alia. nec ambe aternita tales nõ diſtinguerentur inter ſe aliqua rõe originis ḡ per abſoluta quod ē impoſſibile in diuinis: q: ſic eſſent plures dij. Non ergo poteſt in diuinis eſſe niſi vnica perſona que a nulla natura procedat: Et hec vocaꝉ pater qui ēt dr̃ innaſcibilis quia a nulla procedit: perſone autē ꝓcedentes non poſſunt eſſe niſi due tm̃ ſuppoſita dualitate emanationũ: et per vnicã actionez ſemꝑ vniformiter ſe hñtem nec requirentem materiam in qua recipiatur non ꝓducaꝉ niſi vnum tm̃. Cum ḡ emanationes diuine ad intra vniformiter ſemꝑ ſe habeant alioquin eſſet vera mutatio in diuinis: nec requirunt materiã rõne cuius ſit in recipiendo aliqua varietas: patet ꝙ ſm̃ quãlibet earuz ꝓducitur vnũ tm̃. iuxta numerũ ḡ emanationũ eſt numerus perſonarum ꝓcedentiũ. Suppoſito ergo ꝙ ſint due emanationes patz ꝙ ſunt tm̃ due perſone procedentes vnica aũt ē non ꝓcedens ḡ ſuppoſito binario emanationum pz ꝙ eſt tm̃ ternarius ꝑſonarum. Similiter ſuppoſito ternario perſonaꝝ ꝯcluditur binarius emanationũ q: oz dare vnam perſonam a nulla procedentē alioquin eſſet circulus in emanatione perſonarum: Si apſe ſit filius et ab vtroqꝫ ſpi. ſan. ⁊ rurſus a filio vel ſpũ ſancto eſſet pater quod eſt inconueniẽs: due aũt ſunt tm̃ procedentes. Et iuxta numerum ꝑſonarum procedentium eſt numerus emanationũ vt probatuz eſt ergo ſuppoſito ternario perſonarũ ſolum ſunt due emanationes q: ſolum ſunt due perſone procedentes. Prima enim non eſt procedens: Sic ergo ſuppoſito numero emanationum cõcluditur ſufficienter et efficaciꝉ numerus perſonaꝝ ⁊ econuerſo. Abſqꝫ aũt ſuppõne non eſt poſſibile niſi ꝑſuaſiue. Qui eñ voluerit binarium emanationũ ꝓbare per hoc ꝙ intelligere ⁊ velle ſoluz ſunt operationes intramanentes per quas dicũt perſonas ꝓcedere q̃tum deficiant oñſum fuit ſupra di. vi. perſuaſiones que poſſunt adduci omitto q: plus volo inniti fidei: q̃ cuicunqꝫ friuole perſuaſioni: ſufficit enim ſoluere rõnes que fiunt in contrariũ.

K. Ad primum principale. ¶ Ad primum argumẽtum dicendum ꝙ potẽtia patris non minuiꝉ per gñationem filij ſed ipſa ſp eſt eodē modo ſe hñs in gñatione filij: Et ideo alium filium non poteſt producere ſed ſemper eundem: Unius eñ agentis ex ꝓpria ſua virtute ⁊ ſp eodem mõ ſe habẽtis in ſe et in ſua actione impoſſibile eſt eē niſi vnum productum. ¶ Ad ſcd̃m dicēdum ꝙ non oẽs rlõnes conſtituant perſonas: ſed ille tm̃ que ſunt ponende ad excludẽdum innaſcibilitatem que vni perſone conueniunt ad excludēdum communē ſpirationē ⁊ ſic remanẽt tm̃ tres relationes conſtitutiue trium perſonarum ſcz paternitas. filiatio. ⁊ ſpiratio paſſiua.

L. Ad ii.

## Sententia magiſtri in generali et ſpeciali. Diſtinctionis. XI.

M. Diſtinctio vndecima Sñia in gñali

Hic dicendum eſt. Superius magiſter determinauit de mõ proceſſionis ſpũs ſancti. Hic vero determinat de ꝓceſſionis principio. Et diuidiꝉ in duas partes. Primo eñ oñdit ſpiritum ſanctum procedere a pr̃e et filio. Secundo queriꝉ vtrum ab vtroqꝫ procedat aliquo ordine. Scd̃a incipit ibi. i prĩcipio. xii. di. ibi. Item queriꝉ ¶ Prima eſt pñtis lectõis. Et diuidiꝉ in tres. Primo eñ determinat veritatem. Scd̃o excludit errorem grecoꝝ: Tertio oſtẽdit ꝙ greci in hac veritate nobiſcum ꝯcordant realiter: ⁊ plures coꝝ nobiſcum cõcordant vocaliꝉ Scd̃a ibi. Greci tamen dicunt. Tertia ibi. Sciendum tñ eſt. Hec eſt diuiſio ⁊ ſententia magiſtri in generali. ¶ In ſpeciali vero ſic ꝓcedit. Et primo ꝓponit ꝙ ſpũs ſanctus non ſolum a patre proceſſit ſed etiam a filio q: a filio mittiꝉ ⁊ ſpũs filij noiatur. Poſtea excludit errorem grecorum. Et primo tangit errorem dicens ꝙ greci q: in euangelio: et pluribꝰ ꝯcilijs apud eos celebratis ⁊ i ſymbolo Leonis pape. iii. Spũs ſanctus dr̃ a patre ꝓcedere et nulla fit mentio de filio ideo nolunt concedere ꝙ a filio procedat immo dicunt nos excõmunicatos quia Leo papa aliter docẽtes excõmunicauit. Et reſpondet magiſter ꝙ illi aliud docent qui docent oppoſitum: nos autem non docemus oppoſitum ſed doctrinaz datã explanamus. in euangelio eñ ſolum fit mentio de patre q: filius ſolet oia ad euz referre. Ultimo dicit ꝙ greci hoc ipſo ꝙ dicunt ſpiritum ſanctum eē filij nobiſcum concordant. Aliꝉ eñ nõ ē filij niſi q: ꝓcedit ab eo. ponit etiaz expreſſas auctoritates grecorum ꝙ ſpiritus ſanctus ⁊ ꝓcedit et emanat et ꝓfluit a patre et filio. Et in hoc terminatur ſententia in ſpeciali.

N. Sñia in ſpali

## Utrum ſpiritus ſanctus procedat a ſolo patre an a ſolo filio an ab vtroqꝫ. Queſtio. I.

O. Que. i.

Circa diſtinctionē iſtam queruntur tria. Primo queritur vtrum ſpũs ſanctus procedat a patre ⁊ fili: o an a ſolo patre. Et videꝉ ꝙ non ꝓcedat a filio.

Arg. i. Primo ſic ſpũs ſanctus non minus ꝯuenit cuz patre q̃ filius. (Eſt eñ inter perſonas diuinas ſumma ſimilitudo ⁊ ſumma equalitas) Sed ſpũs ſanctus non communicat cum patre in gñatione filij: ergo nec filius cõmunicat cum eodē in ſpiratione ſpiritus ſancti.

Arg. ii. Secũdo vnum ⁊ idē ſimplex non poteſt eſſe a duobus q: talis effectus eſſet ſimplicior ſua cauſa: ſed ſpiritus ſanctus eſt ſimpliciſſima perſona; ḡ non poteſt eſſe a duabus perſonis.

Arg. iii. ¶ Tertio Da. dicit lib. i. cap. xi. Ex filio ſpiritum ſanctum non dicimus ſpiritum vero filij noiamꝰ: ergo ſm̃ ipſuz ſpũs ſanctus non eſt ex filio.

In oppoſitum. ¶ In contrarium eſt quod dr̃ Joh. xv. Ille me clarificabit q: de meo accipiet ſed nulla acceptio eſt i diuinis niſi per originem: ḡ ſpũs originatur a filio. et conſtat ꝙ a patre ⁊c. Item Athanaſius in ſymbolo ſpi. ſanc. a pr̃e ⁊ filio non factus nec creatus. nec genitus ſed procedens.

P. Rñſio Opinio grecoꝝ. ¶ Reſponſio in hac queſtione diſſentiunt greci a nobis: licet eñ conueniant nobiſcũ in hoc qđ dicũt ſpi. ſan. ꝓcedere a patre et eſſe de ſubſtantia pr̃is tamē non dicunt ſpiritum ſanctum procedere a filio ſed eſſe ſpiritum filij conſubſtantialem filio.

Improbatio aliquorum. ¶ Hec autem opinio nõ poteſt habere veritatem q̃tum ad hoc ꝙ dicũt ſpiritum ſanctum non procedere a filio qđ aliqui probant ſic. ſpi. ſctõ repugnat ꝙ ſit generans. hec aũt repugnantia vel eſt duoꝝ ꝓductorum qđ eſſe non poteſt (q: pater a nullo producitur) vel duorũ producentium quod etiam eſſe non poteſt q: ſpũs ſãctus nichil producit: vel eſt vnius tanq̃ ꝓducẽtis et alterius tanq̃ ꝓducti vt pote q: ſpiratus eſt a

generante quod ꝯuenit oī opinioni: Oīs eīm opinio dicit spiritum sanctū a patre ꝑcedere: aut ergo spūs immediate ꝑcedit a generante ꝛ tunc est genitus: aut mediante alio non nisi genito ḡ necesse est spiritum esse a genito quod est nr̄m ꝓpositū.

A. Cōfutatio ꝑdcē improbationis

¶ Sed ad hoc posset aliquis dicere ꝙ spūs nō potest esse generans qꝛ est a generāte immediate nō inq̄tū ē generans qꝛ sic esset genit⁹ sed inq̄tum spirans: qꝛ tū generare ꝛ spirare inseparabilia sūt nec genitus pōt esse spirans: nec spūs generans. Ideo pbo eandē ꝯclusionē dupliciꝫ. primo sic.

Pri. ia ꝓbatio predicte opinionis ſm doctorē.

¶ Ab vno agente ex tota sua virtute et ex necessitate nature ꝛ eodē modo semꝑ se hn̄te in se ꝛ in sua actione non pōt produci immediate nisi vnum: sꝫ pater est vnum agens ꝛ agit actione ad intra et ex tota sua virtute ꝛ ex necessitate nature ꝛ semꝑ eodē modo se hn̄te in se ꝛ in sua actione: ḡ a pr̄e non pōt ꝑduci immediate nisi vnum: Si ergo a pr̄e ꝓducuntur filius: ꝛ spūs sanct⁹ oportet ꝙ hoc sit ordine quodā: aut ḡ ordine originis quo vnum est ab alio: ꝛ sic hētur propositum: Aut ordine quo vnū est prius alio qd̄ non pōt esse qꝛ vnum nō potest eē prius altero: nec natura cum sit eadem in oībus: nec tpe cum vterqꝫ sit eternus quare relinquitur ꝙ ibi est ordo quo vnum est ab alio. Constat aūt ꝙ filius non est a spū sancto ḡ spūs sanctus est a filio. Hec aūt rō satis efficaciter ꝓbat intentum ſm opinionem illoꝝ qui ponunt ꝙ sola essentia est principium eliciens vel elicitiuum oīm actuū notionaliū .s. gn̄andi et spirandi qꝛ oportet ꝙ sint ab ea ordie quodā cum ipsa sit vna: ꝛ ab vno principio naturali non ꝑcedit immediate nisi vnū: sed ſm illos q̄ ponunt ꝙ potentia spirandi ꝛ potētia gn̄andi importat intrinsece ꝛ essentialiter rōnem hꝫ instantiā.

Instātia. Cōfutatio B.

¶ Diceret eīm quis ꝙ licet pater sit vnū agens tū duplici hac virtute pōt imediate duo ꝓducere qꝛ vnū nō est ab alio. ¶ Hec aūt instantia refellitur ex eo ꝙ ſm catholicā doctrinam inť omnes personas diuinas est ordo qꝛ vbicunqꝫ est pluralitas sine ordine ibi est confusio. In diuinis aūt ē pl'itas sine confusione ḡ ē ibi pl'itas cū ordine sed cōstat ꝙ non est ibi ordo quo vnum est post aliud (vt ꝓbatum est) ḡ est ibi ordo quo vnum est ex alio ꝛ sic idē qd̄ prius.

Cōfu. ii.

¶ Item si spūs sanctus esset immediate a solo pr̄e sicut et filius ꝑcessio eius esset generatio sicut ꝑcessio filij qꝛ ꝑcederet per modum nature sicut filius sicut patet ex his que dicta sunt supra dist. vi. hoc aūt est impossibile qꝛ tunc essent duo geniti (id est duo filij in diuinis) q̄re ꝛc.

C. Rō. ii. cōtra. i. opi.

¶ Secunda rō talis est. pater cōmunicat quicquid habꝫ a filio excepto eo in quo ei opponiť. Sed pater nō opponiť filio quo ad spirationem sed solū quo ad paternitatem ꝛ innascibilitatem: qꝛ spirans inq̄tū spirans non opponiť nisi spirato: filius aūt non est spiratus sed genit⁹ ḡ pater communicat filio actiuam spirationē: sꝫ sic ergo spi. san. spiratur ꝯmuniter a filio et a patre.

Instātia

¶ Sꝫ cōtra hoc instatur. pater inq̄tum generans habet oppositionē nisi ad genitum sed spiritus sanctus non est generat⁹: ḡ pater quo ad generare nō opponiť spiritui sancto: Si ergo communicat illi omne illud in quo non ei opponitur sequitur ꝙ cōmunicet ei gn̄are quod ē impossibile. Non ergo pater cōmunicat spir. sancto et per eandē rōnem nec filio oē illud in quo ei nō opponiť ꝛ sic maior qua assumebať videť esse falsa

D. Solutio.

¶ Est dn̄dū ꝙ non est simile propter duo. Primo est qꝛ gn̄are ꝛ generari hn̄t oppositionem ad spirari mediatam: licet nō immediatam: Cuius rō est qꝛ in per se ordinatis illud quod est principiū prioris est principium posterioris.

Rō prīā dissimilitudinis.

¶ In diuinis aūt ē ordo primi: scd̄i: ꝛ tertij licet non sit ibi prius et posterius. Et iō quod est principium scd̄i: est principium tertij. Cum ergo pater per gn̄are sit principium filij per ꝯn̄s per ipsum ē principiū spūs scti licet mediatum: qꝛ pr̄ per ipsum gn̄are cōmunicat filio vim spiratiuam qua ꝑducit spi. san. Et ideo eadem oppositione qua opponiť pr̄ ꝛ filius spiritui scō inq̄tū spirantes opponunť ei ordine quodā s eo ꝙ iste generans scꝫ pater ꝛ filius ille genitus. Et propter hāc oppositionem pr̄ ꝛ filius nō possunt cōmunicare spūi sancto generare vel gn̄ari: sed pat per spirare nullam oppositionem directā: vel indirectam: mediatam: vel immediatā habꝫ ad filiū. Et iō ꝯmunicat ei spirare.

E. Rō. ii. di.

¶ Scd̄o qꝛ ꝓprietas ꝑsonalis que est per se constitutiua non est alij persone communicabilis qꝛ hoc repugnat distinctioni personarum: Sed si gn̄are et generari possent cōmunicari: Paternitas ꝛ filiatio que sunt proprietates personales vl' personarū constitutiue possent cōmunicari. Cui eīm ꝯuenit gn̄are et paternitas: cui cōuenit gn̄ari ꝛ filiatio: ḡ generare et gn̄ari nō possunt communicari qꝛ hoc repugnat distinctioni personarū. Si aūt pater ꝯmunicat filio actiuam spirationem nō repugnat distinctiōi prīs et filij q̄ ē per paternitatē ꝛ filiationem: Et iō ꝯmunicari pōt et cōmunicať. Esto ḡ ꝙ pr̄ et filius nō opponunť spūi sancto quo ad generare ꝛ generari adhuc posset maior supradicte rōis suppleri: sic. pr̄ ꝓducens cōmunicat producto filio oē illud in quo ei nō opponitur nec repugnat distinctioni personaꝝ: sꝫ pater non opponiť filio quo ad spirare nec repugnat distinctiōi patris ꝛ filij cōmunicatio spiratōis ergo spirare potest filio cōmunicari. Et tunc cessat obiectio: quare generare et gn̄ari naturaliter non communicantur spiritui sancto qꝛ talis cōmunicatio repugnat distinctioni personarum patris ꝛ filij inter se et a spiritu sancto: Si eīm generare et gn̄ari et ꝑ ꝯn̄s paternitas et filiatio possent esse in persona spiritus sancti pr̄ et filius qui primo constituuntur paternitate et filiatiōe non essent ꝑsone distincte a spiritu sancto nec inter se. Propria eīm vnius persone non possunt in alia reperiri.

H. Ad primū pricipale.

¶ Ad primū argumentum dicēdum ꝙ spūs sanctus q̄tum ad essentiam ſm quam attenditur similitudo: ꝛ equalitas tm̄ conuenit cum patre q̄tum filius: sed oppositionibus relatiuis seu relationis plus differūt saltem implicite vt visum fuit. Et ideo non tot communicat pater spūi sancto sicut filio de actibus notionalibus que important vel exigunt relationes.

I. Ad. ii.

¶ Ad scd̄m dn̄dū ꝙ si spiritus sanctus procedat a duobus. s. a pr̄e et filio. procedit tamē ab eis rōne vnius principij simplicis quod est vis spiratiua. Et ideo eque simplex est principium virtute cuius spiritus est sicut illud q̄ quod est ex pricipio spi. san.

Ad. iii.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ Damascenus dicit illud in nouitate discordie inter latinos et grecos. Et iō caute dixit nullam partem asserens. dixit ei spūm ex filio nō dicim⁹ nec dixit spūs nō est ex filio: sed non dicimus spiritum ex filio nec propter hoc dicit oppositum. verum est illud ꝙ alibi dixit expresse ꝙ spiritus sanctus non est ex filio sed hoc dixit ante promulgationem ꝛ declarationē huius articuli ꝛc.

¶ Sequitur questio scd̄a.

## Vtrum ſi ſpiritus ſanctus non ꝓcederet a filio diſtingueretur ab eo Queſtio. II.

R. Que. ii. SEcundo quæritur vtrum ſi ſpūs ſanctus non ꝓcederet a filio diſtin gueretur ab eo: Et videt̄ ꝙ ſic:
Arg. i. Si ſpiritus ſanctus non ꝓcederet a pr̄e ſed tm̄ a filio adhuc diſtingueretur a pr̄e: ergo ſi ſpūs ſanct⁹ non procederet a filio ſed tm̄ a patre adhuc diſtin= gueretur a filio: cōſequentia pȝ per ſimile; ꝓbatio antecedentis q: ſi nō diſtingueret̄ a patre eſſet idē cum patre ⁊ tu dicis ꝙ ꝓcedit a filio: ergo pater proce= deret a filio qd̄ eſt impoſſibile relinquit̄ ergo ꝙ ſpi ritus ſanctus diſtingueret̄ a patre dato ꝙ procede
Arg. ii. ret a ſolo filio: Et ſimiliter vt videt̄ diſtingueret̄ a filio dato ꝙ ꝓcederet a ſolo pr̄e. ¶ Secundo ſic q̄ libet perſona diſtinguit̄ a qualibȝ alia ſua ꝓprieta te ſed proprietas perſone filij eſt filiatio: ergo per filia tionem diſtinguit̄ filius a ſpū ſancto: Sed dato ꝙ
Arg. iii. filius non ſpiraret adhuc eſſet filius ergo ⁊c. ¶ Ter= tio ſic. ſi per hoc ſolum diſtingueret̄ ſpi. ſan. a filio: q: ꝓcedit ab ipſo ergo non diſtingueret̄ per alium: et alium modū procedendi ſed hoc eſt falſum dicen= te Anſelmo lib. de ꝓceſſione ſpūs ſancti. Sic hn̄t itaqȝ eſſe a pr̄e filius ⁊ ſpi. ſan. alter naſcendo alter procedendo vt alij ſint per hoc ad inuicē. Et poſtea ſubdit. Nam ſi per aliud non eſſent diuerſi ꝗ hoc ſolum eſſent diuerſi ergo ſpiritus ſanctus diſtingue= retur a filio dato ꝙ non ꝓcederet ab illo per hoc. ſ. ꝙ filius aliter procederet a patre ꝙ̄ ſpiritus ſctūs.
In oppoſitum ¶ In contrarium arguit̄ q: ſm̄ Anſelmū libro de ꝓceſſiōe ſpūs ſancti. In diuinis eſt vnitas vbi nō obuiat aliqua relatiōis oppoſitio ſed ſi ſpi. ſan. nō procederet a filio nulla oppoſitio rlōnis eſſet inter
Scdo filium ⁊ ſpiritū ſanctum: ergo eſſent vnū. ¶ Itē Au= guſtinus. vi. de trinit. cap. i. dicit ꝙ pater non diſti= guit̄ a filio niſi q: refertur ad ipſum ſed non refer retur ad ipſum niſi ab eo procederet (cum in diui nis non ſint reales relatiōes originis) quare idem
Rn̄ſio videtur de filio ⁊ ſpū ſancto. ¶ Reſponſio. quidaȝ
L. Opi. i. dicunt ꝙ ſi ſpiritus ſanctus nō ꝓcederet a filio ni= chilominꝰ diſtingueret̄ ab illo ꝑſonaliter ſicut mo do: ſed ꝙ̄tum ad aliquā differentiam accidētalem modo plus differt: que dr̄a eſt per ſpirationē ſup= uenientē filiationi q̄ ↄſtituit filium in eſſe ꝑſonali: Semp em̄ perſona et per ſe dr̄a perſone diuine a qualibet alia ē ꝑ ꝓprietatē perſonalem: Cetere aūt ſupuenientes ſunt quaſi accidentales quibus ſublatis remanet prima dr̄a que eſt per ſe. Et io fi lius ſe ⁊ primo differt perſonalit̄ a qualibet perſo
Probatio ꝑdicte opiniōis. na in eo ꝙ filius: ſed quaſi per accidens dr̄t a ſpū ſancto in eo ꝙ ſpirās qua ſublata remanet prima. ¶ Confirmat̄ aūt hec opinio vnica rōne preter e=
M. as que tacte ſunt in arguendo. Et eſt talis. illa q̄ ꝓcedunt diuerſis emanationibus quas impoſſibi le ē eidē couennire neceſſario diſtinguntur: Sȝ da to ꝙ ſpiritus ſctūs non ꝓcederet a filio ſed vterqȝ ſimul a patre nihilominꝰ ꝓcederent diuerſis ema nationibꝰ quas impoſſibile eſſet eid̄ ↄuenire: ergo ⁊c. maior patet q: vbi eſt cauſa ſufficiens diſtinctiōis ibi oportet ponere diſtinctionē minor patet ꝑ au= ctoritatem Anſelmi prius allegatam in tertia rōe. et per rōnem ſic. diſtinctoꝝ principiorū ſunt diſtin= cte productiones ⁊ diſtincta producta ſed vis gn̄a= tiua et ſpiratiua in patre ſunt diſtincta principia qd̄ patet ex hoc ꝙ vna cōmunicatur filio. ſ. ſpiratiua ⁊ non alia. ſ. gn̄atiua ergo ab his principijs ſunt diſtin= cte emanationes; et diſtincta producta. Eſto ergo ꝙ vis ſpiratiua nō cōmunicaret̄ filio adhuc ꝑ diſti ctionem virtutis gn̄atiue: ⁊ ſpiratiue in pr̄e emana tiones ab his principijs ſic eſſent diſtincte ꝙ nō poſ= ſent eidem per ſe ↄuenire: ⁊ hec e fuit minor. ſequit̄
R. ergo cōcluſio. ¶ Et adducunt iſti ꝙ ſm̄ illā viam diſtingueret̄ filius a ſpū ſancto per rlōnes originis nō quid̄ oppoſitas: ſed diſparatas. Et hec ē prior ratio diſtinguendi ꝑſonas ad inuicē ꝙ̄ per rlōnes oppoſitas: Scd̄m em̄ doctrinaȝ beati Dyoniſij de diuinis nominibus. Oīs multitudo reducitur ad vnitatem quod̄ ordine. Nam maior ſemper re= ducitur ad minorem quouſqȝ deueniatur ad vni= tatem. Unde pluralitas perſonarum inter quas eſt maxima diſtinctio que poſſit eſſe in diuinis (q: eſt per oppoſitas rlōnes) reducitur ad multitudi= nem diſparatarum originum que licet non ſint op poſite ſed diſparate eidē tamē conuenire non poſ ſunt. Hec autē reducunt̄ vlterius ad pluralitatem principiorū que ſunt vis ſpiratiua et generatiua q̄ tamē eidē conueniūt: Hec aūt reducunt̄ ad plura= litatem attributoꝝ que ſunt intellect⁹ ⁊ voluntas q̄ eſt ſolum ſm̄ rōnem: Et hec reducuntur vlteri⁹ ad vnum ſimplicium attributū quod eſt eſſe. Ex quo ergo prior eſt pluralitas diſparatarū originum ꝙ̄ relationum oppoſitarū (q: hec ad illam reducitur tanꝙ̄ maior multitudo ad minorem que eſt prior) manifeſtum eſt ꝙ amota poſteriore diſtinctiōe que eſt per oppoſitas rlōnes adhuc remanebit prior di ſtinctio que eſt per diſparatas origines quibus po terunt filius ⁊ ſpūs ſanctus diſtingui: vbi em̄ ſunt plures cauſe ſufficientes alicuius effectus ſi aufe= ratur vna remanente alia adhuc remanebit effect⁹ ſed diſtinctionis perſonaruȝ ſufficiēs cauſa eſt op poſitio relationum ⁊ ſimiliter diſparatio originuȝ ergo ammota oppoſitiōe originū ſm̄ ſuppoſitum ꝙ ſpūs ſanctus non ꝓcedat a filio cum remaneat diſparatio originum remanebit diſtinctio perſo= narum. hec eſt opinio cum rationibus ſuis. ¶ Hec
O. Improbatio ꝑdicte opi. autē opinio non poteſt ſtare: q: dato ꝙ eſſent tales diuerſi modi emanandi tamen nō ſufficerēt ad ꝑ= ſonalem diſtinctionem ꝓductoꝝ: ſed ſicut pater ē vna perſona hn̄s duas ꝓprietates ſm̄ quas dicit̄ generans et ſpirans ſic eſſet tm̄ vna perſona ema= nans a patre hn̄s duas proprietates ſm̄ quas dice retur ſpirata: ⁊ generata qd̄ patet ſic. vbicunqȝ eſt cauſa ſufficiens et formalis diſtinctiōis: ibi oportȝ eſſe diſtinctioneȝ: ſed plures relationes diſparate ſunt in patre ꝓducēte et non diſtinguūt ipſum i plu res perſonas. ergo relationes diſparate non ſunt cauſa ſufficiens diſtinctionis ꝑſonaruȝ: ſed ſi ſpiri tus ſanctus non ꝓcederet a filio nec econuerſo in ter eos non eſſent niſi relationes diſparate. ergo non poſſent differre perſonaliter ſed ſolum ſicut dif= fert vna perſona a ſeipſa ſm̄ diuerſas ꝓprietates
Euaſio vt dictum eſt. ¶ Sed ad hoc reſpondent aliqui ꝙ non oportet ꝙ tanta diſtinctio ſit in principijs ſicut in principiatis: Quod patet q: idē homo per na turam gn̄at filium: et per arteȝ facit arcā: ⁊ hec duo differunt ſm̄ ſuppoſitum (licet natura et ars nō di ſtingant ꝓductiones in duo ſuppoſita. Aliqua ergo ſufficiunt ad diſtinctionem productorum ſm̄ ſup=

poſitum que non ſufficiunt ad diſtinguendū ꝓducens. Ex vno eñ principio multa ꝓcedunt. Similiter dicūt in ꝓpoſito ꝙ relatiões diſparate ſufficiunt ad diſtinguendū ſuppoſita ꝓducta .ſ. filiū ⁊ ſpiritum ſanctū, non aūt ad diſtinguendū ꝓducēs ſcꝫ patrem.

A. Improbatio euaſionis.

¶ Sed iſtud non valet qꝛ licꝫ ab vno agente multa poſſint ꝓcedere qualitercunqꝫ hoc ſit (vt infra dicemus) tñ impoſſibile eſt: ⁊ cōtradictionem implicans ꝙ principia formalia et ſufficientia diſtinctionis ſint alicubi et ibi nō ſit diſtinctio. Simile eñ eſſet ac ſi diceret̃ ꝙ albedo eſſet in aliquo: et illud non eſſet albū. Et ideo impoſſibile eſt ⁊ cōtradictionē implicās ꝙ illa que formalit̃ diſtingūt principiata ſm̄ ſuppoſita ſint in principio: ⁊ non diſtingant ipſum: vbicunqꝫ eñ principio exñte vno principiata ſunt multa ibi neceſſe eſt aliquid eſſe in principiatis quo diſtinguunt̃ quod non eſt in principio: aliter eſſet oppoſitū i adiecto quod manifeſte apparet in exemplo eoꝝ. Archa eñ ⁊ filius habēt aliquid in ſe quo diſtinguunt̃ ſm̄ ſuppoſita: qꝛ hoc ē homo: illud vero lignum. Et ſi hec eſſent in p̃re artifice neceſſario diſtinguerent ipſuꝫ in plura ſuppoſita producētia ſicut diſtingunt ꝓducta: ⁊ ſi nō eſſet in productis ſicut nec in principio ꝓducēte nō plus diſtinguerent ꝓducta ꝙ̄ principiū ꝓducens. Verbi gratia aliquis pr̃ gñat filium et ꝑ artem ſuā fabrilem vel grammaticam inſtruit ipſum: et facit ipſum fabrum vl' grāmaticū. Et certe non plꝰ diſtingunt filiū natura hūana: ⁊ ars fabrilis: vl' grāmatica ꝙ̄ p̃rem qꝛ vtrobiqꝫ eſt eadē cauſa diſtinctionis: Et ſimiliter eſt in oībus alijs: nō valet ergo dicta reſponſio.

Euas. ii.

¶ Sed ꝯtra hoc iteꝝ arguūt alij qꝛ ab vno agente poſſunt eſſe plures ꝓductiones eſſentiales ſed tales nō poſſunt vniꝰ eſſe ꝓducti: licꝫ eñ poſſint eſſe plures ꝓductiones accidētales vel vna eſſentialis: et alia accidentalis vt in exemplo adiecto de filio genito ⁊ facto grāmatico. In diuinis aūt non eſt ꝓductio accidentalis ſed omnes ſunt eſſentiales: Et ideo diuerſe ꝓductiões in diuinis et relatiões eis corrñdentes ſufficiūt ad diſtinguendū perſonas ꝓductas nō aūt perſonā ꝓducentem.

B. Improbatio e. ii.

¶ Sed illud non valet qꝛ niſi ꝓducens ꝯſtituit̃ ꝓductiōe actiua: ſicut ꝓductum ꝓductione paſſiua: eque impoſſibile eſt ab vno agente eē plures ꝓductiones eſſentiales ſicut impoſſibile ē eas eſſe eiuſdem ꝓductiꝰ: qꝛ vtrunqꝫ equali ꝓductione conſtituit̃: ſed in diuinis pſona ꝓducens conſtituit̃ ꝓductione actiua ſicut pſona ꝓducta ꝓductione paſſiua: ḡ ſicut impoſſibile eſt eiuſdem perſone ꝓducte eſſe plures productiones paſſiuas: et eſſentiales: ⁊ ſic eſt impoſſibile eiuſdem perſone ꝓducentis eſſe plures pſonas actiuas: ⁊ eſſentiales ⁊ ſic eſt in propoſito. ꝙ ſi ſolus pr̃ eſſet ꝓducēs inqꝫtum generans: et inqꝫtum ſpirās vna ſola productio eſſet eſſentialis per quā ꝯſtitueret̃ in eſſe pſonali: nunc vero eſt alia accidētalis ꝓ tanto qꝛ adueniret perſone iā ꝯſtitute vel ſpirate: Similiter circa vnam et eandē pſonā ꝓductā vna ꝓceſſio eſſet eſſentialis .ſ. gñari corrñdens ei qđ ē gñare. Alia vero accidētal' .ſ. ſpirare qꝛ adueniret perſone iam conſtitute. Iſto eñ mō eſt aliquid accidētale in diuinis.

C. Opi. ij.

¶ Alij aliť rñdent dñtes ꝙ relatiões ꝙ̄tenꝰ diſparate non ſufficiunt ad diſtinguendū pſonas. ſed quatenus ſunt proprietates perſonales: eo ꝙ ſm̄ idem aliquid conſtituit̃ in ſe ipſo ⁊ diſtinguit̃ a quolibet alio: filiatio aūt et ſpiratio paſſiua ſunt ꝓprietates perſonales ꝓpter quod ſufficiunt diſtinguere filium a ſpū ſancto: Sed ſola paternitas in p̃re eſt perſonalis: ſpiratio aūt actiua aduenit pſone patris iā conſtitute ideo non eſt perſonalis vel conſtitutiua pſone: ideo non ſufficit ad plurificandum perſonam patris.

D. Improbatio

¶ Sed hoc non valet quia ſi relationes diſparate et perſonales ſufficiunt ad diſtinguendū relatione vel relatiue perſonas ꝓductas eadē rōne ſufficerent ad diſtinguendū pſonas ꝓducentes relatione abſqꝫ diſtinctione eſſentie: et ita poſſemus ponere duas perſonas a nullo ꝓcedētes que diſtinguerent̃ relationibꝰ diſparatis abſqꝫ diſtinctione eſſentie: hoc autē eſt falſum. Sm̄ eñ omnes in diuinis nō poſſunt eſſe plures pſone a nullo ꝓcedentes. qn ſequat̃ plr̃itas et diſtinctio per eſſentiam quod non eſſet ſi relationes q̃leſcūqꝫ dūtaxat diſparate ſufficerent ad diſtinguēdum perſonas: poſſemꝰ eñ dicere ꝙ ſunt due perſone a nullo ꝓcedentes que diſtingunt̃ inter ſe relationibus diſparatis qꝛ ab eis procedunt alie due proceſſionibus diſparatis. Cum ergo hoc ſit impoſſibile relinquit̃ ꝙ et illud ex quo ſequitur ſcꝫ ꝙ relatiões diſparate qualeſcūqꝫ ſint ſufficiant ad diſtinguendum perſonas.

E. Opi. do.

¶ Aduertendū tñ eſt ꝙ rō ꝓcedēs cui totꝰ ꝓceſſus ſolutiōis innitit̃ nulla eſt: ſi ponat̃ ꝙ paternitas ⁊ cōmunis ſpiratio in patre nō differunt realiter ſed ſolum ſm̄ rōnem: qꝛ nullum argumētū eſt dicere ꝙ relationes ſola rōne differentes non diſtingunt realiter perſonas: ḡ relationes realiter differentes nō diſtingunt eas. Cuꝫ ḡ ꝓceſſio et filiatio differt realiter ſi paternitas ⁊ filiatio non differāt realit̃ nulla ꝯña eſt dicere ꝙ ſi paternitas ⁊ ſpiratio non diſtingūt perſonā patris in plures perſonas ꝙ propter hoc filiatio et ꝓceſſio que differunt realiter non ſufficiūt ad diſtinguendum perſonam filij a perſona ſpi. ſancti: ꝓpter qđ illi qui hanc rōnem poſuerunt vident̃ ſenſiſſe ꝙ paternitas et filiatio differrent in patre realit̃. ꝓpter hoc patet reſpōſio ad rōnes alioꝝ:

F. Ad rōnē opi. i.

Cum eñ dicit̃ ꝙ illa que ꝓcedunt diuerſis emanationibꝰ ⁊c. cōcedatur: Tunc ad minorem per interemptionē: Et cum ꝓbat̃ ꝙ diuerſoꝝ principiorum ſunt diuerſe emanationes: pōt dici ꝙ vis gñatiua ⁊ ſpiratiua ſm̄ quoſdā non ſunt diſtincta principia ſed vnuꝫ ⁊ idē ſcꝫ ipſamet eſſentia diuina fecūda que pōt in hos duos actus qui ſunt gñare ⁊ ſpirare ordine quodā. et ſm̄ hoc ſortitur duo noīa:

G. Aliter dr̃

vel dato ꝙ eſſent duo diſtincta principia ſm̄ aliam opinionem que ponit ꝙ potentia gñandi et ſpirandi includūt reſpectuꝫ tamen hec principia talia ſunt ꝙ ſe ꝯpatiunt̃ inuicē in eodē ſuppoſito: Et ſimiliter ꝓductiões q̄ ſunt ab his principijs ⁊ termini ꝓductionum poterūt ſe ꝯpati in eodē ſuppoſito: nec ſufficiēt ad diſtiguēdum ſuppoſita (niſi oppoſitio relationis ſit ibi ſicut prius declaratum eſt. ¶ Reductio aūt multitudinis ad vnitatem ſm̄ moduꝫ quē aſſignant nulla eſt. Dicunt eñ ꝙ pluralitas que eſt per relatiões oppoſitas que eſt maxima: reducit̃ ad plr̃itateꝫ originum diſparatarū: Hoc auteꝫ eſſe non poteſt qꝛ relationes oppoſite vt paternitas et filiatio attenduntur ſm̄ vnā ⁊ eandē originē: Et ſi non eſſent nec eſſe poſſent plures origines diſparate: nec pluralitas originū reducit̃ ad pluralitateꝫ principiorum qꝛ poſſunt eſſe ab eodem principio ordine quodam (vt quidā dicunt:) nec pluralitas principioruꝫ ad pluralitatē attributoꝝ qꝛ illa eſt poſterior vt di=

H. ctum fuit in queſtiõe de attributis. ¶ Aliter ergo attendenda eſt iſta reductio: Cũ eñi pluralitas ꝑſonarum ſit aliquoꝝ ſe hñtium in rõne ꝑncipij et principiati per hoc ſit reductio ad vnitatez: qꝛ inter eas eſt vna a qua alie ꝓcedũt ordine quod. Tertia quidem a prima mediãte ſecũda: ⁊ ſic ternarius ꝑſonarũ reducitur ad binariũ perſonarũ principiantium. Rurſus inter perſonas principiãtes: vna eſt principians ⁊ nõ principiata vt pater: alia principians ⁊ principiata. vt filius ⁊ reducit̃ in eã vt ad principium primũ: ⁊ ſic totũ reducit̃ ad vnũ. ¶ Ad rõnes principales ad primã cũ dr̃ ꝙ ſi ſpi. ſan. nõ ꝓcederet a prẽ ſed tñ a filio adhuc diſtingueret̃ a prẽ: dicendum ꝙ hec poſitio nõ ſoluz eſt ĩpoſſibilis: ſed ẽt incompoſſibilis: hoc eſt implicãs ꝯtradictionẽ. Cũ eñi filius ſit a prẽ et hoc de rõne eius: impoſſibile eſt aliquid ꝓcedere a filio qđ non ꝓcedat a prẽ ſaltem mediate. Tu aũt ponis ꝙ ſpũs ſanctꝰ ꝓcedat a filio ⁊ non a prẽ: ergo ꝓcedit a prẽ et non a patre qđ eſt impoſſibile. Et iõ nõ eſt mirum ſi ex hoc ſequãtur ĩpoſſibilia: (ſcʒ ꝙ diſtiguit̃ a prẽ qꝛ ponit̃ procedere): ⁊ ſic opponi. Et ꝙ non diſtinguat̃ qꝛ ponitur non ꝓcedere et nõ opponi: nõ ſic aũt eſſet ſi poneretur ſpũs ſanctus ꝓcedere a ſolo prẽ qꝛ hec poſitio licet ſit impoſſibilis nõ tñ includit incõpoſſibilia ſub hoc: nõ ꝙ vna perſona eſſet genita ⁊ ſpirata ab

K. vno generante ⁊ ſpirãte. ¶ Ad ſcđm dicendum ꝙ cũ dr̃ ꝙ quelibet perſona diſtinguit̃ a qualibet ſua ꝓprietate perſonali. dicendum ꝙ non eſt ita imo ꝑ ꝓprietatẽ quãcũqꝫ ſolũ diſtingunt̃ ab illis cũ quibus hñt oppõi. Et cum ꝓbat̃ ꝙ per idẽ conſtituit̃ aliquid in ſe et diſtinguit̃ a quocũqꝫ alio: Dicẽdũ ꝙ iſtud ſoluz veritatẽ habet in abſolutis qꝛ ſola abſoluta ſunt ꝓprie aliquid in ſe et ad ſe. Relatiua vero potiꝰ ſunt ad aliud et iõ non diſtingunt̃ niſi ꝑ hoc ꝙ ſunt ad aliud ⁊ qꝛ ſunt ad aliud per aliũ et aliũ reſpectum eo ꝙ reſpectus ꝑlificat̃ iuxta nũerum terminoꝝ iõ talia diſtinguuntur a pluribꝰ ꝑſonis per plures reſpectꝰ. De numero aũt taliũ ſũt perſone diuine que ſunt ⁊ dicunt̃ relatiue. Et ideo vna ꝑſona hñs plures ꝓprietates ꝑ vnã caruz nõ diſtinguit̃ ab oĩbus alijs ſed per vnã ſolum conſtituit̃ in eſſe incõmunicabili et diſtincto ab oĩbus ſed per oẽs ſimul: ⁊ expreſſe hoc dicit Anſelmꝰ in lib. de ꝓceſſione ſpũs ſancti circa finẽ. qꝛ ſicut collectio pluriũ accidentium ſiue ꝓprietatuz que ita inueniuntur in vno ſuppoſito ꝙ nõ in alio conſtituit indiuiduum: ita collectio pluriũ proprietatũ puta paternitatis et ſpirationis actiue in patre. Filiationis et ſpirationis actiue in filio: cõſtituit has perſonas in eſſe incõmunicabili et diſtincto ab oĩbus: verum eſt ꝙ harum ꝓprietatũ vna dr̃ ꝑſonalis. ſ. illa que prima intelligit̃ aduenire perſone ⁊ nullam aliã ſupponit ⁊ ſoli perſone ꝯuenit vt paternitas in prẽ: ⁊ filiatio in filio qꝛ per talẽ ꝓprietatẽ conſtituit̃. Cetere autẽ non dicunt̃ perſonales vt innaſcibilitas ⁊ cõis ſpiratio: qꝛ aut nõ vni ꝑſone ꝯueniunt tñ: vt cõmunis ſpiratio. Aut aliam ꝓprietatẽ preſupponunt vt innaſcibilitas ⁊ cõis ſpiratio. ¶ Ad tertiũ dicendum

L. ꝙ ſi emanatiões que ſunt gñatio et natiuitas et ꝓceſſio poſſent remanere eiuſdem rõnis vt priꝰ facta ſuppoſitiõe predicta tunc filius et ſpũs ſanctus diſtinguerent̃ vt prius: non poſſent aũt remanere eiuſdem rõnis cum predicta ſuppoſitiõe imo vna eſſet ſubſtantial' ⁊ alia accidẽtalis vt priꝰ dictũ fuit. Et ſi poneret̃ ꝙ remanerent eiuſdẽ rõnis poſitio hec non ſolũ eſſet impoſſibilis: ſed etiã incõpoſſibilis: Et ex ea ſequeret̃ contradictio ſcʒ ꝙ perſone per has emanationes ꝓducte diſtinguerent̃ ꝑſonaliter eo ꝙ emanatiões ſubſtãtiales eſſent: Itez non diſtinguerent̃ perſonaliter qꝛ carerent formali principio diſtinctionis quod ẽ oppoſitio relatiua.

Ad pri͂m pri͂cipale.

Ad. ii.

Ad. iii.

## Vtrum pater et filius ſpirẽt ſpiritum ſanctum inq̃tum vnum an inquãtũ plures. Queſtio. III.

AD tertium ſic proceditur. M.

Et videt̃ ꝙ pr̃ ⁊ filius non ſpirent ſpiritum ſanctũ inq̃tũ ſunt vnũ qꝛ actus ſunt ſuppoſitorum ſed ſpirare eſt actus prĩs ⁊ filij ergo eſt eoꝝ vt ſunt ſuppoſita ſed in hoc ſũt plura et non vnũ: ergo pr̃ et filius ſpirant inq̃tuz ſũt plures et nõ inq̃tum ſunt vnũ. ¶ Item oĩs nexus eſt duorum vel pluriũ vt plures ſunt ſed ſpũs ſanctus procedit a prẽ ⁊ filio vt nexus eoꝝ: ergo ꝓcedit ab eis vt plures ſunt ⁊ non vt vnũ. ¶ In cõtrariũ eſt ꝙ pr̃ ⁊ filius ſunt plures ſolũ paternitate: vel filiatione: vel innaſcibilitate et naſcibilitate: ſed neutrũ hoꝝ eſt patri vel filio ratio ſpirandi ſpiritũ ſanctũ ergo oportet ꝙ hic ſit aliquid quod ſit in eis vnũ. Et ita ſpirant inq̃tum vnuz. maior patet de ſe Sed minor probatur qꝛ pr̃ inq̃tũ eſt innaſcibil' nulliꝰ eſt ꝓductiuus qꝛ priuatio vel negatio nullius eſt principium vel cauſa in eſſendo inq̃tum: eſt aut pr̃ eſt ſolum ꝓductiuus filij: Naſcibilitas autẽ ⁊ filiatio ſũt ꝓprietates ꝓducti non producẽtis ergo per hoc ꝙ pr̃ et filius ſunt plures: non hñt pater et filius ꝙ ſpirent ſpiritũ ſanctũ quare ⁊c. ¶ Reſponſio. queſtio iſta non eſt de re ſed de mõ loquẽdi: tenent eĩ oẽs ꝙ pr̃ et filius ſunt duo ſuppoſita que ꝑ vnam ⁊ eandem vim ſpiratiuam ſpirãt ſpiritũ ſanctũ. quo ſuppoſito querit̃ vtrũ ꝓpter dualitatem ſuppoſitoꝝ dicendũ ſit ꝙ ſpirent inq̃tum plures: an propter vnitatem virtutis ſpiratiue dicenduz ſit ꝙ ſpirant inq̃tum ſunt vnũ in vi ſpiratiua. ¶ Ad quod ſciendum accipienduz eſt ꝙ oĩs vera reduplicatio dicit cauſam inherẽtie ꝑdicati cuz ſubiecto vt cum dr̃ ꝙ ignis inq̃tum calidus calefacit: vel inq̃tum leuis mouetur ſurſuz ⁊ ſic de ceteris. ¶ Hoc ſuppoſito eſt duplex modus dicẽdi ad queſtionẽ. Primus eſt ꝙ pr̃ ⁊ filiꝰ ſpirãt inq̃tũ ſunt vnũ in vi ſpiratiua quod ꝓbatur ſic. Reduplicatio facta ſuper agens reſpectu actiõis denotat principiuz actiõis: hoc pʒ qꝛ principiũ quo agens agit eſt et ratio quare actio ei conuenit (vt pʒ in exẽplis inductis:) ſed principiũ quo elicitur actus ſpirandi eſt vis ſpiratiua ergo reduplicatio facta ſup prẽm ⁊ filium reſpectu actionis ſpirandi denotat vim ſpiratiuã ſed in illa pr̃ ⁊ filiꝰ ſunt vnum: ergo debet dici ꝙ pater et filius ſpirãt ſpiritum ſanctũ inq̃tum ſunt vnũ ⁊ nullo mõ inq̃tum ſunt plures. ꝙ aũt pr̃ ⁊ filius ſint vnum in vi ſpiratiua patet qꝛ nihil ſimplex ⁊ vnũ numero poteſt eſſe a pluribus ita ꝙ ſit a quolibet perfecte niſi illa duo conueniãt in aliquo vno ſm numerũ rõe cuiꝰ ꝓducãt tertium: qꝛ ſi eſſent diſtincte virtutes ĩ pluribus et per vnum illoꝝ ⁊ ſm vnã virtutem ꝓduceretur totũ aliud nihil faceret ſed oĩno ſuperflueret Spũs aũt ſanctus ꝓducitur ꝑfecte a patre ⁊ perfecte a filio: ergo pater ⁊ filius ꝯueniunt in vna virtute ſm nũeruz ſm quẽ ꝓducũt ſpiritũ ſanctũ. nec huic obſtat ꝑlitas ſuppoſitorum quia licet in pluribus

Que. iij. Arg. i.

Arg. ii.

In oppoſitum

N. Reſſio Deciſio queſtionis.

O. Opi. i.

ſuppoſitis natura differentibus nõ poſſit eſſe vna
virtus numero. Poteſt tamen in ſuppoſitis ſola
oppſitione relationis differentibus vt ſunt pater ⁊
filius. ❡ Secundus modus ponit ꝙ reduplica= A.
tio poteſt denotare conditionem ſuppoſiti agen= Opi. i.
tis vel conditionem virtutis actiue. Primo modo
pater et filius ſpirant inquantum ſunt plures pro=
pter pluralitatem ſuppoſitorum. Secundo modo
ſpirant inquantum ſunt vnum propter vnitatem
virtutis ſpiratiue. Hoc autem probatur eodem
modo quo prius ſic. reduplicatio poteſt denotare
omne illud quod eſt cauſa inherẽtie predicati cũ
ſubiecto: Sed tam pluralitas ſuppoſitorum agen
tium ꝙ̃ vnitas virtutis ſpiratiue dicunt cauſã q̃re
ſpirare competit patri ⁊ filio: ergo ratione vtriuſ=
ꝗ poteſt fieri reduplicatio: maior patet ex dictis ſu
pra; minor declaratur ſic. actus ſpirandi duo habꝫ.
Eſt enim vnus actus et ſimplex: et eſt actus per
B. modum voluntatis. ❡ Quantum ad primum vis
ſpiratiua que eſt vna numero in patre et filio: eſt
ratio ꝙ ſpirare conuenit patri et filio et ita debet
dici ꝙ ſpirant inquantum ſunt vnum. ❡ Quan
tum ad ſecundum ſcilicet vt actus ſpirandi eſt per
modum voluntatis pluralitas ſuppoſitorum eſt
eius ratio quia (vt dictum fuit ſupra diſt. vi.) pro/
pter hoc i diuinis dicitur aliqua emanatio eſſe per
modum voluntatis quia eſt a pluribus. Et quia
ſupponit aliam productionem ad intra. Et ſecun/
dum hoc debet dici ꝙ pater et filius ſpirant inquã=
C. tum ſunt plures. iſte eſt ſecundus modus. Nunc
Opi. do. autem reſtat videre quid veritatis habeat vterꝗ
modus. Circa quod ſciendum eſt ꝙ in actu ſpi=
randi eſt conſiderare duo; actum ſcꝫ et modum.
Si conſideremus actum ſolum ſic pater et filꝰ nõ
ſpirant inquantum vnum: nec inquantum plures:
ſed inquantum habent vim ſpiratiuam. Cuius ra
tio eſt quia omnis actus ſm illud quod eſt (exclu=
ſa omni alia conditione) reſpicit ſuum principium
virtute cuius elicitur ſm illud quod eſt (excluſa oi
alia conditione:) Potentia enim que nominat prĩ=
cipium actus eſt illud quo poſſumus nullo alio ad
dito; alioquin non eſſet potentia cum hec ſit ratio
potentie: ꝙ etiam patet in omnibꝰ. Calefacere eſt
abſolute acceptum eſt ab habente potentiam cale=
factiuam et diſgregatiue ab habente potentiã diſ/
gregatiuam nec plus requiritur: Siue eñ calefa=
ciens ſit vnũ ſiue plura ſiue virtus calefactiua ſit
vna ſeu plures totum accidit: Unde ⁊ videmꝰ oĩa
hec variari: Contingit enim ꝙ calefacere eſt ab
vno et per vnam virtutẽ. Et contingit ꝙ eſt a plu
ribus et per plures virtutes: Cum ergo ſpirare ſit
quidam actus ipſe vt ſic acceptus ſecundum illud
quod eſt: ſolum eſt ab habente vim ſpiratiuam.
ꝙ autem hec vis ſpiratiua ſit vna vel plures in vno
vel in pluribus hoc accidit: Et quia reduplicatio
non denotat id quod eſt per accidens ideo non eſt
dicendum ꝙ pater ⁊ filius ſpirent inquantum ſunt
plures: vel inquantum ſunt vnum ſed ſolum inꝗ̃
tum habent vim ſpiratiuam. Item patet per ſimi
le. ſicut ſe habet generare ad patrem ſic ſpirare ad
patrem ⁊ filiũ ſed nos non dicimus ꝙ pater gene=
rat inquantũ vnus: nec propter vnitatem ſuppoſi=
ti: nec propter vnitatem virtutis generatiue: ſꝫ tñ
ꝙ pater generat inꝗ̃tum habet potentiam generã
di: ꝑ ſimiliter non eſt dicendũ ꝙ pater ⁊ filiꝰ ſpirẽt
inꝗ̃tum plures quo ad ſuppoſita: aut inꝗ̃tũ vnuꝫ

in vi ſpiratiua: ſed abſolute inquãtum habent vim
ſpiratiuam. ❡ Si aũt conſideremus non ſolum a= D.
ctum ſed modum actus adhuc põt eſſe dupliciter:
quia poſſumus circa actum conſiderare modũ rea
lem quem habet in ſe et in habitudine ad ſua prin=
cipia vt pote qꝺ eſt actus vnus et ſimplex a patre ⁊
filio procedens ita ꝙ a quolibet perfecte et ſic de=
bemus dicere ꝙ pater et filius ſpirant inquantum
ſunt vnum in vi ſpiratiua: Cuiꝰ rõ eſt qꝛ reduplica
tio notat cãm inherentie p̄dicati cũ ſubiecto: Sed E.
cauſa et rõ quare ſpirare et oĩs actus vt ſimplex
⁊ vnus ſit a pluribꝰ ita ꝙ a quolibet ſit: perfecte eſt
ſola vnitas virtutis productiue i qua illa plura ꝯue
tates et paſſiones: et per quam cognoſcimus cor=
pus mobile ad ſitum vel ad formā: ſic in deo ſunt
diuerſe ſcientie ſm rationem per quas iſta cogno=
ſcit: quāuis ſit vna ſm rem. ¶ Ad ratiões vtriuſqꝫ G.
partis reſpondendum eſt. Ad primā: ꝙ ſcientia Ad pri.
que eſt per cauſam vniuerſalem predicatione: vel principalē
per cauſam vniuerſalē que ſe extendit ad plures
effectus ſolum ſm illud quod eſt eis commune eſt
vniuerſalis prout vniuerſale diſtinguitur contra
particulare ſcḋm primam acceptionem: et ſic ſcien=
tia dei quam habet de rebus aliis non eſt ſolum
vniuerſalis: ſed cognitio que habetur per cauſam
vniuerſalem cuius cauſalitas ſe extēdit ad omnia
ſm omnes rationes tam vniuerſales qꝫ particula=
res (qualis eſt ſcientia dei) eſt vniuerſalis et parti=
cularis ſm primam acceptionem: et eſt vniuerſa=
lis iuxta ſecundam. Secunda ratio probat ſolū H.
ꝙ ſcientia dei eſt vniuerſalis iuxta ſecundam acce Ad ſcḋm
ptionem vniuerſalitatis: et illud conceſſum eſt.
¶ Ratio in oppoſitum bene probat ꝙ ſcientia dei
eſt particularis inquantū cognoſcit res ſm ratiões Ad rõe
ſpecificas: ſed per hoc non excluditur quin ſit vni= in oppoſi.
uerſalis inquantū cognoſcit res ſm ſuas rationes
generales et communes et inquantum cognoſcit
non ſolum vnum genus ſcibilium ſed omnia.

Sequitur diſtinctio. XXXVI.

## Diſtinctio. XXXVI.

### Sententia diſtinctionis. XXXVI. in generali & ſpeciali.

I. Sentẽtia in gñali. Hic ſolet queri. Superius oſtẽ-
dit magiſter ꝙ ſcientia dei eſt reſpectu
omniũ: et ex hoc res dicunt̃ eſſe in deo.
Nunc vero inquirit quõ res cognita ſit
in ipſo deo cognoſcẽte. Et diuidit̃ iſta ps in duas
Primo oſtendit quõ res quas deus cognoſcit ſunt
in ipſo deo. Et ſcḋo oſtendit quõ deus dicat̃ eſſe in
ipſis rebus. xxxvij. diſt. ibi: Et quoniã determina
tũ eſt. Item prima in duas. Scḋm duas q̃ſtiones
quas ſpecialiter mouet ꝛ ſoluit. Scḋa ibi: Poſt p̃dic
ta: et hic. Scḋa diuiditur in tres. Primo em̃ ppo
nit q̃ſtionẽ et eius determinationẽ. Scḋo ponit ſo
lutionis cõfirmationẽ et quedã incidentia determi
nat ibi ꝑ inde ſi diligẽter inſpiciat̃. Tertio determi
K. natum declarat ibi, ex premiſſis apertuꝫ eſt. ¶ In
Sentẽtia in ſpeciali ſpeciali ſic ꝓcedit. Et querit primo vtrũ illa q̃ deus
cognoſcit poſſint eſſe in eius eſſentia ſicut dicuntur
eſſe in eius preſentia que idem eſt qḋ eius eſſentia.
Et reſpondet ꝙ non: quia omnia que ſunt in eſſen
tia diuina ſunt eiuſdẽ nature cũ deo: ea autem que
cognoſcit deus non ſunt eiuſdem nature cum illo:
et ideo non debent dici eſſe in eius eſſentia: nec eſt
ſimile de preſentia: quia aliũ reſpectũ habet vel cõ-
notat q̃ eſſentia. Poſtea querit̃ vtrũ mala que co-
gnoſcunt̃ a deo ſicut et bona poſſint dici eſſe in deo
et reſpondetur ꝙ non quia illa ſolum dicuntur eſſe
in deo ad que deus ſe habet in ratione principij: nõ
ſic autẽ ſe habet ad mala: ſola em̃ ea que cognoſcũ
tur a deo per notitiam approbationis quorũ deus
eſt actor ſiue principium poſſunt dici eſſe in deo: nõ
ſic autem deus cognoſcit mala. Deinde confirmat
hoc: quia ſm Ambroſium idem eſt eſſe in deo: ꝛ eẽ
per ipſum: et eſſe ex ipſo: mala autem non ſunt ex
deo nec per ipſum: ergo nõ poſſent dici eſſe in ipſo
Ubi incidẽter oſtendit ꝙ illa verba apoſtoli ex ipſo
et per ipſum ꝛ in ipſo: poſſunt appropriari per intel
lectum diſtinctioni perſonarum tamen ſimpliciter
omnibus perſonis omnia predicta que enumerat
conueniunt. Subiungit etiam ꝙ cum aliquid dicat̃
eſſe ex aliquo efficientia ſola notatur. cũ vero dicat̃
aliquid de aliquo non ſolum efficientia ſed etiam
conſubſtantialitas notatur: et ideo licet creature di
cantur eſſe ex deo non tamen debẽt dici eſſe de illo
Ultimo epilogat determinata. Hec eſt ſententia
lectionis in ſpeciali.

## Queſtio Prima.

### Vtrum deus cognoſcat mala.

L. Circa diſtinctionem iſtam pri
Que. pri. Arg. pro mo queritur: vtrum deus cognoſcat ma
la. Et videtur ꝙ nõ: quia intellectus qui
ſemper eſt in actu nõ cognoſcit priuatio
nem: vt innuitur tertio de anima: ſed intellectus
Cõfirmat̃ tur. diuinus ſemper eſt in actu: ergo non cognoſcit ma
lum qḋ eſt quedã priuatio. Et confirmatur: quia ſi
viſus vel auditus ſemper eſſent in actu nunq̃ au-
ditus cognoſceret ſilentium: nec viſus tenebras:
Argu. ij ergo eodem modo eſt circa intellectum: quare ꝛc.
Item omnis cognitio vel eſt cauſa rerum vel cau-
ſata a rebus: ſed ſcientia dei nec eſt cauſa malorũ
(ſaltem culpe) nec cauſata ab eis: ergo ꝛc. Item Argu. iij.
intellectum eſt in intelligente: ſed malum non eſt
in deo: ergo non eſt intellectum ab eo. ¶ In con- In oppo.
trarium eſt qḋ dicitur Job. xi. Ipſe nouit hominũ
vanitatem: et videns iniquitatem illorum nõne cõ
ſiderat: et in pſalmo: delicta mea non ſunt a te abſ
condita. ¶ Reſponſio. Circa queſtionẽ iſtam ſic M.
procedetur: quia primo ponetur quedam cõmunis Reſpõſio ad q̃ſtio.
diſtinctio de ſcientia dei. Secundo ponetur illud
in quo omnes moderni concordant. Tertio po-
netur illud in quo quidam diſcordant inquirendo N.
quid ſit verius. ¶ Quantũ ad primum ſciendum Primus
eſt ꝙ ſcientia dei q̃uis ſit vna ſm rem: accipitur tñ articulus.
tribus modis. dicitur enim ſcientia ſimplicis noti-
tie viſionis ꝛ probationis. Scientia ſimplicis noti-
tie dicitur illa qua deus ſcit omnia que ſunt/ fue-
runt/ vel erunt/ vel poſſibilia ſunt ſm infinitatem
diuine potentie. ſcientia vero viſionis dicitur eadẽ
ſcientia inquantũ eſt eorum que ſunt ſm aliquam
differẽtiam temporis ſolum: que pro tanto dicitur
ſcientia viſionis: quia apud nos ea que videntur
habent eſſe diſtinctum extra videntem: propter qḋ
ea que a deo prodeunt in eſſe proprio qḋ habent in
ſua natura preter eſſe qḋ habẽt in deo tanq̃ in cau
ſa dicuntur pertinere ad ſcientiam viſionis. Scien
tia autem approbationis dicitur que eſt eorum in
quibus diuina voluntas ſibi complacet: et hec ſunt
bona ꝛ mala pene: quatenus ſortiuntur rationem
boni moralis: et per oppoſitum dicitur neſcire ma-
la culpe quia ea reprobat tanq̃ a bonitate ſua diſ-
cordãtia. Si ergo queſtio intelligat̃ de malis cul-
pe ꝛ de ſcientia approbationis: patet ꝙ deus neſcit
mala culpe: quia ea non approbat ſed reprobat et
punit: et ſm hoc dicitur ab Abach. primo. mũdi ſũt
oculi tui ne videant malum et ad iniquitatẽ reſpi-
cere non poteris: et fatuis virginibus dicitur Mat
thei. xxv. Neſcio vos: ſed quia ſic ſcire vel neſcire
nimis eſt ſtricte ſumptũ: ideo deducatur queſtio
in ſcientia ſimplicis notitie ac viſionis tantũ de pri-
mo. ¶ Quantũ ad ſecundũ ſciẽdum eſt ꝙ omnes O.
moderni concedunt ꝙ deus cognoſcit malum: cu- Secũd' articulus.
ius ratio eſt: quia deus cognoſcit partes vniuerſi
et habitudines earum: ſed inter partes vniuerſi ta
lis eſt habitudo ꝙ generatio vnius eſt corruptio al
terius: in corruptione autem conſiſtit malum pene
quo ad animata: et malũ nature quo ad om̃ia. que
dam etiam partes vniuerſi poſſunt deficere a re-
ctitudine rationis in quo conſiſtit malũ culpe: ergo
de' cognoſcit oẽ malũ nature pene ꝛ culpe: cogno-
ſcit aũt p bonũ oppoſitũ: q2 priuatio non cognoſcit̃
niſi p habitũ rect' em̃ eſt iudex et ſui et obliqui: vt
dicit̃ pri. de anima: ſed malũ ſm Diony. lib. quarto
de diui. no. et Damaſcenum libro ſecundo. iiij. ca-
pitu. nihil aliud eſt q̃ priuatio boni: ergo malum
non cognoſcitur niſi per bonum: ſicut nec obli-
quum niſi per rectum: et in hoc oẽs moderni con- P.
cordant. ¶ Quantũ ad tertiũ in quo quidã diſcor- Tertius articulus.
dant ſciendũ eſt ꝙ de cognitiõe mali p bonũ eſt du
plex opinio. Quidã em̃ dicũt ꝙ deus cognoſcit ma
lum per ſpeciẽ boni (nõ cuiuſcũq̃) ſed boni qḋ pri-
uat: ita. ſ. ꝙ ſi deus nõ cognoſceret aliud bonũ a ſe
nullo modo cognoſceret malũ ſm ſpecialẽ rõnem
mali ꝛ hui' ratio eſt duplex. ¶ Prima eſt: q2 priua Prima rõ
tio nõ cognoſcit̃ niſi p habitũ oppoſitũ: ſed oppoſi

tio habitus et priuatiõis eſt circa idẽ ſubiectũ quod
cunqꝫ ſit illud. Deus aũt nõ poteſt eſſe ſubiectum
priuatiõis: ꝗ ſi nõ eſſet bonũ niſi deus aut non co=
gnoſceret aliud bonũ a deo nullo mõ eẽt malũ: nec
Rõ.ii. cognoſceretur. ❡ Secũda ratio eſt: priuatio nõ di
ſtinguitur a priuatiõe niſi quia diſtinguit habitus
ab habitu: ſicut non differt cecitas a ſurditate: niſi
qꝛ differt viſus ab auditu cũ enĩ priuatio ſit negatio
habitus in ſubiecto apto nato: rõne negatiõis nõ
poteſt vna priuatio differre ab alia: ſed magis con
uenit cũ ea: differũt ꝗ rõne habituũ qui per eas ne/
gant vel priuant ⁊ hoc eſt verꝫ vniuerſaliter nõ ſo=
lum in priuatiõibus ſed etiã in negatiõibus ꝙ non
differunt niſi rõne eoꝝ que negant. Unde nõ ho=
mo ⁊ non lapis idem ſunt reſpectu oim: ita ꝙ de ꝗ=
cunqꝫ verificat vnũ ⁊ alterũ niſi reſpectu eorũꝫ que
negant: ſed bonũ diuinũ nõ eſt bonũ qꝺ poſſit pri=
uari: ⁊ ſi eſſet tale nihilominus rõne ipſius nõ poſ=
ſent differre priuationes cũ ſit vnũ: ꝗ per cognitio
nem ſolius boni diuini nõ poſſunt mala cognoſci:
A. ſaltẽ ſm rõnẽ ſpecialẽ mali. ❡ He ſunt rõnes qua
rum prima pbat ꝙ ſi deus nõ cognoſceret aliud bo
num a ſe nullo mõ cognoſceret malũ. ❡ Scda p=
bat ꝙ non cognoſceret malũ ſaltẽ ſm ſpecialẽ rõeꝫ
B. mali. ❡ Alii ſunt quib⁹ hoc non placet. dicũt enĩ ꝙ
Alia opi. hoc eſt expreſſe ꝯtra ſententiã Dionyſii. vii. de di.
no. vbi aſſimilat diuinã cognitionẽ lumini. Unde
dicit ꝙ ſicut lumẽ ſi eſſet cognitiuũ cognoſceret te=
nebras: nõ aliunde cognitioneꝫ accipiens: ſed per
ſeipſum: ſic de⁹ bonitas exiſtens cognoſcit maluꝫ
Ratio qꝺ eſt priuatio boni (ſicut tenebra ẽ priuatio lucis)
qꝺ probant quaſi ecõtrario primis argumẽtis ſic.
malum cognoſcit p bonũ oppoſitũ: ſed malũ oppo
nitur bono diuino generali ⁊ ſpeciali oppoſitiõe: ꝗ
per bonũ diuinũ poteſt cognoſci malũ ſm rõem cõ
munem mali. ⁊ ſm rõnes ſpeciales malorum: ma/
ior ex dictis ſupponit. ſed minor pbat. ſ. ꝙ malum
opponat bono diuino generali: ⁊ ſpeciali oppoſitio=
ne: quia ſicut de⁹ eſt cauſa oim cõis (inq̃tũ oĩa ipꝫ
imitant) ⁊ eſt cã ſpecialis cuiuſlibet (inq̃tum diuer
ſimode a diuerſis imitat) ſic oĩa mala opponuntur
deo cõi oppoſitiõe inq̃tuꝫ ab arte ſua diſcordant: ⁊
opponunt ei ſpeciali oppoſitiõe inq̃tũ ab eadẽ di/
C. uerſimode diſcordant: vel deficiũt: ⁊ ſic patet mi=
nor. ſequitur ergo cõcluſio. ❡ Declarat etiã hoc p
ſimile. ſicut enĩ grãmatic⁹ per eandẽ artem cogno
ſcit omnes cõgruitates in cõi tanq̃ arti ſue cõcor=
dantes et ſingulas cõgruitates in ſpãli tanq̃ ſpãli
bus regulis ꝯcordãtes: ⁊ ſingulas icõgruitates in
cõi ⁊ ſpeciali tanq̃ diſcordantes ab arte ſua in cõi ⁊
a ſpecialibus regulis artis: ſic deus cognoſcit oĩa
bona in cõi inq̃tũ cõcordant ſue arti: et in ſpeciali
ꝓut diuerſimode ei concordant: ⁊ per illã eandẽ ar
tem nõ aliunde cognitionẽ accipiẽs cognoſcit ma
la in cõi inq̃tum ab arte ſua diſcordant: ⁊ in ſpecia
li inq̃tũ diuerſimode diſcordãt ab ea: nec propter
hoc cognoſcit malũ niſi p bonuꝫ oppoſitum: qꝛ bo=
no diuino opponit maluꝫ nõ tanq̃ bono qꝺ priuat
ſꝫ tanq̃ bono a q̃ diſcordat: ⁊ ſic intelligit illud qꝺ
dicit btũs Aug. xxii. de ci. dei ꝙ nãa nõ ꝯtrariat
deo: ſed vicium. Hec ſunt dicta illoꝝ quib⁹ impu=
gnant primã opinionẽ que tamẽ videt verior: qꝺ
D. patet dupliciter ſimul pbando propoſitum: et ſol=
Impro. uendo motiuum alioꝝ. ❡ Pria ratio eſt talis De⁹
ſm eos cognoſcit bona inq̃tum cõcordãt cum ar=
te ſua: mala vero inq̃tũ ab ea diſcordãt: ſed de⁹ nõ
põt cognoſcere quo mõ aliq̃ diſcordãt vel poſſunt
diſcordare a ſua arte niſi precognoſcat modũ quo
aliqua cum ea pñt cõcordare: ergo deus nõ poteſt
cognoſcere mala niſi pcognoſcẽdo bona cauſata:
vel cauſabilia que poſſunt cuꝫ arte diuina cõcorda
re. Maior pꝫ ex dictis eoꝝ. Minor declaratur: quia
diſcordare eſt deuiare a cõcordãtia: ſed nullus po
teſt cognoſcere quid ſit deuiare a concordãtia niſi
cognoſcat quid ſit cõcordare cum hoc icludat in=
tellectu alterius: ergo nullus põt cognoſcere quo
modo aliqua poſſunt diſcordare ab arte niſi preco
gnoſcat quo mõ aliqua poſſunt cum ea cõcordare.
Unde grãmaticus licet per eandẽ artem cognoſcat
cõgruum et incõgruum: tñ intellectus incõgrui nõ
dependet immediate ab arte. ſed mediãte intelle=
ctu ꝯtrarii ꝓpter dictã cauſam: qꝛ non poteſt ſciri
quid ſit diſcordare niſi ſciat quid eſt ꝯcordare: ⁊ idẽ
eſt de cognitiõe dei reſpectu bonoꝝ ⁊ maloꝝ: quia
ſemp intellectus negatiõis depẽdet ab affirmatiõe
⁊ priuationis ab hitu quẽ priuat: qꝛ illi ſoli opponit E.
vt nomẽ priuatiõis dicit. ❡ Scda rõ talis eſt. ma Rõ.ii.
lum eſt carẽtia alicui⁹ boni debiti in eſſe: defect⁹ ei
boni nõ debiti in eſſe (vt defectus viſus in lapide)
nõ habet rationẽ mali: hec eſt ratio ꝗ mali ſine qua
impoſſibile eſt intelligere malum. ſed illud debitũ
ineſſe cuius carẽtia eſt malũ non poteſt eſſe eſſẽtia
diuina que in nullo nata eſt eẽ niſi in ſuppoſitis di
uinis in quibus neceſſario eſt: ergo eſt aliqua per=
fectio creata: ergo ſine ea impoſſibile eſt intellige=
re malum: ⁊ ſine dubio abſurdum videtur ꝙ ceci/
tas poſſit a quocunqꝫ intelligi ſine viſu cum ſit de
ratione eius: eſt eñi priuatio viſus in ſuſceptiuo.
Dictum etiã Dionyſii nõ facit pro eis non enĩ intẽ F.
dit ibi Dio. tradere moduꝫ quo de⁹ cognoſcat ma Solutio
la: ſed quo cognoſcit alia a ſe. Dicit enĩ ꝙ de⁹ no/ ra. ii. opi.
uit oĩa anteq̃ fierent: quia oĩa ꝯtinet ⁊ oĩa prehabꝫ
in ſe tanq̃ oim cã: cõſtat autẽ ꝙ nõ prehꝫ in ſe ma
la tanq̃ eoꝝ cã: cum ergo dicit ꝙ lumen ſi eſſet co
gnitiuũ cognoſceret tenebras non aliunde vidẽs
tenebras q̃ a lumĩe forte p tenebras notat nõ pri= G.
uationem ſolam: ſed lumen participatum: ⁊ deri= Sol. ii.
uatum a fonte lumis iuxta quẽ modũ oĩs creatura
deo ꝯparata tenebra vocat Jo. i. tenebre eũ nõ cõ
prehenderũt. vel poteſt dici ꝙ deus nõ aliunde co=
gnitionem accipiens cognoſcit mala: qꝛ prima rõ
cognoſcendi tã bona q̃ mala eſt eſſentia diuia: ſꝫ
prima rõ cognoſcendi mala ſunt bona creata que
per mala priuantur.

## Queſtio. II.

### Utrũ creature ſint in deo.

Secundo queritur: vtrum crea H.
ture ſint in deo: Et videt ꝙ non: qꝛ ſi cre Que. ii.
ature eſſent in deo aut hoc eſſet per eſſẽ Arg. i.
tias ſuas aut per ſuas ſimilitudines: nõ
per eſſentias ſuas: quia quicquid eſt in deo eſt ab
eterno in ipſo: eſſentie autẽ rerũ non ſunt eterne:
nec per ſuas ſimilitudines: qꝛ quod eſt in aliquo ſꝫ
ſuaꝫ ſimilitudineꝫ tm̃: nõ habet in illo propriã opa
tionem res autẽ habent in deo ꝓprias operatiões
ſm illud. Act. xvii. in ipſo viuimus: monemur ⁊ ſu
mus ergo ⁊c. ❡ In ꝯtrarium eſt quod dicit Anſel In op.
mus monologion. xxxvi. ꝙ res verius ſunt ĩ deo: I.
q̃ in ſeipſis. Ad idem eſt quod dr in littera. ❡ Re Rñſio
ſpõſio. Dicenda ſunt duo. Primum eſt ꝙ oẽs res

ſunt in deo. Scdm eſt de modo quo ſunt in eo.

K. ¶ Primum patet de rebus creatis ſpecialiter ſic. Arti. i. oia que procedunt ab aliqua cauſa preexiſtunt ali/qualiter in ea (ſaltē potētia ꝛ virtute.) ſed oēs crea Prob. it. ture ꝑcedūt a deo ergo preexiſtunt aliqualiter in eo. ¶ Secundo patet idē de oībus creatis et crea tis ſic. quicquid eſt in eſſentia dei eſſentia: ſcientia: vel potentia: totū eſt in deo: ſed attributa ꝛ relatio nes et diuine pſone ſunt in diuina eſſentia: oia ve ro poſſibilia ſunt in eius potētia. bona vero ꝛ mala ſunt in eius ſcientia: ꝗ oia ſunt in deo: qꝛ preter hec L. nihil eſt dare qd̓ ſub his nō cōtineat. ¶ Quantum Arti. ii. ad ſecundū ſciendū eſt ꝙ res creata poteſt dupliciter conſiderari. Uno mō ſm eſſe ſuum formale: et naturam ꝓpriā gn̄is. Alio mō ſm eſſe virtuale ſue cauſe: ſm ꝙ dicuntur in ſua cauſa preexiſtere: ſi cō ſideretur res creata primo modo ſic ipſa dr̄ eſſe in deo: qꝛ eſt in dei ſcientia: ꝛ potentia. nō aūt in dei eſſentia. Cuius rō eſt quia creatura ſic cōſiderata (cum nō ſit idē qd̓ deus) ſolū poteſt ſe hr̄e ad deū in habitudine obiecti terminantis eiꝰ operationē: et non in habitudine idētitatis: ꝛ qꝛ hoc nomē deꝰ ſignificat ſuppoſitum cuius eſt agere: ſciētia vero et potentia ſignificāt principia actionū ſe extendē tium ad creaturas re: vel rōne: ideo creatura pōt dici eſſe in deo: ꝛ in eius ſciētia. ꝛ potētia: eo ꝙ deꝰ ſcit eam: vel poteſt producere eā: vel ꝓductā de/ſtruere. eſſentia vero nihil importat reſpectū ad creaturas: qꝛ ſicut a poſſe dr̄ potētia: ꝛ a ſcire ſciē tia: ſic ab eſſe dicta eſt eſſentia. Unde ſicut aliqua dicunt eſſe in dei potentia: qꝛ deus poteſt illa: et in dei ſcientia: qꝛ deꝰ ſit illa. ita dicunt eſſe in dei eſſē/tia: qꝛ deꝰ eſt i illa: vel qꝛ ſubſiſtūt in illa. Et qꝛ deꝰ non ſe hꝫ ad creaturam in habitudine identitatis: nec ſm eſſentiā. nec ſm naturalem exiſtentiam: ideo non poteſt dici ꝙ res ſic ꝯſiderate ſint in dei eſſentia ſeruando ꝓprietatē locutionis. licet eñ eſ ſentia dei non ſit aliud ꝙ̄ ſua potentia: vel ſcientia tamen aliquid connotat in nomine vnius qd̓ nō in nomine alteriꝰ. ꝓpter quod aliquid dicit eſſe i vno M quod non dr̄ eſſe in altero. ¶ Si autē conſiderentur creature ſm eſſe virtuale ſue cauſe hꝫ qd̓ in ſua cauſa preexiſtūt qd̓ eſſe licet non ſit creaturarū for/maliter: ſed potius creatoris eſt tamē eaꝝ aliquali ter: qꝛ hoc huius multipliciter dr̄ vt habet. ii. Elen choꝝ ꝛ ſic creature poſſunt dici eſſe in dei eſſentia qꝛ ſunt ipſamet diuina eſſentia que eſt ſua virtus ꝓductiua creaturarū: ꝛ ſic loquitur Anſelmꝰ ꝙ crea tura in deo eſt creatrix eſſentia. ſic etiā creatura eſt in dei ſcientia: quia deꝰ ſcit eſſentiam ſuā vt eſt vir tus ꝓductiua creaturaꝝ: ſed non debet dici ꝙ ſit in dei potentia: qꝛ diuina eſſentia nō ſubiacet ſue po tentie vt obiectū: ꝛ qꝛ ſuppoſiti eſt eſſe et agere: iō quecunq dicunt quocunq modo eē in dei potentia: ſcientia: vel eſſentia ſm eundē modū poſſunt dici eſſe in deo cuius eſt ſcire ꝛ poſſe. Ex predictis poteſt patere qualiter intelligendum eſt qd̓ dicunt Augu. et Anſelmus: ꝙ creatura verius eſſe hꝫ in deo ꝙ̄ in natura propria. Hoc eñ qd̓ eſt verius po N teſt eſſe nomē: vel aduerbiū. ſi ſit nomen tunc ē de terminatiuum ipſius eſſe: ſi ſit aduerbiū ſic eſt deter/minatiuum huius verbi qd̓ eſt hr̄e: Primo mō ꝗ ſenſus eſt ꝙ eē creare in deo eſt verius eſſe ꝙ̄ eſſe creature in ꝓpria natura: ꝛ hoc eſt verum: vocādo eſſe creare in deo eſſe qd̓ habet creatura in deo ꝑ identitatem modo quo dictum eſt: (ſcꝫ vt eſt creatrix eſſentia et eſſe creaꝫ in ſua natura eſſe ſuū for male) cōſtat eni ꝙ eſſe diuinum eſt verius: et perfe ctius ꝙ̄ eſſe creatum: ꝛ primū hꝫ creatura in deo: ſcdm aūt in ſeipſa: Si vero hoc qd̓ eſt verius ſit ad uerbium et determinatiuū huiꝰ verbi qd̓ eſt habere ſic eſt falſa ꝓpoſitio: ꝛ eſt ſenſus: ꝙ illud eē quod hꝫ creatura in deo hꝫ verius (i. veriori mō) ꝙ̄ illō quod hꝫ in natura ſua: ꝛ hoc eſt falſum: qꝛ illud eē qd̓ hꝫ creatura in natura ſua hꝫ formaliter: illud āt qd̓ habet in deo nō hꝫ formalit̄: ſed ſolum denomi natōe extrinſeca: eo mō quo diceret ꝙ ſanitas ho minis eſt in medicina: ſemꝑ aūt habetur verius i. veriori mō illud quod hēt̄ formaliter ꝛ intrinſece: ꝙ̄ꝗ ſit imperfectius: ꝙ̄ illud qd̓ habet denomina tione extrinſeca ſolum etiā ſi milleſies eſſet perfe O. ctius. ¶ Ad argumentū in oppoſitū dicendum ꝙ Ad prin cipale. res create ſunt in deo per eſſentias ſuas: nō quid formaliter vel ꝑ identitatem: ſed obiectiue: qꝛ ſub ſunt diuine ſcientie: ꝛ potētie: et hoc mō ſunt eterne: qꝛ ab eterno ſcite: ꝛ poſſibiles. Hoc etiā modo viui mus in ipſo: mouemur: ꝛ ſumus in ipſo cōſeruātē et a quo eſt noſtrum viuere et eſſe: ꝛ operari. Utrū autem res create omnes vel alique ſint in deo per ſuas ſimilitudines patebit in ſequenti queſtione. Ad auctoritates Anſelmi patet reſponſio.

## Queſtio. III.

## Utrum in deo ſint aliquę ideę

P. Oſtea queritur de ideis: Et primo vtrū in deo ſint alique idee: Et Que. iii. videt ꝙ non. qꝛ ſi ponerentur hoc eſſet Arg. vt eſſent principium eſſendi: vel cogno ſcendi non vt ſint principium cognoſcendi: quia Scdo per idem cognoſcit deus ſe ꝛ alia: ſed non cogno ſcit ſe per ideam: ergo nec alia. ¶ Item nec vt ſint principium eſſendi. qꝛ cū deus ſit cauſa creatu rarum per intellectū idee nō poſſunt eſſe principiū eſſendi creature niſi ſint principiū cognoſcendi ꝗre ꝛc. ¶ Item ſecundū Auguſtinū melius et perfe Tertio ctiꝰ cognoſcunt res per eſſentias ſuas ꝙ̄ per ſuas ſimilitudines: ſed deꝰ perfectiſſime cognoſcit res ergo cognoſcit eas per ꝓprias eſſentias: non ergo per ideas que ſunt quedā rerū ſimilitudines. ¶ In In op. ꝯtrariū eſt qd̓ dicit Aug. lib. lxxxiii. q. xlvi. q. ꝙ tā ta vis eſt in ideis vt ſine his intellectis ſapiens eē nemo poſſit: conſtat aūt deum eſſe ſapientiſſimū quare ꝛc. ¶ Item oēs forme que ſunt in potentia P. paſſiua matie ſunt in potētia actiua primi motoris Reſſo. vt habet a commētatore. xi. metaphiſice: ſed nihil aliud dicimus ideas ꝙ̄ formas rerum in deo intel lectualiter preexiſtētes ergo ꝛc. ¶ Reſpōſio. Uidē da hic ſunt tria. Primū eſt qd̓ vocamus ideā. Se cundum eſt an idee ſint in deo. Tertiū eſt quo mō ſe habeāt ad intellectū diuinū: ꝛ ad actum intelligē di. ¶ Quantū ad primū ſciendū eſt ꝙ Augu. vbi ſupra dicit ꝙ idea ſi verbuꝫ ex verbo transferatur dicit apud nos forma vel ſpecies: ſi autē dicat rō hoc non eſt ſm ꝓprietatē noīs. Ratio eñ alio noie ſignificat apud grecos. Dicit eñ logos: tamē vt di cit natura rei nō diſcrepat. ex quo poſſumus accipe re ꝙ cū idea ſm ꝓprietatem noīs ſit forma: et ſm veritatem rei ratio dici poſſit ꝙ idea eſt forma in tellectualis: ſolū eñ talis forma poteſt proprie di ci ratio: nā forma ſm eſſe qd̓ hꝫ in materia nō dr̄ ꝓprie ratio: nō ois autē forma intellectualis pōt

dici idea: ſed ſolum illa ad cuius ſimilitudinē ali=
quid eſt ꝓducibile. Unde Diony. v. cap. de di. no.
appellat ideas exemplaria ⁊ Seneca in quadā epi=
ſtola ad Luciliuꝫ dicit ꝙ idea eſt exēplar ad quod
artifex inſpiciens operaꝛ quicquid operaꝛ: exēplar
autē eſt ad cuius ſimilitudinē aliquid fit vel eſt fa/
cibile. Ex his ergo poſſum⁹ accipere ꝙ idea eſt for/
A. ma vel ratio ad cuius ſimilitudinē agens ꝑ artem
Arti. ii. poteſt aliquid ꝓducere. ¶ Ex hoc apparet ſcḋꝫ ſcꝫ
ꝙ idee ſunt in deo: ⁊ ꝓpriiſſime ſunt in eo: qḋ patꝫ
ſic. oē agens per intellectū hꝫ penes ſe rōnem rei ſi
ende quā cognoſcit. ⁊ iuxta quā exemplariter reꝫ
ꝓducit: ⁊ hoc pꝫ de ſe: ⁊ per dictuꝫ Ariſtotelis. vii.
metaphi. vbi dicit ꝙ ab arte fiunt quoꝝ ſpecies eſt
in anima: vt ſanitas in materia fit a ſanitate in ani
ma: ⁊ arca ſimiliter. Sed de⁹ ꝓducit res ꝑ intel=
lectum: ⁊ artē vt ꝓbatum fuit in ꝑcedenti di. ergo
deus hꝫ penes ſe rōnes rerū quas cognoſcit ⁊ iux=
ta quas res ꝓducit. Has autē vocamus ideas: ergo
B. ⁊c. ¶ Non ſolū aūt idee ſunt in deo: immo ꝓpriiſſi
me ſunt in eo. qḋ ſic patet: res enī habet eē quaſi ſex
modis. Uno mō in potentia materie. Alio modo
in cauſis ſuis agentib⁹: ⁊ naturalibus vnūquodqꝫ
eī preexiſtit aliqualiter i oībus cauſis ſuis ex qui=
bus vel a quibus educiꝛ paſſiue: vel actiue: Ter=
tio modo res hñt eſſe in ſeipſis cum iā ꝓducte ſunt
Quarto modo hñt eē in intellectu noſtro (anima
eī quodam mō eſt oīa.) Quinto modo habent
eſſe in intellectu motoꝝ orbium: qꝛ opus nature ē
opus intelligentie. Sexto modo hñt eſſe in intelle
C. ctu primi. Eſt eī deus ꝑ ſuum intellectū cauſa oīꝫ
entium: eſſe aūt qḋ hñt res in potentia materie nō
habet rōnem idee: qꝛ idea eſt quid actuale: dicitur
eī forma vel ſpecies: eſſe autē rei in potentia ma=
terie eſt pure quid potentiale: eſſe etiam rei in ſuis
cauſis naturalibus ⁊ agentibus non habet rōnem
idee: qꝛ idea dicit aliquid qḋ vt ſic pertinet ad intel
lectum. eſt eī ratio ſine qua nullus intelligiꝛ ſapi=
ens (ſm Aug.) eſſe aūt rei in ſuis cauſis naturali/
bus non eſt intellectuale (vt ſic) Item eē rei i ſeipā
non habet rōnem idee: qꝛ idea dicit aliquid facti=
uuꝫ: ſaltē per modū exēplaris: eſſe aūt rei in ſeipā
eſt aliquid factū magis ꝙ̄ factiuum ſaltē reſpectu
ſui non habet rōnem factiui nec idee: idea etiā di/
cit quid incōicabile ꝓpter qḋ rō rei in intellectu no
ſtro nō eſt idea: dicit etiā quid primū ⁊ ꝑncipale et
ſic forme rerū in mēte angelica nō ſunt ꝓprie idee.
Iſte autē due vltime ꝯditōes ſolum ſunt ꝯditōes
idee ſm ꝙ idea principaliſſime accipiꝛ ⁊ ſic ſolū vl
potiſſime idea eſt in deo: ratio enim cuiuſlibꝫ rei in
mēte diuina eſt qd actuale: intellectuale: factiuum
incōicabile: ⁊ primum ſeu principale. ¶ Has qꝫ
D. conditiōes tangit Aug. lib. lxxxiii. q. dicens ſic ipe
nāqꝫ principales quo ad quintā ꝯditionem: quedā
forme: quo ad primā: ⁊ rōnes rerum quo ad ſcḋaꝫ
ſtabiles atqꝫ incōmutabiles: quo ad quartā que ip
ſe formate nō ſunt ⁊ cum ipſe neqꝫ oriantꝛ: neqꝫ in=
tereant ſm eas tamē formari dr̄ oē quod oriri ⁊ in
E. terire poteſt. ⁊ oē quod oriꝛ ⁊ interit: ⁊ hoc eſt ꝗ̄tuꝫ
Arti. iii. ad tertiam cōditionem: ⁊ ſic pꝫ ſcḋm ꝓpoſitum ſcꝫ
ꝙ in deo ſunt idee propriiſſime. ¶ Quantum ad
tertiū ſcilicet qualiter ſe habeant idee ad intelle=
ctum diuinum aduertēdū eſt qḋ eſt ibi conſidera/
re quatuor. ſ. intellectū ⁊ rōem ſm quā intelligit: ⁊
actum intelligēdi: ⁊ rem intellectā: nec hoꝝ tria pri
ma vnqꝫ differūt in deo niſi ſm rōem: Quartum
autē quādoqꝫ differt ſm rē: ⁊ quādoqꝫ non. res eī intel
lecta primo et principaliter nō differt ab eis niſi ſꝫ
rōem. Primum eī ⁊ pricipale obiectum intellect⁹
diuini eſt ſua eſſentia: vt viſum fuit ſupra: ſed ob/
iectum ſecundariū qḋ eſt res creata differt realiter
ab aliis tribus inter hoc aūt ſolum obiectū pōt ha= F.
bere rōem idee. Qḋ pꝫ dupliciter: Primo qꝛ idea Rō. i.
eſt exēplar ad qḋ artifex inſpiciēs operaꝛ (vt patet
ex iam dictis) ſed illud ad quod intellect⁹ iſpicit ē
eius obiectum: ⁊ nullū aliud niſi vt induit rōnem
obiecti ſicut ⁊ i ſenſu illud ad quod viſus corporal
inſpicit eſt eius obiectum: nec quicqꝫ aliud niſi ca= G.
dat ſub modo obiecti: ergo ſolum obiectū itellect⁹ Rō. ii.
diuini habet rōnem idee. ¶ Secūdo pꝫ idem ſic.
idea licet non ſit in nobis eque principaliter reſpe=
ctu artificiatorum ſicut eſt in deo reſpectu oīm cre
atorum vel creabilium: eſt tamē aliqualiter: ſed in
nobis idea reſpectu artificiatoꝝ nō eſt intellectus
artificis nec ſuus actus intelligendi: qꝛ ad iſtoꝝ ſi
militudinē res artificiata nō ꝓduciꝛ: producitur autē
ad ſimilitudinē idee ſue: nec idea eſt ratio intelli=
gendi que ſic eſt rō intelligēdi ꝙ nō eſt intellecta:
ſicut eſt ſpecies ſm ponentes ipſas: qꝛ ad rōem in
telligendi ſic acceptam: ⁊ retentā nunqꝫ reſpicit itel
lectus artificis: reſtat ergo ꝙ idea in nobis ſit ſolū
obiectuꝫ intellectus noſtri. quare ⁊ i deo ꝑ portiona
biliter oportet dicere ꝙ idea non ſit intellectus di/
uinus nec actus intelligēdi: nec rō intelligēdi ⁊ nō
intellecta: ſed ſit ſolum obiectū intellect⁹ diuini qḋ
cōcedendū eſt. Sed hic eſt aduertendū ꝙ obiectū
intellectus diuini eſt duplex quoddā primū ⁊ princi=
pale quod eſt eſſentia diuina. Aliud aūt ſecūdariū
. ſ. res creabilis: vel creata: ⁊ iō inquirendū eſt qd
horum habeat rōnem idee an alteꝝ tm̄: an vtrūqꝫ
Uidetꝛ aūt prima facie ꝙ res creabilis et intellecta
a deo ſit idea ſui ipſius vt eſt ꝓducibilis in re extra
¶ Et hoc patet primo ex rōne idee ſic. idea eſt ra= H.
tio rei apud intellectum exiſtēs obiectiue ad cuius Rō. i.
imitationē aliquid eſt producibile: ſed creatura vt
intellecta a deo ſe habet ad ſeipſam vt eſt ꝓducibi
lis in re extra: vt ratio apud intellectū exiſtens ob
iectiue ad imitationem etiā rei vt eſt intellecta ꝓ=
ducit ipſa ꝓduciꝛ in re extra: ita ꝙ idem vt ꝓductū
imitaꝛ ſeipſum vt eſt intellectū ꝓduci: ſic eī et nō
aliter producitur res extra ſicut preintellecta fuit ꝓ
duci: ergo creatura vt a deo intellecta eſt idea ſui
ipſius vt eſt producibilis: vel ꝓducta: et eſt illud ſi
mile ei quod dictum eſt ſupra diſt. ix. cum quereretꝛ
de veritate: tūc enī dictum fuit ꝙ in hoc ꝯſiſtit veri
tas: ꝙ res vt intellecta conformaꝛ ſibiipſi: vt eſt in
natura: qꝛ veritas noſtri intellect⁹ aliquo mō cau=
ſatur a rebus: nunc vero dicitꝛ ꝙ res extra imitaꝛ
ſeipſam vt fuit vel eſt a deo intellecta: qꝛ eſſe reruꝫ
cauſaꝛ ab intelligere diuino: in hoc ergo eſt ſimili=
litudo ꝙ idē imitatur vtrobiqꝫ ſe ipſum aliter tamē I.
et aliter acceptum. ¶ Secundo pꝫ idē ſic arguen Rō. ii.
do vt prius ſicut in mente diuina ſunt idee oīm cre
atorū ſic i mente artificis ſunt idee artificiatorum
ſed idea in mente artificis eſt ipſamet res artificia
lis (vt preconcepta) ergo ⁊c. Minor declaraꝛ aucto/
ritate et rōne: auctoritas Ariſtoteł. vii. meta. pri⁹
allegata eſt ꝙ ſanitas in materia fit a ſanitate i ani
ma: ita ꝙ eadem ſanitas vt intellecta eſt idea ſuiip
ſius vt effecta. Ratio etiaꝫ eſt ad hoc qꝛ nihil eſt in
mente artificis ad cuius imitationē res exterius ꝓ
ducatur niſi ipſamet res vt eſt intellecta: ⁊ ſi quis

dicat ꝙ immo ꝙ artifex faciens arcam facit eã ad ſi
militudinem alterius arce quam vidit: ⁊ cuius con
ceptum penes ſe in mente retinuit; non valet quia
accidit ꝙ artifex cognitionẽ arce fiende acceperit
ex aliqua prius viſa. Si enim nunꝗ aliquã vidiſſet: ſꝫ
deus infunderet ei cognitionem arce faciende ad
huc ꝓduceret arcam per artẽ: ⁊ ita ideã: que tũc nõ
eſſet niſi ipſamet res vt intellecta: nunc etiã acci
piente artifice cognitionẽ arce fiende ex arca prius vi
ſa cognitio arce viſe nõ ſufficeret ad ꝓducendũ ꝑ
artem nouã arcã: niſi formaret de arca fienda no
uus conceptus: conceptus aũt de arca fienda (ſi eẽt)
ſufficeret abſꝗ conceptu de arca prius viſa: ergo ma
gis habet rationem idee in nobis res fienda (vt pri
us concepta) ꝗ quecũꝗ res alia. Tertio quia idea nõ
ponit niſi reſpectu effectus ꝓduci ꝑ artem: ſeu per
agens per intellectum: ſed agẽs per intellectũ non
differt ab agente naturali: niſi quia precognoſcit quod
ꝓducit: illud aũt ꝓducit quod non ꝑcognoſcit: ergo idea
non eſt aliud ꝗ res ꝑcognita: ſic ergo patet ꝙ res
creabilis vt a deo intellecta habet rationẽ idee re
ſpectu ſuiipſius vt effecta: nec dubiũ ꝙ hoc modo
loquunt philoſophi de ideis: licet nomẽ idee pau
ci exprimãt. Hoc ẽt mõ loquit de ideis Seneca in
loco prius allegato: ⁊ Aug. lxxxiii. q. xlvi. queſtiõe
qui videt nõ differre a Platone in ponẽdo ideas:
niſi ꝙ Plato poſuit eas per ſe exiſtentes (vt Ari
ſto. imponit ei) Aug. vero ponit eas in mente di
uina: ſed conſtat ꝙ Plato dicit ideas eſſe quiddi
K. tates rerum quare ⁊c. ¶ Sed contra hoc arguitur
Inſtat .i. dupliciter. Primo quia creatura cognita non eſt eter
na: ſed idee ſm Augu. ſunt eterne: ergo res cognita
L. non eſt idea. Si dicat ꝙ res creata ſm eſſe cognitũ
Euaſio eſt eterna: ⁊ ſic eſt idea. ¶ Contra, quia quero quid
Inſtantia intelligis per eſſe cognitum creature: quia aut intelli
gis per eſſe cognitũ cognitionẽ dei de creatura: et
tunc ſequit ꝙ creatura non eſt eterna: ſed cognitio
dei de ea: aut intelligis per eſſe cognitũ eſſe crea
ture quod deus nouit ⁊ tale eſſe nõ eſt eternum: quia nul
lum eſſe reale extra deũ eſt eternum. aut intelligis
per eſſe cognitũ habitudinẽ rõnis que eſt inter cre
aturam cognitam ⁊ deũ cognoſcentẽ: ⁊ iſta habitu
do nõ eſt creatura cognita: quia creatura nõ dicit ha
bitudinẽ rõnis nec etiaꝫ talis habitudo poteſt eſſe
idea: ⁊ ideo non poteſt dici ꝙ aliquid ex parte crea
M ture ſit eternum: quod poſſit dici idea. ¶ Secũdo ſic
Inſtã .ii. ſm beatũ Auguſtinũ idea eſt principium ꝓducen
N. di creaturam: ſed creatura cognita vel nõ cognita
Ad in .i. non eſt pricipiũ ꝓducendi ſeipſam: ergo ⁊c. ¶ Ad
primũ argumentũ dicendũ eſt ꝙ licꝫ res ſm eſſe ꝓ
prii gñis nõ ſint eterne: tamẽ ſũt eterne ſm eſſe co
gnitũ a deo: nec per illud eſſe cognitũ intelligo co
gnitionẽ dei: nec eſſe creature ſm ꝓpriũ genus: quia
illud (vt ſic) nõ eſt eternũ: ſed habitudinem cogni
tionis diuine ad creaturam cognitã ſm quã habi
tudinem ipſa dicit eſſe ab eterno in mente diuina
obiectiue a deo cognita: ⁊ hec habitudo nõ eſt res: ſꝫ
ratio: nec neceſſe eſt ſemꝑ ideã eſſe rem: ſed ſuffi
cit ꝙ ſit ratio rei apud intellectũ artificis ſicut ſani
tas in anima eſt idea ſanitatis in re extra: ⁊ domus
in mente artificis eſt idea domus materialis que fit
extra per artificẽ. ¶ Ad ſecũdũ dicendũ eſt ꝙ Au
O. guſtinus nõ dicit ꝙ idee ſint cauſa vel principiũ ꝓdu
Ad in .ii. cendi creaturas: ſed dicit ꝙ idee ſunt rõnes rex ſꝫ
quam dicit oriri ⁊ interire oẽ quod orit ⁊ interit: et
talis ratio poteſt eſſe ⁊ eſt creatura vt a deo preco
gnita quia talẽ creaturã ꝓducit deus qualem pre
concepit ꝓducere: verum eſt ꝙ idea quandoꝗ eſt
principiũ ſeu cauſa ſaltem remota rei ꝓducte in ar
tifice. qui cognitionẽ rei fiende ſumit ex alia re ſi
mili fiende rei: ⁊ ad cuius ſimilitudinem rẽ fiẽdã
ꝓducit: quia ſi talis res eſt cauſa cognitiõis artificis:
per ꝯñs ipſa eſt cauſa rei ꝓducte per cognitionem.
nam quicqd eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati. Sed
vbi artifex non acciperet cognitionem rei fiẽde ex
alia re: aut ſi ex alia re talem cognitionẽ acciperet
non tamen rõne ſimilitudinis ſeu exemplaritatis
idea non eſſet cauſa rei ꝓducte: quia in tali caſu idea
non poteſt proprie dici niſi ratio rei fiende apud in
tellectum artificis: quia nihil aliud habet ibi rõnem
ſimilitudinis: ſeu exemplaritatis ¶ De eſſentia aũt P.
diuina que eſt primũ ⁊ principale obiectũ intellectus
diuini vtrũ habeãt rationẽ idee reſpectu creaturarum
eſt intelligendũ ꝙ ſicut dictũ fuit prius quedã ſunt
perfectiões ꝯmunes deo et creaturis: vt eſſe: vi
uere: cognoſcere: quedã ſunt ſolum in deo vt eſſe
oĩpotentẽ: infinitum: ⁊ huiuſmõi: nec fiat vis mo
do vtrũ dicãt perfectiões an non: quia certum eſt ꝙ
ſunt quedã diuine ꝯditiões et hoc ſufficit ꝓ nunc:
alia ſunt que ſolũ inueniunt in creaturis vt illa que
dicunt per oppoſitũ ad ꝑdicta: vt eſſe finitum: cre
atum: ⁊ huiuſmõi: et preter hec oĩa que dicunt qd
ditates rerum creatarum: vel perfectiões earum
eo modo quo eis cõueniũt: vt leo: bos: ⁊ huiuſmõi
que dicunt quidditates rerũ: vt ſentire: vel ratioci
nari que dicunt ꝑfectionẽ modo quo ꝯueniũt creatu
ris. ¶ Si ergo conſideret eſſentia diuina: ⁊ crea
tura ꝗtum ad cõditiões que hinc ⁊ inde dicunt ꝑ Q
oppoſitum: ſic eſſentia diuina non poteſt habere
rõnem idee: nec creatura rõnem ideati: cuius ra
tio eſt: quia illa que non poſſunt ſe habere ſicut imita
tabile ⁊ imitatiuum non poſſunt ſe hẽre ſicut idea
et ideatum: ſed eſſentia diuina et creatura conſide
rate ꝗtum ad ꝯditiões in quibus ſibi opponunt (vt
ſunt finitum: ⁊ infinitũ. creatũ) ⁊ increatũ: nõ poſ
ſunt ſe hẽre ſicut imitabile ⁊ imitatiuum: ergo non
poſſunt ſe hẽre vt idea ⁊ ideatũ. ¶ Utraꝗ ꝓpoſitio R.
patet ex rõnibus terminorum quia cauſa ꝑdicati idu
ditur in ſubiecto. Si aũt ꝯſiderent deus ⁊ creatu
ra ꝗtum ad perfectiões eis ꝯmunes vt ſunt eſſe:
viuere: ⁊ cognoſcere: intellectus: ⁊ voluntas: ſic in
diuina eſſentia bene inuenit ratio imitabilis: et in
creatura ratio imitatiui: oĩa enim que ſunt imitantur
eſſentiam diuinam quo ad eſſe: ⁊ oĩa viuentia quo
ad viuere et omnia cognoſcentia quo ad cogno
ſcere: et oĩa intellectiua quo ad intelligere: ⁊ velle.
⁊ hoc mõ eſſentia habet rõnem idee reſpectu crea
turarum ⁊ creature habẽt rõnem ideatorũ: vel ide
abilium ⁊ ſm hunc ſenſum dr Geñ. i. Faciamus ho
minem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã. Uerun
tamẽ hoc eſt imperfecte: quia vbi nõ eſt perfecta ra
tio imitatiõis non eſt ꝑfecta ratio idee: ⁊ ideabilis:
ſed hic non eſt perfecta ratio imitationis: ergo ⁊c.
Maior patet quia idea ⁊ ideatũ dicunt imitabile et
imitatiuum. propter quod vbi non eſt ꝑfecta imitatio
non eſt ꝑfecta ratio idee ⁊ ideati. minor ꝓbatur quia
imitatio dei a creatura ꝗtum ad quaſcunꝗ perfe
ctiões deo et creature cõmunes nõ ẽ ſm identitatẽ
ſpeciei: ⁊ tamẽ dr eſſe quedã imitatio dei a creatu
ris quo ad hoc: per oppoſitum ad illa q̃ ſic conueni
ant deo ꝙ nõ creatis: vel ſic creaturis ꝙ non deo
in quibus nulla eſt oĩno imitatio quin potius op

poſitio eſt ⁊ imitatio ẜm ꝓportionem: qꝛ qualē or
dinem realē habēt tales ꝑfectiōes in rebꝰ creatis:
qꝛ communiores ſunt priores eo ꝙ inueniunt̃ ſine
aliis: talē habēt in deo ẜm rōnē: vt eſſe prius ẜm
rōnem ꝗ̄ viuere: ⁊ viuere ꝗ̄ cognoſcere: ⁊ ſic de a-
liis. Imperfecte ḡ imitant̃ res create diuinā eſſen
tiam: etiā quo ad ꝑfectiōes hinc inde cōes: ⁊ iō nō
eſt inter ipſas ꝑfecta rō idee ⁊ ideati: ſicut eſt inter
A. rem intellectā ⁊ ſeipſā in effectam. ¶ De quiddita
te autē reꝝ quo ad ſuas rōnes ſpecificas: ⁊ perfe-
ctionibus eaꝝ ſub modo quo eis cōueniūt quo mō
poſſint habere diuinā eſſentiā ꝓ idea difficile ē vi
dere: immo nō videt̃ poſſibile: qꝛ illa ẜm que vna
res eſt idea. Uel exemplar alteriꝰ: ⁊ alia eſt eiꝰ ide
atum ſeu exemplatum ſunt in vtraqꝫ re formaliter
⁊ ꝓprie et ẜm aliquā ſimilitudinē: ſed quidditates
rerū ẜm ſuas rōnes ſpecificas: ⁊ ꝑfectiones earuꝫ
ẜm modū ſpecificum quo eis cōueniūt nō ſūt ī deo
formaliter ⁊ ꝓprie: ſed ſolum metaphorice: nec ali
quid formaliter in deo exñs correſpōdet eis ẜm ſi
militudinē: ergo res create ꝗ̄tum ad ſuas quiddi
tates ẜm rōnem eaꝝ ſpecificam: ⁊ ꝗ̄tū ad ſuas ꝓ-
prietates ſpecificas: ẜm modū quo eis cōueniunt
nō hñt eſſentiā diuinā ꝓ idea: maior pꝫ: qꝛ cū idea
tum et exemplatū ſit imitatiuum idee et exēplaris
(ad ſimilitudinē eñi idee ⁊ exēplaris ꝓducit̃ idea-
tum) oꝫ in vtroqꝫ eſſe aliquid formaliter ẜm qḋ at-
tendit̃ in vtroqꝫ ſimilitudo ⁊ imitatio vniꝰ ab alte-
ro. minor de ſe patet: qꝛ quidditas leonis ⁊ bouis:
⁊ huiuſmōi necnō ſentire: guſtare: odorare: ⁊ hu-
iuſmōi nō cōueniunt deo formaliter: nec ꝓprie: ſꝫ
ſolum metaphorice: quare ⁊c. ¶ Sed cōtra p̄dicta
B. poteſt ſic opponi quecūqꝫ ſunt penitus idē rei crea
Cōtra p̄dicta ar. ture ſi vnū habet eſſentiā diuinā ꝓ idea: videt̃ ꝙ re
liquum ſimiliter hēat. Uel ſi vnū nō habet: nec reli
quum: ſed ꝑfectiōes deo ⁊ creature cōes: ⁊ quiddi
tates reꝝ: necnon ⁊ ꝑfectiōes eaꝝ ſumpte ſub mo
do quo eis cōueniūt ſunt in creatura penitꝰ idē re
ergo ſi creatura habet eſſentiam diuinā ꝓ idea ꝗ̄
tum ad perfectiōes vtrobiqꝫ cōes videt̃ ꝙ ſimiliter
habeat eā pro idea ꝗ̄tum ad ſuā quidditatem ⁊ ꝑ
fectionē ſumptā ſub modo quo creature cōueniūt:
vel ſi hoc mō nō habet: videt̃ ꝙ nec illo mō qḋ ē cō
tra ea que dicta ſunt. Maior videt̃ manifeſta. Mi-
nor declarat̃: qꝛ ꝯſtat ꝙ cognoſcere et ſentire ſunt
penitus idē in bruto: Brutū eñi nullū aliud cogno
ſcere habet preter ſentire: eſſe etiā viuū eſt penitꝰ
idem cū eſſe ſenſitiuo: vel vegetatiuo in bruto: eſ
ſentia etiā bruti vt ens viuēs: ⁊ cognoſcens nō eſt
aliud realiter in ipſo ꝗ̄ ſua quidditas ſpecifica: ḡ
pꝫ ꝙ ꝑfectiōes deo ⁊ creaturis cōes vt cognoſcere
⁊ diſcernere ſunt in creatura (puta in bruto) penitꝰ
idem re cum ſentire qḋ dicit ꝑfectionē cuꝫ mō quo
creature cōueniūt: ⁊ eſſe ens viuēs: ⁊ cognoſcens
ẜm qḋ deus ⁊ creatura dicunt̃ cōuenire eſt in vno
C. quoqꝫ creato penitꝰ idē re qḋ ſua quidditas ſpeci-
Sop.ra. fica: ⁊ hec fuit minor. ſequit̃ ergo cōcluſio ⁊c. ¶ Et
dicendū ad hoc ꝙ loquendo de vtraqꝫ natura crea
ta: et diuina vt eſt quedā res in ſe non magis imi-
tat̃ creatura diuinā eſſentiā ẜm vnū eoꝝ que dicta
ſunt ꝗ̄ ẜm alteꝝ: vt ſatis efficaciter ꝓbat rō addu
cta: qꝛ tñ intellectꝰ ea q̄ ſunt vnuꝫ re (ſicut ſuperiꝰ
⁊ inferiꝰ) ſeparare poteſt intelligendo ſuperiꝰ ſine
inferiore: cōtractio aūt ſuperioris ꝑ inferius ē qñ-
qꝫ per aliquid qḋ imperfectionē includit q̄ non iclu
ditur in ſuperiore: ſicut cōtrahit̃ cognoſcere ꝑ ſen

tire. iō ẜm modū intelligendi dicimꝰ ꝙ creatura ꝗ̄
tum ad id qḋ cōius eſt nec includit imperfectionē
imitatur diuinā eſſentiā: nō aūt ẜm id quod ē ſpe
cialius et includit īꝑfectionē ꝗ̄uis ī re ẜm ſe nō ſit
differentia. Et ex hoc habet̃ alia ratio quare hic nō
eſt perfecta rō idee ⁊ ideati: qꝛ imitatio idee ꝑ idea D.
tum debet eſſe ex natura ideati: vt eſt in re extra:
et nō ſolum vt eſt in anima: quia ideatum dicitur
aliquid ꝓductum ad ſimilitudinē idee: productio
autē cōuenit rei ẜm eſſe in re extra: cū ḡ creat̃a ẜm
eſſe ſuum ſpecificū in re extra nō imitet̃ eſſentiā di
uinam: ſed ſolum ẜm quandā vniuerſalē abſtra-
ctionem ſuaꝝ ꝑfectionū factā ab anima patꝫ ꝙ hic
non eſt ꝑfecta rō idee ⁊ ideati. ¶ Ex hoc eñi appa E.
ret quoddā qḋ dictū fuit de p̄cedēte (ſcꝫ) ꝙ eſſentia
diuina nō eſt repreſentatiua rerū creataꝝ ꝑ hoc ꝙ
cōtinet eas: ſicut ſenarius ꝯtinet numeros ſub ſe
cōtentos. Et iſtud tunc fuit declaratū: nec ꝑ hoc ꝙ
rōnes rerum creataꝝ reluceāt in eſſentia diuina:
ſicut imagines in ſpeculo: qꝛ nihil tale eſt in eſſen-
tia diuina niſi ipſamet dicat̃ imago vel exemplar
rerū: quod dici nō poteſt: vt pꝫ ex his que ſtatim di
cta ſunt: qꝛ inter imaginē vel exēplar ex parte vna
et rem cuiꝰ eſt imago ex alia: oꝫ eſſe aliquā ſimili-
tudinē ẜm aliquid exñs formaliter in vtroqꝫ vt de-
claratum eſt: ſed iter eſſentiā diuinā ⁊ res creatas
nō eſt talis ſimilitudo. qꝛ nihil ẜm rem eſt in crea-
tura q̄d imitet̃ eſſentiā diuinā: nec in eſſentia di
uina eſt formaliter aliquid correſpōdēs exemplarit̃
q̄dditati reꝝ: vel cuicūqꝫ perfectiōi exñti in re crea
ta accepta ẜm ſuum eſſe reale: licet ẜm intellectuꝫ
noſtruꝫ poſſimus abſtrahere ſuperiꝰ ab inferiori:
(vt cognoſcere ⁊ ſentire) ⁊ ꝑfectiōi creature ſic ab-
ſtracte correſpondet aliq̄d in deo formaliter exñs.
Sed ẜm hoc eſſentia diuina nō poteſt eſſe repre-
ſentatiua rei vt cognoſcat̃: qꝛ ſupponit rē vtiā cogni
taꝫ: q̄re pꝫ ꝙ eſſentia diuina nullo mō eſt repreſen
tatiua reꝝ creataꝝ apud intellectū diuinū: niſi ẜm
ꝙ eſt cauſa continens in ſe virtualiter quicquid ē F.
in creaturis. ¶ Ad primum argumētuꝫ cū dicit̃ ꝙ Ad p̄im
ſi ſunt ponende hoc erit vt ſint p̄ncipiū cognoſcēdi p̄ncipale.
vel faciendi. dicendū ꝙ idee nō ponunt̃ in deo vt
ſint principiuꝫ cognoſcēdi: qꝛ idea vel eſt ipſamet
res cognita que eſt exēplar ſuiipſius vt fienda: et
tunc non eſt principiū cognoſcendi: ſed ipſum co-
gnitum nō p̄ncipale: ſed ſecundariū: vel eſt eſſen
tia diuina vt imitabilis a creatura: ſed vt ſtatī di-
ctum eſt: eſſentia diuina vel non eſt exēplar imita
bile a creatura: vel illa imitabilitas ſupponit rem
eſſe cognitam ⁊ ita nō eſt principiū cognoſcendi eā
nec ponuntur vt principiū ꝓducendi niſi ꝑ modū
exēplaris: ad quod artifex inſpiciens operatur: et
ad hoc ſufficit ꝙ ſint aliquid cognitū ad cuiꝰ ſimi-
litudinē aliud ꝓducat̃: nec requirit̃ ad hoc per ſe ꝙ
ſint principiū cognoſcendi: vt ſi eſſent principium
hoc accideret: ſi tamē conſideret̃ ꝙ idee ponunt̃ vt
ſint principiū cognoſcendi: ⁊ per conſequens agē-
di argumentū nō cogeret: ꝙ licet deꝰ per eſſentiā
ſuā cognoſcat ſe: et alia: tamē eſſentia ſua eſt exē-
plar alioꝝ: ⁊ ob hoc idea: non autē ſuiipſiꝰ: ꝓpter G.
quod ſe nō cognoſcit per ideā: ſed tm̄ alia. ¶ Ad Ad ſcd̄m
ſecundū dicendū ꝙ argumentū nō eſt ad ꝓpoſitū
qꝛ deus nō cognoſcit per eſſentias reꝝ: cū ille non
ſint ab eterno: tamen ab eterno ſunt cognite: neqꝫ
cognoſcit eas per ſimilitudines ſibi impreſſas: neqꝫ
ꝑ eſſentiam ꝓpriā vt eſt ſimilitudo: vel exemplar

earũ vt ꝓbatũ ē: ſed vt eſt cauſa eaꝝ: ⁊ hoc mõ cognoſcit perfectiſſime multo amplius ꝙ ſi cognoſceret res eas per eſſentias ſuas vel per ſimilitudines ab eis impreſſas: quia tunc eſſet intellectus dependens a rebus ⁊ ꝑ ꝯñs imꝑfectus ⁊ imꝑfecte itelligēs idõ ⁊c.

## Vtrũ in deo ſit pluralitas idearũ Queſtio. IIII.

N. Que. iiii. Arg. i. DEinde queritur. vtrũ in deo ſit pluralitas idearũ. Et videt̃ ꝙ non: quia ſicut idea relatiue dicit̃ ad ideatũ ſic ſciẽtia dicit̃ relatiue ad ſcibile: ſed ſcientia dei eſt tm̃ vna (ꝙuis ſint plura ſcita) ergo ſimiliter in deo eſt vna idea tm̃: ꝙuis ſint plura ideata vel

Scdo ideabilia. ¶ Item ſi eſt in deo pluralitas idearũ: aut hoc erit ex pte eẽntie diuine: vel ex parte creaturarum: nõ ex parte eſſentie diuine: quia illa ſm ſe ē ſũme vna: nec ex parte creaturaꝝ: quia ſi ꝓpter reſpectum ad creaturas ſunt plures idee: quia ſunt pluriũ rerum eodẽ mõ deberent dici inequales idee: quia ſunt inequaliũ reꝝ: ſed iſtud nõ dicim⁹: ergo nec

In op. illud dicere debemus. ¶ In cõtrariũ eſt Auguſt. lib. lxxxiii. q. vbi loquit̃ de ideis pluraliter: ⁊ dicit expreſſe ꝙ alia rõne cõditus equus: ⁊ alia cõditus eſt homo. Et Diony. ſimiliter. v. capi. de di. no. loquit̃

I. Rñſio de eis pluraliter vocans eas exemplaria: ⁊ rões determinatiuas reꝝ: ⁊ factiuas. ¶ Circa queſtionem iſtam duo videda ſunt. Primum eſt vtrũ ſint plures idee in deo. Secundũ eſt vtrũ idee pertineant ad cognitionẽ ſpeculatiuam: an practicam.

K. Arti. i. ¶ Quantũ ad primũ ſciendum eſt ꝙ ſicut patet ex precedente queſtiõe: idea poteſt dici res creabilis vt intellecta que eſt imitabilis a ſe ipſa: vt effecta: vel eſſentia diuia vt eſt imitabilis aliqualiter a creatura. Si primo mõ vocet̃ idea cõſtat ꝙ in deo ſũt plures idee: quia plures res creabiles ſunt a deo ab eterno intellecte: ⁊ ita ſunt in deo obiectiue ſꝫ quẽ modũ idee pertinẽt ad intellectũ: ſi aũt idea accipiatur ſecundo modo. ſ. pro eſſentia diuina vt eſt imitabilis a creatura ſic dicendũ eſt ꝙ ꝓprie loquẽdo in deo eſt ſolũ vna idea: plures tamẽ rões ideales. quod pꝫ ſic: plures reſpectus rõis circa aliquã rem non ponũt niſi pluralitatẽ rõnum: ſed plures reſpectus imitabilitatis eſſentie diuine a creaturis ſunt ſolum reſpect⁹ rõis: ergo nõ ponũt circa eſſẽtiam diuinam niſi pluralitatẽ rõnum: Sed idea vt nunc ſumit̃ dicit rem: quia dicit formã que eſt imitabilis: ⁊ hec eſt vna res (. ſ. eſſentia diuina) reſpect⁹ aũt imitabilitatis qui ſunt reſpectus rõnis ſunt plures ergo eſt vna tm̃ idea. plures tamẽ rões ideales ꝙ autẽ ſint plꝛes reſpect⁹ imitabilitatis vni⁹ eẽntie diuie pꝫ ex ſupradictis: quia ꝗt ſũt pfectiões deo et creaturis cõmunes: vt eſſe: viuere: ⁊ cognoſcere: ⁊ huiuſmõi tot ſunt imitabilitates dei a creaturis.

L. Arti. ii ¶ Quantũ ad ſecundũ dicendũ eſt ꝙ idee per ſe: ⁊ ſimpliciter pertinent ad rõem: vel cognitionẽ practicam: ſm quid aũt ſolum ad rõnẽ ſpeculatiuã: cuius ratio eſt: quia ſicut eſt in habitibus ſic ſuo mõ eſt in actibus: Sed in habitib⁹ ſic eſt ꝙ ſciẽtia dicit̃ ſimpliciter practica: vel ſpeculatiua ex natura ſcibilis nõ autẽ ex intentione ſcientis: vel vtentis niſi ſm quid: ergo ſimiliter eſt circa cõſiderationẽ actualẽ ipſius dei ꝙ diceret̃ ſimpliciter ſpeculatiua: vel practica ex natura cogniti. ſm quid autẽ ex intentiõe ſcientis vel conſiderantis: Sed conſideratio qua deus cõſiderat ideas per ſe: eſt de regulis operabilium a deo: quia idea eſt exemplar ad quod inſpiciens artifex operatur (vt ſepe dictum eſt) ergo talis conſideratio eſt per ſe: et ſimpliciter practica: ſm quid aũt ſpeculatiua inquantum deus conſiderat ideas aliquorum operabilium que nõ intendit operari ſeu ꝓducere vel quia iã ſũt ꝓducta: vel quia ex bñplacito ſuo nõ vult ꝓducere ea. Unde cognitio ſpeculatiua quã de⁹ habet de rebus qualis eſt illa qua cognoſcit de rebus intentões logicas (vt hominẽ eẽ ſpeciem: vel animal eſſe gen⁹:) quia ſm iſtas ꝓprietates res nõ ſunt factibiles: non ꝑtinet ad ideas.

M. Ad pri. principa. ¶ Ad primũ argumentũ dicẽdũ eſt ꝙ nõ ꝓprie dr̃ ꝙ ſint plures idee accipiendo ideã ꝓ eſſentia diuina vt eſt imitabilis a creatura: ſed ſolũ ꝙ ſint plꝛes rõnes ideales: ſi tamẽ diceret̃ min⁹ improprie diceret̃ ꝙ ſi diceret̃ eſſe multe ſcientie: quia ſcientia vt ſciẽtia nõ ſe habet obiectiue ad intellectũ ſicut idea vnitas autẽ vel pluralitas rõnum ſemꝑ format̃ ab intellectu circa rem obiectiue intellectã: ⁊ idõ rõnes formate per intellectũ circa ideã ſortiri poſſint rõnem idee que cum ſint plures poſſunt dici eſſe plures idee: Sed circa ſcientiaꝫ que vt ſic habet ſe habet ad intellectũ ſoluꝫ ſubiectiue ⁊ nõ obiectiue nõ

N. Alia (…) format̃ plꝛes rões que format̃ nomẽ ſciẽtie. Uel aliter ꝙ vnitas ſcientie eſt ex principali obiecto: et quia illud eſt vnũ tm̃ reſpectu diuine ſciẽtie. ſ. ſua eſſẽtia licet ſecundaria obiecta ſint multa: idõ diuina ſcientia eſt tm̃ vna: ſed idea dicit formã cũ reſpectu imitabilitatis: et quia non eſt aliquid vnũ principale imitatiuum rõe cuius alia dicantur imitatiua: ſed ſunt plura quoꝝ vnũ imitando nõ dependet ab altero: idõ poſſunt dici plures idee: nõ autẽ plures ſcientie: ſed primũ melius eſt ꝓpter ea que dicta ſunt prius diſt. xxxv. Si aũt idea dicat̃ res intellecta vt eſt imitabilis a ſe ipſa vt effecta ſic nulluꝫ argumẽtum eſt. ꝙ ſi in deo nõ ſint plures ſciẽtie ꝙ non ſint plures idee: ſicut nullũ eſſet argumentũ ſi diceret̃ in deo non ſunt plures ſcientie: ergo nõ ſunt plꝛes res ſcite. Idea enĩ hoc mõ ſumpta eſt ipſamet res

O. Ad (…) ſcita. ¶ Ad ſecundum argumentũ dicendũ ꝙ nõ eſt incõueniens ideas eſſe inequales: ſi enĩ idee vocentur ipſe res intellecte ſic conſtat ꝙ ſunt inequales ſm inequalitatẽ reꝝ intellectaruꝫ: ſi vero idea vocet̃ eſſentia diuina vt imitabilis a creatura ſic ẽt ſunt inequales: quia inequales ſunt ſm moduꝫ nr̃m intelligendi ꝑfectiões ille in quib⁹ diuina eſſentia imitat̃ a creatura. perfecti⁹ enĩ eſt intelligere: ꝙ viuere: quia vnũ includit aliud ⁊ nõ ecõuerſo: nec ꝓpt hoc ponit̃ in deo aliqua inequalitas ſubiectiue ⁊ ſꝫ rẽm ſꝫ tm̃ obiectiue ⁊ ſm rõneꝫ qđ nõ ē incõueniẽs.

## Sententia huius diſtinctionis in generali et ſpeciali. Diſtinctio. XXXVII.

P. Se(…) Inp(…) ET quoniã demonſtratũ eſt. Superius magiſter oſtendit quo modo res dicant̃ eſſe in deo. Hic oñdit quo mõ deus eſt in rebus: Et diuidit̃ iſta pars in duas. Primo oſtẽdit quo mõ deus habet eſſe in rebus. Secũdo oſtẽdit ꝙ ſm illũ modũ eſſendi nulla ponitur in deo imꝑfectio ſicut ponit̃ in creaturis eo ꝙ ſunt in loco. Secũda ibi. Cũqꝫ diuina. Itẽ prima in tres. Primo ponit modos quibus deus dicit̃ eſſe in reb⁹. Secũdo cõfirmat hoc ꝑ auctori=

C. Ad ſcðm. Ad ſcðm dicendũ ꝙ deus ſcit oĩa ab eterno quantũ ad quidditates ꝛ cõpoſitiones et diuiſiones rerũ poſſibiles: et hoc ſcit neceſſario: vt ſupra ꝓbatũ eſt. ſcit etiã ab eterno oẽs res que future ſũt in tpe: ſꝫ iſtas neſcit neceſſario: immo abſolute loquẽdo potuit ab eterno neſcire: ſuppoſito tamen ꝙ ſciuerit impoſſibile eſt eũ talia neſcire: et ſic ꝓcedit argumentũ in ſenſu cõpoſito: nõ autẽ in diuiſo.

D. Ad pri. alte. opi. Ad primũ argumentũ alterius partis qð videtꝛ ꝓbare ꝙ etiã ſm ſenſum cõpoſitũ deus põt ſcire qð neſcit: qꝛ neſcit antichriſtũ natum poſtea tamen hoc ſciet. Dicendũ ꝙ deus ab eterno ſcit antichriſtũ naſciturũ ꝓ tali tẽpore: et naſci pro tali: et natũ ꝓ aliquo. Qð aũt hec ꝓpoſitio deꝰ ſcit antichriſtũ natũ nõ verificetꝛ nunc: ſed potius ſua cõtradictoria: ſcꝫ deus neſcit antichriſtũ natũ: non eſt ꝓpter principalẽ cõpoſitionẽ verbi cũ ſubiecto: ſed ꝓpter tẽpus cõnotatũ in materia verbi: hoc em̃ qð eſt natũ includit tẽpus p̄teritũ circa natiuitatem antichriſti q̃ incluſio eſt falſa ꝓ nunc: qꝛ nunc non eſt p̄terita: et ideo hec deus ſcit antichriſtũ natũ dicitꝛ eſſe falſa: nõ qꝛ deꝰ neſciat natiuitatẽ antichriſti p̄teritã ꝓ tẽpore pro quo erit p̄terita: ſed qꝛ implicatur falſe nunc eſſe p̄teritam: et ideo nihil ſciet deus poſtea qð modo neſciat nec econuerſo: licet ꝓpoſitiones de ſciẽtia dei quedã verificentꝛ modo: ꝛ q̃dã poſtea: nõ ꝓpter variationẽ ſcientie dei: ſed ꝓpter variã implicationẽ temporũ circa materiã verbi.

E. Ad ſcðm. Ad aliud patet ſolutio. Minor em̃ eſt vera loquendo de potẽtia abſoluta ſm quã accipitꝛ ſenſus diuiſus in quo p̄dicte ꝓpoſitiones cõceduntꝛ: ſed nõ eſt vera ſuppoſita maiore: ſcꝫ ꝙ deus ſciat ſe aliquid operaturũ: hac em̃ ſuppoſitione ſtãte deus nõ põt nõ operari qð operaturus eſt: nec ſcire ſe operaturum qð neſcit ſe operaturũ: ꝛ ſic accipitꝛ ſenſus cõpoſitus.

## Queſtio Secunda.

### Utrum deus cognoſcat infinita.

F. Queſt. ij. Arg. primo. SEcundo q̃ritur vtrũ deus cognoſcat infinita. Et videtꝛ ꝙ nõ: qꝛ ſicut ſciẽtia nr̃a mẽſuratꝛ a rebꝰ: ita ſciẽtia dei eſt mẽſura rerũ: ſꝫ ꝯtra rõnẽ infiniti ẽ eẽ mẽſuratũ: g̃ cõtra rationẽ infiniti eſt eſſe ſcitum a deo.

Argumẽ. ij. Item quicqd ſcitur ſciẽtia cõprehẽditꝛ vt dicitur. xij. de ciui. dei: ſed infinitũ nõ põt cõprehẽdi: qꝛ eius ſemp eſt aliquid extra: vt dicitꝛ. iij. phiſicoꝝ quare ꝛc.

In oppo. ¶ Sed cõtra: plus ſe extendit diuina ſciẽtia q̃ potẽtia (ſcit em̃ mala q̃ tamẽ nõ põt) ſꝫ potentia dei ſe extendit ad infinita: g̃ fortiori ratione ſcientia.

G. Reſpõſio ad q̃ſtio. ¶ Reſponſio. Circa q̃ſtionẽ iſtã duo ſunt facienda per ordinẽ. Quia primo diſtinguetꝛ de infinito. Scðo ſoluetꝛ q̃ſtio ponẽdo duas opiniones ꝛ eligendo ꝓbabiliorẽ.

H. Primus articulus. Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ infinitũ dicitꝛ per priuationẽ finis. Finis aũt dicitꝛ dupliciter. Uno modo dicitꝛ finis vltimũ ſm quantitatẽ intra quod eſt tota rei quãtitas et extra nihil. Alio mõ dicitꝛ finis generalius illud ſcꝫ qð includit totã rei eſſentiã: ita ꝙ nihil eiꝰ eſt extra: et ſic diffinitio dicitꝛ terminus ſeu finis a philoſopho. vj. metaphiſice: et ſm hoc infinitũ dicitꝛ dupliciter ſm ſubſtantiã ꝛ ſm quãtitatẽ.

I. De p̄mo infinito ſoluta eſt q̃ſtio ſupra diſt. xxxv. vbi oſtenſum eſt ꝙ deꝰ perfecte ꝛ cõprehẽſiue cognoſcit eſſentiã ſuã q̃ eſt infinita: et ideo de hoc nihil plus ad p̄ſens.

K. Infinitũ autẽ ſm quantitatem eſt duplex: videlicet ſm magnitudinẽ ꝛ ſm multitudinem ſicut eſt duplex quãtitas cõtinua ꝛ diſcreta. Et vtrũqꝫ horũ põt ſumi vel ſm actũ ſimpliciter: vel ſm actũ permixtum potentie: ad hos autẽ modos reducuntꝛ oẽs modi infiniti ꝓprie accepti.

L. Infinitũ autẽ diuiſione vel

appoſitione ꝑtꝫ de ipſis loquitur philoſophus tertio phiſicoꝝ reducit ad infinitū ſm̄ multitudinē: nā cōtinuū qđ diuidit in infinitū eſt quoddā quantum actu finitū: ſed ꝓ tāto dicit infinitū diuiſione: quia ſuſceptibile eſt infinitarū diuiſionū ſm̄ numeꝝ vel multitudinē ſm̄ qđ cōtinet infinitas ptes numero vel multitudine: partes dico nō eiuſdē quātitatis ſed eiuſdē ꝓportionis: ſimiliter et cōtinuū cui tales ptes apponūtur finitū eſt ſm̄ magnitudinē: nec ꝑ talem appoſitionem excedit quelibet determinata magnitudo: vt oſtenditur. iij. phiſicorum: ſed ex hoc ſolo dicit infinitū: qꝛ ei apponunt infinite ptes ſm̄ multitudinē. Infinitū autē in tēpore et in motu reducunt ad infinitū ſm̄ magnitudinē inquātū tēpus ꝛ motus accedūt ad rōem quātitatis cōtinue nō ꝑmanētis ſed ſucceſſiue: licet ꝓprie loquēdo nō ſint q̄titates cū nō ſint ſm̄ ſe nature abſolute: ſed potius modi rerū. de hoc tamē nihil ad preſens. Cū ergo oēs modi infiniti reducant ad infinitum ſm̄ multitudinem vel ſm̄ magnitudinem ſufficit in his deducere queſtionem: et ſic patet pri-

W.? mum. ¶ Quantum ad ſecundum ſciendum eſt ꝙ

Secūd' articulus. non eſt intētio queſtionis q̄rere vtrum deus cognoſcat infinitū mō quo cognoſcunt negationes: ꝛ nō entia vel figmēta (vt chimera) ſꝫ vtrū intelligat poſitiue ſub aliqua rōne entis de quo mō dicit Auicēna ꝙ qui nō intelligit ens nihil intelligit: ꝛ ſic nō cognoſcit niſi qđ habet vel habere pōt naturaꝫ entis. Sic ergo accipiēdo q̄ſtionē aut q̄rit de infinito ſm̄

A. magnitudinē aut de infinito ſm̄ multitudinē. ſi de infinito ſm̄ magnitudinē ſic adhuc diſtinguēdū eſt de ſciētia dei: qꝛ quedā eſt que dicit ſciētia viſionis que eſt ſolū illoꝝ q̄ fuerūt ſunt vel erūt. et dicit ſciētia viſionis ꝓ tanto: qꝛ ſicut illa que videnꝫ corporaliter habēt eſſe extra videntē ſic illa dicunꝫ ꝑtinere ad ſciētiā viſionis q̄ quādoqꝫ habēt eſſe actu in natura ꝓpria: ꝛ nō ſolum in potentia diuina. Alia eſt ſcientia q̄ dicit ſimplicis notitie qua cognoſcunt q̄ditates rerū et habitudines eaꝝ poſſibiles dato ꝙ

B. nunq̄ debeāt eſſe. Si loquamur de ſcientia viſionis ſic clarū eſt ꝙ deus nō nouit infinitū ſm̄ magnitudinē: qꝛ nunq̄ fuit nec eſt nec credit ꝙ futurum ſit aliqđ vnū quantū infinitū: neqꝫ ſm̄ actū ſimpliciter in cōtinuis ꝑmanētibus: nec ſm̄ actū ꝑmixtum potentie: vt in ſucceſſiuis puta motu ꝛ tēpore: non enī ponimꝰ ꝙ tēpus ꝛ motus fuerint ab eterno: aut

C. debeāt durare in infinitū. Si aūt loquamur de ſciētia ſimplicis notitie q̄ eſt omniū poſſibiliū: ſic deus cognoſcit infinitū ſm̄ magnitudinē tam in ꝯtinuis permanētibus q̄ꝫ in ſucceſſiuis. et de ſucceſſiuis clarum eſt quo ad illos qui ponūt ꝙ motus potuit eſſe ab eterno. Cōſtat enī ꝙ nō potuit eſſe niſi infinitꝰ a parte ante: deus autē cognoſcit actu quicquid eſt

D. poſſibile. Si vero motus nō potuit eſſe ab eterno vt alij eſtimāt: poterit tamē in eternū eſſe in poſtea ſm̄ opinionē omniū: et ſic de infinito ſm̄ magnitudinē adhuc idem ꝓſequitur: vt videt quibuſdā. cuius ratio eſt: qꝛ deus cognoſcit actu illa q̄ ſunt in potentia: et ſimul illa q̄ ſunt ſucceſſiue: ſꝫ infinitū ſm̄ magnitudinē eſt in potētia vt ſit ſm̄ actū ſaltē ſucceſſiuum: ꝰ deus cognoſcit actu ꝛ ſimul infinitū ſm̄ magnitudinē. aſſumptū ꝓbat: qꝛ cōſtat ꝙ motus et tēpus poſſent durare in infinitū a parte poſt in ſuccedendo tēpus poſt tēpus et motū poſt motū: ſimiliter quocūqꝫ quāto ꝓducto ꝛ permanente deus poſſet illud augmētare vel ſaltē maius facere: poſſet enī maius facere celo: qꝛ licet quātitas in qua pōt natura ſit determinata: tamē potētia diuina pōt in maiorem quacūqꝫ data. et ita patet ꝙ infinitū ſm̄ magnitudinē eſt i potētia vt ſit actu ſaltē ſm̄ actū ſucceſſiuū. et hec fuit minor: ſequit ergo cōcluſio. ſ. ꝙ deus intelligit actu et ſimul infinitū ſm̄ magnitudinē qđ ſic intelligūt qui hoc ponūt: ſcꝫ ꝙ deus nō ſolū cognoſcit infinitū in magnitudine motu et tēpore cognoſcēdo (ꝙ dato quātocūqꝫ finito poſſibile eſt dare maius) et ſic ſemꝑ qđ eſt cognoſcere infinitū per partes ſuas inquantū cognoſcit: ꝙ quacūqꝫ parte data poſſibile eſt dare vlteriorē. Iuxta illud qđ dicit. iij. phiſicoꝝ ꝙ infinitū eſt cuius quātitatē accipiētibus (quantū ad partē que iam exiſtit) ſemꝑ eſt aliquid ſumere extra quātū ad partē que reſtat accipiēda: ſic enī nō cognoſcit infinitum niſi valde imꝑfecte: ſed potius eſt ignotū: vt dicit. iij. phiſicoꝝ: qꝛ qđ cognoſcit de ipſo vt acceptū determinatū eſt ꝛ determinate cognoſcit: et ſm̄ illud eſt finitū: qđ autē cognoſcit vt accipiendū indeterminatū eſt: qꝛ quocūqꝫ dato adhuc poſſibile eſt aliud et ideo indeterminate cognoſcit: qꝛ ſolū in generali (ſcꝫ ꝙ poſſibile eſt plus accipi) ſed in ſpeciali ignorat: et ſm̄ hoc attendit infinitas: et ideo infinitum ſm̄ ꝙ infinitū dicit ignotū nobis qui ſolū habemꝰ talē modū cognoſcēdi ipm̄. Deus autē aliter cognoſcit infinitū ſm̄ iſtos: cognoſcit enī totā poſſibilem ſucceſſionē motus ꝛ tēporis: vt carētē omni termino extra quā nihil eſt poſſibile accipere: ſed in ea vel infra eam ꝯtinet quicq̄d eſt poſſibile motus aut tēporis: et ideo ꝑfecte cognoſcit infinitū ſm̄ qđ infinitū. ꝙ autē ita ſit pꝫ cōſiderāti virtutē rōnis pꝛefacte: deus enī cognoſcit ſimul q̄ ſunt ſucceſſiue: et actu q̄ ſunt potentie. Cognoſcit ergo actu et ſimul totā ſucceſſionē motus ꝛ tēporis poſſibilē in poſterū. hec ꝰ cū ſit cognita. ſ. vt tota: aut caret omni termino: aut habet aliquē terminū: ſi caret omni termino habet ꝓpoſitū: ſi vero habet aliquē terminū finita eſt: omne autē finitū in motu vel tēpore tranſitur tādem per decurſum motus ꝛ tēporis ſi ſemꝑ duraret: ꝰ illud qđ eſſet cognitū a deo de motu aut de tēpore quandoqꝫ tranſiret qđ eſt impoſſibile: qꝛ tunc deus nō noſcet totū decurſum motus aut temporis: ſꝫ ſolū partē. aſſumptū eſt autē ꝙ nouit totā ſucceſſionē in qua impoſſibile eſt ponere terminū licet in qualibet parte ſignata ponat: quare ꝛc. De

E. Patris opinio? infinito autē ſm̄ multitudinē dicūt ꝙ deꝰ ſic nouit infinita nō ſolū ſciētia ſimplicis notitie ſm̄ quā nouit ea que ſubiacēt diuine potētie dato ꝙ nunq̄ fiant que nō eſt dubiū eſſe infinita: ſed etiā ſcientia viſionis: qꝛ ſm̄ hanc deus nouit cogitationes creature rationalis ꝛ que et quot erūt: ſed iſte ſuccedēt ſibi in infinitū cū creatura rationalis ſit incorruptibilis: ergo ꝛc. Et ſicut dictum eſt de infinito ſm̄ magnitudinē ꝙ intelligit a deo nō ſolū qꝛ deus nouit ꝙ dato quantūcūqꝫ finito poſſibile eſt dare maius ſed qꝛ nouit totā ſucceſſionē poſſibilē motus ꝛ temporis: vt carentē termino extra quā nihil eſt poſſibile accipere de motu aut de tēpore: ſed intra eam continet quicq̄d eſt poſſibile motus aut tēporis: ſic nunc dicit de infinito ſm̄ multitudinē qđ intelligit a deo nō ſolū qꝛ nouit ꝙ data quacūqꝫ multitudine finita in cogitationibꝰ que erunt poſſibile eſt dare plures: ſed qꝛ nouit totā multitudinē cogitationū que erunt: vt carentē omni finito numero extra quā nō eſt poſſibile accipere aliq̄d de cogitationibꝰ

huius creature rõnalis ſed intra illā multitudinem
cõtinetur quicq̄d eſt poſſibile in cogitationib⁹ hui⁹
creature. Ad hoc autē ꝓbandū oportet ſolū repete
Improba. re rationē factā pri⁹ ⁊ mutare terminos. Iſtud aūt
nō videt̄ alijs poſſibile: q2 ſi deus nouit hoc modo
infinitā multitudinē cogitationū: pari ratione no=
uit ſilr̄ modo īfinitā multitudinē diuiſionū poſſibi=
liū in cõtinuo: ſed iſtud nō eſt verum vt ꝓbabitur:
ergo nec illud. Probatio aſſumpte: q2 ſi de⁹ nouit
totā multitudinē diuiſionū ꝯtinui extra quā nō eſt
poſſibile accipere aliquā diuiſionē poſſibilē in cõti=
nuo et in qua ꝯtinet̄ oīs diuiſio poſſibilis ſeq̄tur ꝙ
per diuiſiones quas deus intelligit cõtinuū intelli=
gatur diuiſum in indiuiſibilia. Cõſequens eſt fal=
ſum: ergo ⁊ antecedens. Probatio cõſequentie: q2
ſi per illas nō intelligit̄ diuiſum in indiuiſibilia: ſed
in diuiſibilia ſequit̄ ꝙ intelligat̄ vel poſſit intelligi
amplius diuiſibile: ḡ extra diuiſiones cõtinui quas
deus intelligit poſſibile eſt dare aliā vel alias qđ eſt
oppoſitū antecedētis: ergo cõſequētia eſt bona. fal
ſitas aūt cõſequētis patet: q2 ſi cõtinuū intelligere=
tur diuiſum in indiuiſibilia ſequeret̄ ꝙ eſſet cõpoſi
tum ex indiuiſibilibus cuius oppoſitū demonſtrat̄
vj. phiſicoꝝ: ḡ deus nō intelligit infinitā multitudi
A. nē ſic ſicut illi ponūt: ſ3 ſolū p̄rio mō qđ credo veri⁹
Opinio ❡ Ad cuius intellectū ſciendū eſt ꝙ ſicut p̄acce=
doctoris. ptū eſt nihil intelligit̄ poſitiue niſi ſm̄ ꝙ aliquo mō
participat rõem entis. infinitū autē ſm̄ magnitudi
nē in ſucceſſiuis vt in motu ⁊ tēpore: vel in perma
nentibus ſucceſſiuo mō acceptis: vt ſi quātū ſemꝑ
augeret̄ ⁊ in infinitū ſ3 multitudinē accipiēdo vnū
poſt aliud nō habet rationē entis vel poſſibilis vt
qđdā totū extra qđ nihil ſit et intra qđ ꝯtinet̄ q̄cq̄d
de re eſt poſſibile: ſed ſolū habet rationem entis et
poſſibilis per hoc ꝙ aliquid eius eſt acceptū ⁊ aliq̄d
reſtat ſemꝑ accipiendū: ḡ infinitū ſolū eſt intelligi
bile iſto modo ⁊ nō illo modo quo alij ponunt. Ma
ior de ſe patet: minor ſimiliter clara eſt: q2 infinitū
ſic ſumptum nec eſt nec eſſe pōt vt quoddā totū cõ
tinēs quicq̄d de re eſt poſſibile imo cõtra rationē
B. eius eſt: cū ratio eius ſit in ſemꝑ accipiēdo ⁊ nō ali
ter: quare ⁊c. Utrū autē poſſit eſſe aliqđ infinitū ſm̄
magnitudinē vel multitudinē ſimul totū a deo ꝓ=
ducibile inquiretur inferius: q2 ſi eſt poſſibile eſt a
deo intelligibile: et ſi nō: nō. Nec ratio alterius opi
C. nionis cogit. cū eñ dicit̄ ꝙ deus nouit ſimul et actu
Ad rões totā ſucceſſionē motus ⁊ tēporis poſſibilē. Dicēdū
ſc̄de opi. ꝙ verū eſt eo modo quo cognoſci pōt. nō pōt autē
cognoſci vt quoddā totū cõprehendēs in ſe om̄es
partes poſſibiles: q2 nec ſic eſt nec eſſe pōt: imo ſic
omnis ſucceſſio intellecta intelligit̄ vt finita: q2 vt
patebit in ſc̄do lib. in habētibus ordinē impoſſibile
eſt omnia claudi in vno toto continuo vel diſcreto
quin claudātur per aliquā vnā partē illius toti⁹ vl=
timo acceptā: talia autē nō ſunt infinita ſed finita:
q2 habēt vltimū tale ḡ totū ſolū eſt intelligibile per
intellectū ſuarū partiū inquantū intelligit̄ ꝙ quacū
q3 parte accepta ſemꝑ remanet potētia ad vlterio=
rem accipiendā: vnde nō pōt habere rõem totius
ſimpliciter et ꝑfecti ſed poti⁹ habet rationē partis
et imꝑfecti: vt dicit̄ iij. phiſicorū: illud ergo qđ de⁹
intelligit de infinito caret termino nō vt alij intelli
gūt. ſ. ꝙ ſit qđdā totū infinitū intra ſe claudēs q̄cq̄d
D. eſt poſſibile illius rei: ſed q2 intelligit̄ vt aliq̄d qđ pōt
Inſtantia. ꝓcedere vlterius: ideo ratio nō cõcludit. Et ſi di
catur: nōne deus ſcit quot erunt cogitatiões hoīm?
ſi nō: videt̄ incõueniēs: ſi ſic ergo nouit totā ſucceſ
ſionē vt quoddā totū cõprehendēs oēs ꝑtes poſſi E.
biles: et ſic idē qđ prius. Et dicēdū qđ deus non no Solutio.
uit quot p̄aſe erūt cogitationes hominū: q2 nunq̄
erunt p̄aſe tot quin alie addant̄: nouit tamē ꝓ qua
libet determinata ꝑte tēporis quot p̄aſe erunt: ſed
nō pro tota ſucceſſione: nec hoc eſt incõueniēs: imo
neceſſariū: q2 natura rei oppoſitū nō patit̄. Adhuc F.
pōt inſtari ſicut prius: deus nouit ſimul oēs cogita Secūda
tiões futuras: aut ergo nouit finitas aut infinitas Inſtātia.
Si infinitas habetur ꝓpoſitū: Si finitas tranſibi
tur per ꝓgreſſum rerū illud qđ eſt a deo cognitum
qđ eſt impoſſibile. Et dicendū ꝙ future cogitatio G.
nes ſemꝑ erunt finite in re: et ſunt finite in diuina Solutio.
cogitatione: nec per ꝓgreſſum rerū tranſibit̄ qđ eſt
a deo cognitū: qđlibet eñ finitū ſignificatū trāſiri
poteſt puta mille milleſies et qđlibet aliud ſignifica
tum quātūcūq3 maius ſm̄ ſe ⁊ diuiſim ſumptū: ſed
finitū abſolute ſumptū ꝓ qualibet ſui ꝑte ꝯiunctim
tranſiri nō pōt: q2 ſi vna pars tranſit̄: tranſit ꝑ aliā
finitā: et ſic ſemꝑ ꝓpter qđ ſemꝑ finitum manet. H.
❡ Ad p̄imū argumētū dicēdū ꝙ ſciētia dei eſt mē Ad pri.
ſura rerū: nō ſemꝑ quātitatiua: q2 multa ſunt q̄ q̄ti principale
tate carent: hac etiā mēſura carēt infinita ſi eſſent:
ſed eſt menſura rerū quo ad eſſe ⁊ veritatē nature:
et ſic menſurata eſſent infinita ſi eſſent: nam ſi eēt
multitudo infinita q̄libet eius pars eēt limitata ad
genus: et ad ſpeciē: licet in ſimul nō haberent men
ſurationē quātitatis diſcrete: ſed ſi etiā eſſet quātū
infinitū (vt aer infinitus) menſurā ⁊ limitationē ha
beret ad genus et ad ſpeciē. Ad ſc̄dm̄ dicendū ꝙ I.
infinitū actu ſi eſſet poſſet cõprehēdi a ſcientia dei Ad ſc̄dm̄
nec tamē finiret̄: q2 ſciētia eſt infinita. Qđ aūt cõ=
prehendit̄ ab infinito nō oportet eſſe oī modo fini=
tum. Nam et deus cõprehēdit ſeipſum (vt ſupra di
ctū fuit) et tamē eſt infinitus. infinitū aūt vt ponit̄ a
Philoſopho cõprehendit̄ etiā a nobis. Qđ patet:
q2 diffinitur a nobis: nouimus eñ cauſam eius per
ſe et ſufficientē vt naturā cõtinui q̄ eſt ſufficiēs cau K.
ſa diuiſibilitatis in infinitū. Et qđ dicit̄ ꝙ nō pōt cõ
prehendi: q2 eius eſt ſemꝑ aliquid extra. Intelligē
dum eſt extra illud qđ de ſe ipſo eſt actu in re: non
autē extra illud qđ eſt in mente. concipimus eñ nō
ſolū de infinito illud qđ eſt actu de ipſo: ſed etiā qđ
extra illud acceptū reſtat aliud accipiendū: illud er
go extra nō reſpicit cõcipiētē ſed exiſtētiā rei actua
lē: vtrū autē potentia dei ſe extendat ad infinita vt
tangit̄ in alio argumēto inquiretur inferius.

## Queſtio Tertia.

### Vtrū om̄ia ſubſint diuine ꝓuidētie.

Conſequēter q̄ritur de proui L.
dentia dei: vtrū omnia ſubſint diuine ꝓ Queſt. iij.
uidētie. Et videt̄ ꝙ nō: q2 quorū nō eſt Arg. p̄io
prudētia nō eſt ꝓuidētia q̄ eſt pars pru=
dentie: ſed neceſſariorū nō eſt ꝓuidētia q̄ eſt ſolum
de cõtingentib⁹ de quib⁹ eſt cõſiliū ⁊ electio: vt pa=
tet ex. vj. ethicorū. Cū ergo in entib⁹ multa ſint ne
ceſſaria videt̄ ꝙ nō omniū ſit ꝓuidētia. Itē ad ꝓ= Argu. ij
uidentiā ꝑtinet remotio eorū q̄ impediūt a cõſecu=
tione finis: ſed mala impediūt a fine: ḡ ad ꝓuiden In oppo.
tiam dei ꝑtinet amouere mala a rebus ꝓuiſis: ſed
cõſtat ꝙ in rebus ſunt multa mala: ḡ nō omniū eſt
ꝓuidētia. ❡ Sed in cõtrariū eſt qđ dicit̄ ſapientie.
vj. ꝙ equaliter eſt ei cura de oīb⁹: ſed noīe cure vel

M. ſollicitudinis ſignificat ꝓuidētia: ꝗre ⁊c. ¶ Reſpōſio. Videnda ſunt tria. Primū eſt quid ſit ꝓuidentia et an deo cōueniat. Scḋm eſt vtrū ꝓuidētia dei ſit de oībus. Tertiū eſt vtrū ſit de omnibus equaliter

Reſpōſio ad q̄ſtio.

Primus articulus.

Quātū ad primū ſciendū eſt ꝙ hec ſe habēt per ordinē ſcientia, diſpoſitio, ꝓuidentia, et gubernatio, qḋ ſic poteſt videri accipiēdo ꝙ ꝓuidētia ad prudentiā pertinet: ſicaūt eſt de deo reſpectu totius vniuerſi ſicut eſt de duce reſpectu exercitus: vel de patrefamilias reſpectu domus: et primā quidē cōparationē habem⁹ ab Ariſtotele. xij. metaphiſice: ſcḋam autē accipere poſſumus ex eadē rōne (vt patebit) prudēs autē dux exercitus primo ordinat ſingulos de exercitu vnūquēq; collocās in gradu ſuo: et in alio ponit eq̄tē. in alio vero peditē: ⁊ ſic de alijs. Silr̄ ⁊ ī domo bn̄ ordinata p̄rfamilias primo ordinat ꝑſonas domus quālibet in gradu ſuo: et in alio ponit ſeruū, in alio vxorē, et in alio filiū ordinans qḋ quiſq; agere debeat ad cōſequēdū finē intentū: ſcḋo ſic ordinatis cōfert ea q̄ ſunt neceſſaria ad officia exequēda: ⁊ vtrūq; horū ſupponit voluntatē ⁊ cognitionē finis: ꝓpter qḋ hec ordinant̄ ⁊ fiunt ſm̄ hunc modū in toto vniuerſo. N. Eſt primo ordo partiū ſm̄ diuerſos gradus naturarū: nā ſm̄ nobilitatē nature tenēt res altiorē gradū in entib⁹ et ordinant̄ ad nobiliores oꝑationes. Scḋo eſt ibi collatio eorū q̄ neceſſaria ſunt cuilibet nature ad cōſecutionē finis per illā oꝑationem. Ratio aūt vtriuſq; iſtorū eſt apud deū ab eterno: ſed executio eſt ex tēpore. Ratio igit̄ primi exiſtēs apud deū vocat̄ diſpoſitio q̄ reſpicit ordinē partiū in toto. Sed rō ſecūdi vocat̄ ꝓuidētia q̄ eſt eorū q̄ expediūt rei ad oꝑationē ꝓpter cōſecutionē finis. Prouidēs enī dicit̄ qui bene cōiecturat de cōferētibus ad finē. O. Executio aūt primi eſt creatio: ſʒ executio ſecūdi vocatur gubernatio: ſicut ſcriptū eſt Sapiētie. xiiij. Tu autē pater gubernas oīa ꝓuidentia. Ex quo patet ꝙ gubernatio ſupponit ꝓuidentiā ſicut actus imperatus ab ea. Prouidētia aūt diſpoſitionē: q2 pri⁹ eſt vnūquodq; ordinare in ſuo gradu q̄ ꝓuidere de neceſſarijs ad exequendū officiū ſuū. vtrūq; autē horū ſupponit ſcientiā per quā deus nō ſolū cognoſcit ea q̄ ordinant̄ inter ſe ⁊ ad finē: ſed etiā ipm̄ finem: ꝓpter quē iſtū ordinē inſtituit. Patet ergo ꝙ ꝓuidētia per ſe ⁊ directe pertinet ad intellectū practicū ſicut ⁊ prudētia: vnde ⁊ Boetius. iiij. de cōſolatiōe dicit ꝙ ꝓuidētia eſt ipa diuina ratio in ſūmo omniū principe cōſtituta: ſed executio ꝓuidētie nō fit niſi mediāte voluntate diuina q̄ importat actus tranſeuntes in materiā exteriorē: et ſic loquit̄ Damaſcenus: lib. ij. cap. xxix. ꝙ prouidentia eſt diuina volūtas ſm̄ quā oīa q̄ ſunt in finē cōuenientē deductionē accipiūt: ſic ergo patet primū. P. ¶ Quantū ad ſcḋm ſciendū eſt ꝙ aliquid pōt ſubeſſe ꝓuidentie dupliciter. Uno modo ſicut illud cui ꝓuidet̄: ⁊ hoc modo ſubſunt ꝓuidētie ſola ſubſiſtentia vel ſuppoſita. Cuius ratio eſt: q2 illi ſoli cuius eſt agere et per actionē tendere in finē cōpetit ꝙ ei ꝓuideat̄ de his que expediunt actioni ⁊ cōſecutioni finis: ſed ſolis ſuppoſitis cōpetit agere et per actionē tendere in finē: ḡ nō oīa ſubſunt ꝓuidentie vt eis prouideat̄: ſʒ ſolū ſuppoſita vel ſubſiſtētia. Alio modo pōt aliquid ſubeſſe ꝓuidentie nō ſicut illud cui ꝓuidetur: ſed ſicut illud de quo ꝓuidet̄ vel cōtra qḋ ꝓuidet̄. vtrūq; enī cadit ſub ꝓuidētia: ſcʒ collectio expedientiū et remotio impedimentorū: et hoc mō

Secūd⁹ articulus.

dicendū eſt ꝙ omnia q̄ ſunt in creaturis ſubſunt diuine ꝓuidētie. Qḋ patet remouēdo tria que videntur ſubterfugere diuinā ꝓuidentiā q̄ ſunt caſualia et fortuita cōtingētia ⁊ mala. Q. Caſualia enī ⁊ fortuita videnī ſubterfugere dei ꝓuidentiā: q2 qḋ nō eſt precognitū nō eſt ꝓuiſum: ſed caſualia nō ſunt precognita cū accidant p̄ter intentionē agentis: ḡ non ſunt ꝓuiſa. Itē mala videnī ꝓuidentiā ſubterfugere: q2 ꝓuidētia videt̄ ſolū ſe extēdere ad illa q̄rū deus eſt cauſa: ſed deus nō eſt cauſa malorū ſaltē culpe: ergo ⁊c. Item contingentia ad vtrūlibet etiā videnī ſubterfugere: q2 qḋ nō eſt in ſe determinatum nō eſt ordinatū ad determinatū finē: ſed contingēs ad vtrūlibet nō eſt in ſe determinatū: ergo nec ordinatū in determinatū finē: ſed omē ꝓuiſum eſt ordinatū in determinatū finē: ḡ ⁊c. Primū iſtorū nō cogit: nō enī ex hoc dicit̄ aliquid caſuale vel fortuitū: q2 nullā habeat cauſam (dicente Boetio. v. de cōſolatiōe ꝙ nihil eſt qḋ ex cauſis legitimis nō oriatur) ſed ꝓpter hoc ꝙ euenit p̄ter intentionem agētis. vnde foſſio agri per ſe cauſam habet: et repoſitio theſauri ſilr̄: ſed cōcurſus harū cauſarū eſt per accidēs: et nō intētus ab aliqua dictarū cauſarū: ideo fodiens a caſu inuenit theſaurū: ſi autē eſſet aliqua cauſa has duas cōnectēs per ſe reſpectu illius nō eſſet effectus caſualis ſed intentus: cū ergo oīs ordo et oīs cauſarū cōnexio ſit a diuina ꝓuidētia reſpectu eius nihil eſt a caſu vel a fortuna: et hec eſt via Boetij. v. de cōſolatione: vbi dicit ſic licet caſus ſit inopinat⁹ euētus ex cōfluētibus cauſis in his q̄ ꝓpter aliquid gerunt̄ cōcurrere atq; cōfluere facit cauſas ordo ille ex ineuitabili cōnexione ꝓcedens qui de ꝓuidētie fonte deſcendēs cuncta ſuis locis tēporibuſq; diſponit. Scḋm etiā nō cogit: q2 ad plura ſe extēdit diuina ſciētia q̄ ei⁹ cauſalitas. Prouidētia autē ad ſcientiā pertinet: et idō pōt ſe extēdere ad mala ad que nō ſe extendit cauſalitas diuina: vnde cadūt ſub diuina ꝓuidētia vt illa cōtra q̄ hominib⁹ ꝓuidet̄ ne fiāt ⁊ q̄ ſi facta fuerint ordinent̄ per penā et ex quibus per diuinā ꝓuidentiā multa bona eliciuntur. ¶ Tertiū ſilr̄ nō valet: nā et cōtingētia ad vtrūlibʒ licet ſint indeterminata in ſua cauſa particulari ſm̄ ſe cōſiderata apud tamē diuinā ſcientiā ſunt determinata: vt dictū fuit prius: q2 deus nō ſolū ſcit cauſas impedibiles ſm̄ ſe: ſed omnia impedita q̄ poſſunt euenire et que euenient quibus ſcitis ſcitur quicūq; effect⁹ cōtingens ſm̄ determinatū eſſe: et ideo cōtingentia ſic determinate ſcita ꝓuidit deus ad determinatos fines: et ſic patet ſcḋm. ¶ Quantū ad tertiū dicendū ꝙ deus nō ꝓuidet equaliter oībus. Qḋ patet dupliciter. Primo ſic: illa q̄ non ordinant̄ ad equalem finē nō ſubſunt equaliter ꝓuidentie. Nā finis et ea q̄ ꝓmouent in finē debēt habere ꝓportionē: ꝓuidentia autē eſt eorū q̄ cōferūt ad cōſecutionem finis: ſed nō omīa ordinant̄ in equalē finē: ſed q̄dā in ſupnaturalē: vt creatura rationalis. alia vero in finem pure naturalē: vt creatura irrationalis: ḡ ⁊c. Scḋo ſic: executio ꝓuidētie reſpectu aliquorū eſt a deo immediate: ſcʒ reſpectu angelorū ⁊ eorū que immediate a deo ꝓducunt̄: reſpectu autē aliorū eſt mediātibus cauſis ſecūdis: quare manifeſtū eſt ꝙ ꝓuidētia dei nō eſt equaliter de omnibus. Hec aūt inequalitas eſt ex parte rerū ⁊ non ex parte dei qui vna ratione ſimplici ſcit qḋ vnicuiq; rei expedit ad conſecutionē ſui finis. ¶ Ad primū argumentum X.

R. Solutio primi.

S. Solu.

T. Solu.

V. Tertius articulus. Primo.

Scḋo.

dicendū eſt ꝙ ꝓudētia humana nō ſe extēdit niſi
ad cōtingētia:nec ad illa oīa ſed ſolū ad illa q̄ poſ-
ſunt per hominē fieri vel impediri:et q2 homo nō
eſt factor rerū naturaliū et neceſſariarū:iō ad hoc
nō ſe extēdit ꝓuidētia humana:ſed cū deus ſit fa
ctor rerū quas neceſſarias dicimꝰ:licet libere et nō
neceſſario ꝓducte ſint a deo:iō res neceſſarie ſub
ſunt diuine ꝓuidētie inquātū eis facēs ⁊ libere vo-
lēs cōtulit ea q̄ ſūt expedientia ad cōſecutionē ſui fi
A. nis. Ad ſcōm dicendū ꝙ ad ꝓuiſorem particula-
Ad ſcōm rem ptinet remouere impedimēta finis particula-
ris quē intendit:ad ꝓuiſorem vero vlem pertinet
amouere ea q̄ impediūt cōſecutionē finis vlis:ꝓ-
pter qḋ negligit qn̄qꝫ bonū particulare:mala autē
particularia nature que ſunt mala pene nō impedi
ant bonū cōe imo ꝓmouent ⁊ neceſſaria ſunt:q2 in
ſphera generabiliū ⁊ corruptibiliū non pōt ſaluari
bonū totius ſine malo partis:q2 gn̄ationes ſunt ibi
neceſſarie:gn̄atio aūt vnius nō pōt eſſe ſine corru
ptione alterius:et ideo mala pene vel potius natu
re (vt defectus) et corruptiones ſunt intenta a ꝓui
ſore vniuerſali. De malis vero culpe ꝙ nō habe
Nihil a ant ab vllo impediri:poteſt dupliciter dici. Uno mō
deo. ꝙ nō poſſunt impediri ſine p̄iudicio boni vlis:q2
nō permitterꝫ creatura rationalis agere ſʒ ꝓpriū
motū ſue libertatis. Alio modo ꝙ ad ꝓuiſorē ꝑti-
net remouere impedimenta:vel dare rei illa per q̄
poſſit vitare illa q̄ impediunt ipſam a conſecutione
finis:et hoc eſt magis debitū his q̄ cōſequūtur finē
ex merito ſue actionis. In hoc eñ eſt magna pars
meriti ꝙ homo libere caueat ab his q̄ poſſunt eum
impedire a cōſecutione ſui finis. Deus autē omni
creature rationali cōtulit auxilia ꝑ q̄ pōt vitare ma
B. la culpe et impedimenta ſue ſalutis:ideo ⁊c. Qḋ
Ad rōem aūt dr̄ Sapiētie.xij.ꝙ equaliter eſt ei cura de oībꝰ
in oppoſi. pro tanto dicꝫ:q2 inequalitas eſt in rebus ꝓuiſis:
non autem in deo prouidente.

## Queſtio Quarta.

## Vtrū prouidētia ſit idem quod fatū.

C Deinde q̄ritur:vtrū ꝓuidentia
Queſt.iiij ſit idē qḋ fatū. Et videꝫ ꝙ ſic:q2 cōpara
Arg.ꝓ pzio tio alicuius ad diuerſa nō plurificat eiꝰ
eſſentiā:ſed ꝓuidētia ⁊ fatū nō differūt
niſi ſm̄ cōparationē ad diuerſa dicēte Boetio.iiij.
de cōſolatione ſic:modus quo res geruntꝫ cū ad di
uinā cognitionē referuntꝫ ꝓuidētia dicꝫ. Cū vero
In oppo. ad res ipas q̄ geruntꝫ fatū vocaꝫ:q̄re ⁊c. ¶ In con
trariū eſt qḋ dicit Aug.v.de ciui.dei ꝙ nihil fato
fieri dicimus:nihil aūt fieri diuina ꝓuidētia eſt er-
roneū:ꝫ nō ſunt idē fatū ⁊ ꝓuidētia. ¶ Reſponſio
D. Fatū dupliciter accipiꝫ. Uno modo pro vi ſyderū
Reſpōſio incōſiderata:vnde.v.de ciui.dei dicꝫ ꝙ cū hoīes
ad q̄ſtio. fatū audiūt vſitata loquēdi cōſuetudine nō intelli
gūt niſi vim poſitionis ſyderū. Alio modo dr̄ fa-
tum ordo cauſaꝝ et earū cōnexio ꝑ vt reducuntꝫ in
diuinā voluntatē ⁊ ſcientiā oīa ordinantē ⁊ cōuer-
tentē:ſicut dicꝫ in eodē libro ca.viij.et iſte modus
eſt magis ꝓprius q̄ꝫ p̄mus. Fatum eñ a fando
dicꝫ. Illud aūt qḋ diuina preſcientia ordinatū eſt
quadā cauſarū connexione effatur:ſicut verbū vo-
E. cale eſt quoddā effatū interioris cōceptus. Sic ꝫ
accipiēdo fatū:patet ꝙ differt in multis a ꝓuiden-
tia. Primo ex parte ſubiecti in quo eſt. Illa enim
ſunt diuerſa que ſunt in diuerſis ſubiectis:ſʒ ꝓui
dentia et fatū ſunt hmōi:nam ꝓuidētia eſt in deo
fatū autē in cauſis ſcdis:eſt eñ ordo cauſarū redu
ctus in deum:ordo autē eſt in ordinatis:quare ⁊c.
Secūdo:q2 fatū dependet ex ꝓuidētia et in ipam
reducꝫ et nō econuerſo. Tertio:q2 ꝓuidentia eſt
eterna:fatū autē tēporale:qḋ eñ deus ab eterno
diſpoſuit ⁊ ꝓuidit:fato temporaliter ſubminiſtrat.
Quarto:q2 nō omnia ſubdūtur fato:ſicut illa que
immediate a deo ꝓcedūt abſqꝫ ordine cauſarū ſe-
cūdarū:⁊ gn̄aliter quāto aliqua ſunt viciniora deo
tanto minus ſubduntꝫ fato:oīa autē ſubduntꝫ di- F.
uine ꝓuidentie vt patuit prius:quare ⁊c. ¶ Ad ar Ad pri.
gumentū in oppoſitū dicendū ꝙ fatū et ꝓuidētia principale
nō ſolū differūt penes diuerſos reſpectus:ſed pe-
nes multa alia vt viſum eſt. Qḋ aūt dicit Boetius
ꝙ modus quo res gerūtur cū ad diuinam cognitio
nē refertur ⁊c.ſic accipiendū eſt ac ſi dixiſſet ꝙ di-
uina cognitio reſpectu taliū eſt ꝓuidētia:ſed exe- G.
cutio eſt ꝑ fatū. Qḋ autē dicit Aug.fato nihil fieri Ad rōem
verū eſt ꝓut fatū dicebāt aliqui eſſe vim ſyderum in oppoſi.
imponentē neceſſitatem his que fiunt a libero ar-
bitrio:aliter non.

## Sētentia litterę magiſtri in genera li & ſpeciali. Diſtinctio.XL.

Prædeſtinatio vero. Supe- H.
rius determinauit magiſter de ſcientia Sentētia
dei in cōmuni:hic vero determinat de ea in gn̄ali.
pro vt ſe habet ad ſaluādos ſpecialiter:
ſcʒ de p̄deſtinatione. Et diuidiꝫ in tres ptes. Pri-
mo eñ determinat de p̄deſtinatione in ſe. Scḋo ꝑ
cōparationē ad ſuam cauſam. Scḋa in principio.
xlj.diſtin. Si autē q̄rimus. Prima in tres ptes di-
uidiꝫ. Primo determinat quid ſit p̄deſtinatio. Se
cūdo declarat p̄deſtinationis certitudinē. Tertio
de p̄deſtinatione in cōparatione ad reprobationē.
Scḋa ibi: Predeſtinatorū nullꝰ. Tertia ibi: Cūqꝫ
p̄deſtinatio. Scḋa iſtarū diuidiꝫ in tres ptes. Pri-
mo eñ ꝓponit quādā veritatē. Scḋo obijcit in cō
trariū et ſoluit obiectionē. Tertio obijcit ꝯtra ſolu
tionē et ſoluit. Scḋa incipit ibi: Ad hoc autē obij
ciunt. Tertia ibi: Uerūtamē adhuc hic inſtāt. Hec I.
eſt diuiſio ⁊ ſentētia gn̄alis. ¶ In ſpeciali vero ſic Snīa in
ꝓcedit:et ꝓponit primo ꝙ p̄deſtinatio ē p̄paratio ſpeciali.
gratie:et ꝙ p̄deſtinatio nō pōt eſſe ſine p̄ſcientia:
p̄ſciētia autē ſine p̄deſtinatiōe pōt bn̄ eſſe. Poſtea
ſubdit ꝙ p̄deſtinatorū numerus eſt certus:nō eñ
p̄deſtinatus pōt dānari:nec reprobatꝰ ſaluari. De
inde obijcit ꝯtra hoc. Pōt eñ deus dare grām qbꝰ
nō dat:⁊ ſubtrahere quibꝰ nō ſubtrahit:igiꝫ poteſt
augeri vel minui numerus electorū. Et reſpōdet
ꝙ iſte ꝓpoſitiones p̄deſtinatꝰ pōt dānari:reproba
tus pōt ſaluari poſſūt intelligi diſtincte:nō eñ poſ
ſunt duo ſimul eſſe.ſ.ꝙ p̄deſtinatꝰ ſit et dānetur:⁊
ꝙ p̄ſcitus ſit ⁊ ſaluetꝫ:ſed diuiſim vere ſunt:in eo
eñ qui eſt p̄deſtinatꝰ eſt poſſibilitas ad vtrūqꝫ:in-
nuit etiā aliā ſolutionē dicēs:ꝙ licet p̄deſtinatꝰ poſ
ſit dānari:nō tñ p̄deſtinatus ſʒ quātū p̄deſtinatus
eſt:hec eñ additio ꝓpoſitionē verā facit falſā:et
falſam facit verā. Deinde obijcit cōtra hoc ſi p̄de-
ſtinatus inquātū p̄deſtinatꝰ nō poſſit dānari:et p̄-
deſtinatus ab eterno nō pōt nō eſſe p̄deſtinatus:
ergo ille qui eſt predeſtinatus nullo modo poterit
damnari:et reſpondet ꝙ cum dicitur nō poteſt nō
eſſe p̄deſtinatꝰ:pōt dupliciter intelligi:vꝫ cōiūctim

vt prius p̄deſtinatus poſtea nõ ſit p̄deſtinatus: vel diuiſim (vt ſit ſenſus) ꝙ ſicut deus ab eterno potuit illũ nõ p̄deſtinatũ p̄deſtinare ita et modo poteſt quia actus diuinus nõ tranſit in p̄teritũ: et ſic ille q̄ eſt p̄deſtinatus poteſt eſſe nõ p̄deſtinatus ſicut ab eterno potuit p̄deſtinari: vnde aũt ſubdit ꝙ in actibus hominũ qui tranſeũt in p̄teritũ talis diſtinctio locũ nõ habet. Poſtea cõparat p̄deſtinationẽ et reprobationẽ adinuicẽ: vnde dicit ꝙ ſicut p̄deſtinatio noĩat electionem et p̄ſcientiã et p̄parationẽ beneficiorum dei ita reprobatio dicit preſcientiã iniquitatis ⁊ p̄parationẽ pene: et ſicut p̄deſtinationis effectus eſt gratie applicatio: ita reprobationis effectus eſt obduratio que nihil aliud eſt q̄ ſubſtractio gratie dei. Et in hoc terminat̃ ſentẽtia in ſp̄ali.

## Queſtio Prima.

## Vtrum prædeſtinatio habeat certitudinem.

L. Que. pu. Circa diſtinctionem iſtam q̃ritur de duobus: ſcʒ de p̄deſtinatione ⁊ reprobatione. Quãtũ ad primũ q̃rit̃ vtrũ

Arg. p̄io p̄deſtinatio habeat certitudinẽ. Et videtur ꝙ nõ: q: quicq̃d deus vnq̃ potuit nunc põt: ſed deus ab eterno potuit nõ p̄deſtinare quem p̄deſtinauit: ḡ nunc põt cũ nõ p̄deſtinare: ſi ſic p̄deſtinatio nõ eſt oĩno certa.

Argu. ij. Item aliqui dicunt̃ deleri de libro vite: ſed in libro vite nõ ſcribunt̃ niſi illi qui p̄deſtinãtur ad gloriã: ḡ p̄deſtinati poſſunt de libro vite deleri: et ita predeſtinatio non eſt oĩno certa.

In oppo. ¶ In cõtrariũ eſt q̄d dicit Anſelmus de cõcordantia p̄deſtinationis ⁊ gratie: p̄ſcita de neceſſitate futura eſſe: ſʒ q̄ de neceſſitate eueniũt certitudinẽ habent: ḡ ⁊c. Et iterũ ſup illo verbo Ro. viij. quos preſciuit ⁊ p̄deſtinauit ⁊c. Dicit gloſa p̄deſtinatio eſt p̄ſcientia ⁊ p̄paratio beneficiorũ dei qua certiſſime li-

M. berant̃ quicũq; liberãt̃.

Reſpõſio ad q̃ſtio. ¶ Reſpõſio. Circa q̃ſtionẽ iſtã tria ſũt vidẽda. Primũ eſt quid ſit p̄deſtinatio et quare ſic vocet̃. Scd̃m erit in quo differat a pro-

N. Pri. arti. uidẽtia. Tertiũ erit q̃lẽ certitudinẽ habeat. Quãtũ ad primũ ſciẽdũ eſt ꝙ oĩa dirigunt̃ in ſuos fines per diuinã ꝓuidentiã ꝑ quã cõfert̃ cuilibet rei illud q̄d expedit ad cõſecutionem ſui finis. Finis aũt ad quẽ res create dirigunt̃ eſt duplex. Unus ꝓportionatus nature ad quẽ res creata põt ꝑtingere ꝑ virtutẽ ꝓprie nature et auxilia naturalia. Alius eſt q̄ excedit facultatẽ nature create: et hic finis eſt vita eterna q̄ cõſiſtit in viſione diuina: vt patebit libro. iiij. Oportet ḡ ꝙ ad hũc finẽ natura creata trãſmittatur ab alio dante ſibi vnde poſſit ad talẽ finẽ pertingere: talis aũt trãſmiſſio vocat̃ deſtinatio: ſicut ſagittã tranſmiſſã in ſignũ a ſagittãte dicim⁹ illuc deſtinatã. et quia rões rerũ p̄exiſtũt in deo anteq̃ fiant: ideo ratio talis deſtinationis creature in finẽ ſupnaturalẽ p̄exiſtẽtes in deo ꝓpter anteceſſionẽ ad rem dicit̃ p̄deſtinatio: ſicut ratio ordinis rerũ in

O. finẽ abſolute loquẽdo dicit̃ ꝓuidẽtia. Ex quo patet ꝙ ſolius dei eſt p̄deſtinare: et ſolius creature intellectualis eſt p̄deſtinari. eius eñ ſolius eſt p̄deſtinare cui⁹ eſt creaturã ordinare ad ſupnaturalẽ beatitudinẽ et cõferre ſufficiẽter ꝓmouẽtia in hũc finẽ ſed hoc eſt ſoli⁹ dei: ḡ ⁊c. Decet etiã eũ aliquos predeſtinare: q: ad ꝑfectionẽ vniuerſi ꝑtinet ↄferre aliquib⁹ de vniuerſo remedia vł auxilia q̄b⁹ aſſequãtur optimũ finẽ q̄ eſt in vniuerſo. alioquin ille finis fruſtra eſſet poſſibilis creaturis: ſed optim⁹ finis q̄ eſt in vniuerſo eſt vita eterna: ḡ ad deũ ꝑtinet conferre aliquib⁹ de vniuerſo auxilia q̄b⁹ aſſequant̃ vitã eternã: ſed rõ talis collatiõis in deo p̄exiſtẽs vocat̃ p̄deſtinatio: ḡ ⁊c. Sola etiã creatura itellectualis põt p̄deſtinari: q: ſola eſt capax illi⁹ finis. ſic igit̃ patet primũ.

¶ Scd̃m patet ex primo faciliter. Predeſtinatio eñ ⁊ ꝓuidẽtia differũt dupliciter. Uno mõ ſm̃ magis ⁊ min⁹ cõe: q: ꝓuidẽtia eſt oĩm rerũ ⁊ reſpectu cuiuſcũq; finis. predeſtinatio aũt ſolũ ẽ creature rõnalis et reſpectu finis ſupnaturalis. P. Secũdo 

Scd̃o q: ꝓuidẽtia nõ includit cõſecutionẽ finis: ſed ſolaʒ rõem collatiõis eoꝝ q̄ expediũt ad ei⁹ cõſecutionẽ ſiue finis attingat̃ ſiue nõ. Ex hoc eñ ſolo ꝙ militi dant̃ arma: et clerico liber: ⁊ mercatori pecunia ſufficiẽter eſt eis ꝓuiſum dato ꝙ miles nõ vincat: nec clericus addiſcat: nec mercator lucret̃. Predeſtinatio aũt req̃rit cõſecutionẽ finis: vñ eſt rõ collatiõis eorũ q̄ ſufficiũt ad ↄſequẽdũ finẽ ſupnaturalẽ ⁊ ad ip̄m ꝑducũt: ⁊ hoc eſt q̄d quidã dicũt ꝙ p̄deſtinatio habet adiunctã voluntatẽ cõſequẽtẽ q̄ ſemꝑ implet̃ur. Prouidẽtia aũt habet adiunctã voluntatẽ antecedẽtẽ q̄ nõ ſemꝑ implet̃. et hoc de ſcd̃o. Q. Tertius articulus

¶ Quãtũ ad tertiũ dicendũ eſt ꝙ p̄deſtinatio habet infallibilẽ certitudinẽ: et in gñali. ſ. ꝙ p̄deſtinat⁹ infallibiliter ſaluabit̃: et in ſp̄ali q̄ et quot ſaluabunt̃. Quod ꝓpter rõem adductã prius: diſt. xxxviij. que talis eſt quicũq; ſcit de aliqua cã cõtingẽte et impoſſibili q̄ ſunt: que poſſunt eã impedire ⁊ q̄ impediẽt vel nõ impediẽt: vel ſi ſit indeterminata ſcit q̄ ſunt q̄ eã determinabũt ſcit infallibiliter q̄d eueniet in merito et quid reddet̃ ꝓ premio: ſed de⁹ ſcit infallibiliter que poſſunt determinare liberũ arbitriũ et q̄ determinabũt et q̄ poſſunt ipedire quãcũq; cauſam impedibilẽ et q̄ impediẽt: ḡ ſcit infallibiliter de merito viniuſcuiuſq; et de p̄mio: et hoc ſciẽdo ſcit quis eſt p̄deſtinatus ⁊ quis nõ: quare ⁊c. Hec aũt infallibilitas nõ eſt neceſſitatis ſimpliciter: ſʒ ſolũ ex ſuppoſitione vt prius dictũ fuit cũ ageret̃ de cognitiõe futurorũ cõtingẽtiũ: ꝓpter q̄d nõ eſt cõcedẽdũ ſimpliciter ꝙ p̄deſtinatus neceſſario ſaluet̃: ſed ſub cõditione vel replicatione inq̄ãtũ p̄deſtinatus q̄ eſt ſenſus cõpoſitus: et hec eſt neceſſitas cõſequentie nõ cõſequentis niſi modo quo dictũ eſt. R. Ad pri. principale

¶ Ad primũ argumentũ dicendũ ꝙ deus nunq̃ potuit non p̄deſtinare quẽ p̄deſtinauit: aut p̄deſtinare quẽ nõ p̄deſtinauit: accipiendo cõpoſite: quia vt dictũ fuit prius: hoc eſſet ꝓ eodẽ tẽpore vel ꝓ alio quorũ primũ includit in re cõtradictionẽ. Scd̃m aũt ponit in deo mutabilitatẽ: accipiẽdo aũt diuiſim de poteſtate abſoluta deus põt nunc vere p̄deſtinare quẽ nõ p̄deſtinauit: et nõ p̄deſtinare quẽ p̄deſtinauit: hoc eñ poſſe ſonat ſolũ libertatẽ dei reſpectu talis obiecti: ex hoc aũt nõ tollit̃ certitudo p̄deſtinationis q̄ ponit̃ in ſenſu cõpoſito. S. Ad ſcd̃m

Ad ſcd̃m dicendũ ꝙ liber vite dicit̃ dupliciter quo ad p̄ſens. Uno modo dicitur cognitio diuina de illis q̄ eligunt̃ ad habẽdũ vitã eternã ſimpliciter ⁊ abſolute: et ſic ſoli p̄deſtinati ſcribunt̃ in lib. vite: et q̄ ſic ſcripti ſũt in lib. vite nũq̃ delent̃ ex eo: ſed infallibilit̃ ſaluabunt̃. Alio mõ dicitur liber vite cognitio diuina de illis q̄ ordinant̃ ad habendũ vitã eternã: nõ ſimpliciter: ſed ſm̃ p̄ſentẽ iuſtitiã: et ſic ſcripti ſunt in lib. vite oẽs q̄ q̃nq; ſũt in gr̃a et qui ſic ſunt ſcripti delent̃ q̃nq; ⁊ nõ ſcripti ſcribũt̃ quia contingit habentẽ gratiã eam perdere: et non habẽtẽ poſteã habere: ſed hoc in nullo eſt cõtra cer

titudinē pdeſtinationis q̄ eſt illorū que eligunt̄ ſimpliciter ad habendū vitā eternā. Auctoritates adducte p alia pte que loquūtur de certitudine et neceſſitate pdeſtinationis ſunt intelligende de neceſſitate ſuppoſitionis que non tollit contingentiam ſimpliciter vt frequenter dictum eſt.

A. Ad rōem in oppoſi.

## Queſtio Secunda.

## Vtrum ad deum pertineat aliquem reprobare.

B. Queſti. ij.

Arg. primo

Secūdo q̄ritur de reprobatiōe vtrū ad deū ptineat aliquem reprobare. Et videt̄ q nō: qr nulli debet imputari qd vitare nō pōt: ſed ſi quis eſt a deo reprobatus vitare nō pōt quin pereat: Eccle. vij. Cōſidera opera dei q nemo pōt corrigere quē ille deſpexerit: ḡ ei nō eſt imputandū: ſed hoc eſt incōueniens: ḡ zc. Itē ſicut ſe habet pdeſtinans ad pdeſtinatos ſic reprobās ad reprobatos: ſed deus predeſtinās eſt cauſa ſalutis pdeſtinatorū: ḡ ſi de9 eſt aliquos reprobās erit cauſa dānatiōis eorū: ſ3 hoc eſt falſum: dicente dño Oſee. xiij. Perditio tua ex te iſrael: tantūmodo ex me auxiliū tuū: ḡ deus neminē reprobat. ¶ In cōtrariū eſt qd dicit̄ Mal. pri. Jacob dilexi: Eſau aūt odio habui. Et arguit̄ per rōem: nauta q̄ p ſuā pſentiā eſt cauſa ſalutis nauis per ſui abſentiā eſt cauſa piclitationis ei9: vt d̄r ij. phiſicorū: ſed deus vt pſens alicui per cōtinuitam grām ipm pdeſtinat: ḡ vt abſens alicui p grām ip3 reprobat. ¶ Reſpōſio. Videndū eſt primo quid ſit reprobatio: et poſt hoc facilius patebit qd queritur. Quantū ad primū videt̄ q reprobatio opponatur approbatiōi: ſicut ipa noīa declarāt. approbare aūt et reprobare pōt dicere actum intellectus z actū voluntatis. dicimur em̄ approbare aliqd dictū qn̄ iudicamus illud eſſe verū: et reprobare qn̄ iudicamus illud eſſe falſum: et ſic approbare z reprobare ſunt actus intellectus tam ſpeculatiui q̄ practici: et ſic loquit̄ Aug. quādo dicit q error eſt approbare falſa p veris. Dicimus etiā qn̄q3 approbare qd acceptamus. et reprobare qd refutam9: ita q approbatio z reprobatio ſunt idē qd acceptatio z refutatio: et ſic ſunt actus volūtatis z ptes electiōis: eligēs em̄ acceptat vnum aliis refutatis. Accipiendo ergo primo modo approbationem et reprobationem approbatio eſt iudicium vel ſententia diuina de aptitudine alicuius ad vitam eternam. reprobatio vero eſt iudicium vel ſententia diuina de ineptitudine alicui9 ad vitā eternā: ſed accipiēdo ſcdo modo approbatio ē acceptatio alicui9 ad vitā eternā quā Apoſtolus vocat electionē. reprobatio vero eſt refutatio alicui9 a cōſecutiōe vite eterne. Si vero includat vtrūq3 (vt aliqui volūt) tūc approbatio eſt pulſio aptitudinis alicui9 ad vitā eternā: et ppoſitū ſeu acceptatio illi9 ad eā: reprobatio vero ē pulſio ineptitudinis alicui9 ad vitā eternā z ppoſitū refutādi eū ab ea. Et quo patet q reprobatio nō opponit̄ directe pdeſtinationi: ſ3 alicui antecedēti ad pdeſtinationē: qr reprobatio ſcdo mō accepta opponit̄ electioni mō quo dictū eſt: electio pcedit pdeſtinationē: vt patebit in ſequēti diſt. accepta aūt primo modo opponit̄ approbatiōi q̄ pcedit electionē tāq3 pcluſio cōſilij: z p ɔñs pcedit pdeſtinationē: qr qd ē pri9 priore: eſt pri9 poſteriore: z iō illd qd pcedit electionē pcedit pdeſtinationē. Si aūt accipiat̄ tertio modo (.ſ. p aggregato ex vtroq3) idē ſequit̄: qr totū infert ex ambab9 ptibus ſimul ſūptis. Hec autē plenī9 patebūt poſtea: ſed tātū accipiam9 nūc q reprobatio eſt pulſio ineptitudinis alicui9 ad vitam eternā z diuinū ppoſitū refutādi vel repellendi eū ab ipa: ex hoc patet q ad deū ptinet aliquos reprobare: qr ſicut decet iuſtos pmiari pp ſuū meritū: ſic decet malos excludi a pmio z vlteri9 puniri ppt ſuū demeritū: ḡ ſicut dei eſt illos approbare z acceptare ad gloriā quos ſcit futuros bonos: z quoꝝ p uidit meritū: ita ipſi9 eſt illos reprobare z refutare a cōſecutiōe glie: et pparare ad penā quos ſcit futuros malos: et qꝝ puidit demeritū. Iuxta qd eſt cōſiderandū q reprobatiōis ſunt duo effect9 (.ſ. excluſio reprobi a glia: et reordinatio culpe p penam. Reſpectu pmi de9 ſe h3 i rōe volētis cū illd ſit bonū et iuſtū: ſed nō ſe h3 in rōne faciētis pprie: qr excluſio a glia nō fit pprie p actionē qua aliqd influat: ſed p carētiā actiōis p quā glia influeret: et qr nullus excludit̄ a glia niſi pri9 exclu9 a grā: ideo ali9 effectus reprobatiōis eſt priuatio gr̄e ad quā deus ſe h3 mō cōſili: hec aūt ſubſtractio gr̄e d̄r excecatio qr grā lumē eſt in aīa. Dicit̄ etiā obduratio: qr grā habilitat aīam ad bonū: pp qd cōiter d̄r q deus eſt cauſa excecatiōis z obduratiōis nō immittēdo culpā ſed nō dādo grām. Reſpectu aūt ſcdi de9 ſe h3 in rōe volētis z faciētis: qr ad bonū vniuerſi ptinet q inordinata reordinet: ſ3 malū culpe licet ſit qdā inordinatio a bono rōnis: eſt tñ ordinabile p penā in bonū iuſtitie: ḡ ad deū p vniuerſi pertinet ordinare mala p inflictionē pene: z qr hoc fit p verā actionē iō deus ſe h3 reſpectu hui9 nō tm̄ in rōe volētis: qr eſt bonū z iuſtū: ſed etiā faciētis. ¶ Ad primū argumentū dicendū q reprobus ſimpliciter z abſolute pōt vitare culpas: nō em̄ tollit̄ ab eo libertas arbitrij: et cū d̄r q nemo pōt corrigere zc. Dicēdū q abſolute loquēdo reprob9 pōt corrigi: ſed ſtāte hypotheſi q ſit reprob9 nō debet poni in eſſe q ſit correctus hoc em̄ eēt ponere oppoſita ſimul: et ſic intelligēda eſt illa auctoritas. Ad aliū dicēdū q de9 eſt cā dānatiōis maloꝝ (nō merito) cū meritū dānationis ſit culpa q̄ eſt a nobis nō a deo: z ſic intelligēda eſt auctoritas Oſee: ſ3 eſt cā effectiua dānationis quo ad penam ordinantem culpam et ſubſtractionis glorie modo quo dictum eſt.

Arg. ij. In oppo. C. Reſpōſio ad q̄ſtio. Primus articulus. D. E. F. G. H. I. Ad pri. principale. K. Ad ſcdm.

## Sētentia littere magiſtri in generali & ſpeciali. Diſtinctio. XLI.

L. Sententia in gnali.

Si autē q̄rimus. Superius magiſter determinauit de pdeſtinatiōe in ſe: hic determinat de ipa p cōpatione ad ſuā cām. Et diuidit̄ in duas ptes. Primo determinat intētū. Scdo incidēter inq̄rit vtꝝ ſcia dei aliquo mō diminuat̄. Scda ibi: Poſtea cōſiderari oportet. Prima iſtarū diuidit̄ in duas. Primo determinat veritatē. Scdo excludit errorem. Scda ibi: Opinati ſūt em̄: Et hec ſcda diuidit̄ i duas ſm q remouet duplicē errorē. Scda ibi: Multi vo de iſto pfundo. Scda vo ps pricipal' inq̄rit vtꝝ ſcia dei poſſit diminui: diuidit̄ i duas ptes. Primo mouet q̄ſtionē et ſoluit. Scdo obijcit in ɔtrariū z ſoluit. Scda ibi: Adhuc aūt opponit̄. Et hec ē diuiſio z ſniā lectiōis in gnali. ¶ In ſpāli vero ſic pcedit magr̄ z ponit primo q pdeſtinatio ſub merito nō cadit: obduratio aūt cadit: ſic ſane tñ intelligēdo q [illegible] obduratio-

M. Snia in ſpeciali.

nis nō ipſa preſciētia diuina ſed ſubtractio gratie intelligiť. Aliqui eñ ſuis peccatis merētur vt eis grã nō apponať. Predeſtinatio vero nec quãtū ad illud qḋ eternū eſt nec quãtū ad gratie appoſitionē ſub merito cadit. Poſtea ſubdit ꝙ aliqui opinati ſunt ꝙ ꝓpter futura merita aliqui pdeſtinētur ⁊ reprobenť a deo: et ad hoc adducūt auctoritates Aug. qui videtur dicere ꝙ dñs elegit Jacob ꝓpter fidē futurā ipſi⁹: et nō ꝓpter opera tanq̄ fides eſſet a nobis nō aūt opera meritoria: ſed illa eſſent a ſpiritu ſancto. Sed Aug. poſtea retractauit illud ꝙ fides inter dei munera cōputať ſicut opa: ſed tamen vtrūq̄ dicitur noſtrū: q2 ſine noſtra volūtate nō eſt ⁊ vtrūq̄ dei eſt q2 nō ſine dono dei gratuito. Videť igiť Aug. dicere ꝙ futura fides in Jacob fuit cauſa pdeſtinatiōis ſed ſicut dicit magr̄: Aug. hoc retractauit: q2 iam grã nō eſſet gratia: ſed debitū vbi etiã dicit inter alia ꝙ aliqḋ pcedit in peccatorib⁹ ꝑ qḋ ſunt digni iuſtificatiōe per qḋ nō intēdit dicere ꝙ iuſtificatio ſub merito cadat: ſed ꝙ aliqui nō ita peccãt ꝙ ideo nō mereanť ſibi gratiã non apponi. Poſtea tangit errorē aliorū qui dixerunt ꝙ anime prius peccauerūt ⁊ poſtea ſm merita ⁊ demerita in cordibus quaſi in quibuſdã carcerib⁹ ſunt incluſe: quã opinionē Aug. dicit erroneam eſſe: vnde dicit ꝙ reprobatio dei nō eſt cauſa peccati ſicut pdeſtinatio cauſa boni. Poſtea q̄rit vtrū ſciētia dei poſſit diminui: et reſpōdet ꝙ pſciētia pōt minui: ſciētia vero nō: multa eñ pſciuit q̄ modo nō pſcit q2 nō ſunt futura: ſed oĩe qḋ ſciuit ſcit. Poſtea obijcit in contrariū: q2 me naſciturū pſciuit et modo neſcit: ḡ nō oĩe qḋ ſciuit ſcit: et reſpōdet ꝙ oēm rem quã ſciuit ſcit. Argumentū aūt ꝓcedit de diuerſitate quo ad modum ſciendi: qui importať per enūciabilia. et in hoc terminatur ſententia in ſpeciali.

## Queſtio Prima.

## Vtrum electio præcedat prædeſtinationem: an econuerſo.

A. Que. pri. Arg. prio

Circa diſtinctionē iſtã primo q̄ritur: vtrū electio pcedat pdeſtinationē an ecōuerſo. Et videť ꝙ pdeſtinatio pcedat: q2 actus volūtatis circa finē pcedit voluntatē eorū q̄ ſunt ad finē: ſed pdeſtinatio eſt de fine: electio aūt eſt eorū q̄ ſunt ad finē: ḡ pdeſtinatio pcedit electionē.

Argu. ij. Itē electio ſupponit diuerſitatē inter illa inter q̄ eſt electio: ſed diuerſitas que eſt in hoĩbus ad cōſecutionē beatitudinis pcipue attendiť ſm grãm q̄ eſt effect⁹ pdeſtinatiōis: ḡ videť ꝙ electio ſupponat pdeſtinationē.

In oppo. ¶ Cōtra pdeſtinatio eſt directio creature rationalis in finē ſupnaturalē: ex hoc ſic: quicūq̄ debet aliquē dirigere et aliū nō: debet ipm ſegregare a nō dirigēdo niſi caſualiter opereť: ſed ad pdeſtinationē ptinet directio. ad electionē aūt ſegregatio: ḡ electio pcedit pdeſtinationē.

B. Reſpōſio ad q̄ſtio. ¶ Reſpōſio. Hic ſunt tria vidēda. Primū eſt qualiter electio cōueniat deo. Scōm eſt qualiter ſe habeat ad actus intellectus ⁊ volūtatis gñaliter. Tertiū eſt qualiter ſe habeat ad pdeſtinationē ſpecialiter.

C. Pri. arti. ¶ Quantū ad primū patet dupliciter ꝙ electio eſt in deo. Primo ſic in illo ē electio in quo eſt acceptatio vni⁹ illorū q̄ ſunt ad finē alio refutato: (hec eñ eſt formalis rō electionis) ſed in deo eſt acceptatio vni⁹ creature rationalis ad finē ſupnaturalē alia refutata; multi eñ ſūt vocati pauci vero electi Mat. xx. ḡ in deo ē electio. Scōo ſic in quocūq̄ eſt cōſiliū eſt ⁊ electio: q2 electio eſt appetitus cōcluſionis cōſilij: vt patet ex. iij. ethicorū: ſed in deo eſt cōſiliū quãtū ad certitudinē cōcluſionis cōſilij: licet nō ſit in deo quãtū ad collatiuã inquiſitionē q̄ eſt ꝓpť impfectionē cōſiliãtis q̄ nō ſtatim videt qḋ agendū eſt: ḡ ꝓportionabiliter oportet in deo ponere electionē: ⁊ hãc attribuit ei ſcriptura in q̄ pluribus locis noui ⁊ veteris teſtamēti. D.

¶ Quãtū ad ſcōm ſciēdū eſt ꝙ inter electionē ⁊ ceteros act⁹ intellectus ⁊ volūtatis in deo nō eſt ordo prioris ⁊ poſterioris ſm rem ſed tñ ſm rōem: nã vbicūq̄ eſt ordo prioris ⁊ poſterioris ſm rem ibi eſt realis diſtinctio: ſed inter attributa diuina de quorū numero ſunt electio ⁊ pdeſtinatio ⁊ oēs opationes intellect⁹ ⁊ volūtatis nō eſt realis diſtinctio: ḡ nō eſt ibi realis ordo: ſed ſolū ſm rōem: et hunc debem⁹ cōſiderare ex reali ordine quē habēt act⁹ tales in nobis in quib⁹ differūt ſm rem: vt eñ prius dictū fuit qualē ordinē realē habēt aliqua vbi ſunt diſtincta realiter talē ordinē rōis habēt vbi ſūt diſtincta ſm rōem. E. Secūd⁹ articulus.

F. Eſt ḡ notãdū ꝙ i nobis oēm actū volūtatis pcedit aliquis actus intellectus (dicēte Aug. ꝙ inuiſa diligere poſſum⁹: incognita nequaq̄) act⁹ autē volūtatis de fine pcedit actū intellect⁹ practici quo cōſiliamur de his q̄ ſunt ad finē: q2 finis eſt principiū ex quo in agibilibus ratiocinať intellect⁹ practicus de his q̄ ſunt ad finē. Hunc aūt actū intellectus practici ſequiť electio q̄ eſt appetit⁹ pcōſiliati. cōtingit aūt ꝙ illud cui⁹ ē electio ſit finis q̄rundã aliorū: et ex illo ruſ⁹ rōcinať intellect⁹ practic⁹ de his q̄ ſūt ad illū finē q̄ eſt finis ſub fine: et tūc electio prima pcedit ſm actū intellectus practici: ſed iſte ſcōus act⁹ pcedit ſcōam electionē: ḡ talis ordo eſt in nobis ſz rem.

G. In deo aūt eſt ſilis ordo ſm rōem. quãtū eñ ſpectat ad ꝓpoſitū noſtrū deus primo ſcit ſuã beatitudinē vt poſſibilē nobis cōicari: hanc notitiã ſequiť volūtas cōicandi eã aliquib⁹: ex hac volūtate q̄ eſt finis rōcinať intellect⁹ practic⁹ q̄b⁹ cōicabiť ⁊ quib⁹ nō: et hic actus vocať cōſiliū diuinū. Cui⁹ cōcluſio habet duas ptes. Unã affirmatiuã. ſ. ꝙ talibus cōicabiť q̄ pōt dici approbatio. Et aliã negatiuã. ſ. ꝙ talib⁹ nō cōicabiť q̄ pōt dici reprobatio. hoc aūt cōſiliū ſeq̄ť electio ꝑ quã q̄dã acceptãť ⁊ alij refutanť. cui⁹ ptes poſſunt etiã dici approbatio ⁊ reprobatio: vt dictū fuit i pcedēte diſt. poſſūt eñ ptinere ad volūtatē ſm quãdã ſui acceptionē: adhuc illud cui⁹ eſt hec electio habet rōem finis reſpectu eorū ꝑ q̄ elect⁹ ad talē finē deduceť vſq̄ ad cōſecutionē finis: et ideo ex hoc rurſus cōſiliať intellect⁹ practic⁹ q̄ ſint cōferēda electis vt cōſequãť finē ad quē eliguňť: cōcluſio aūt hui⁹ cōſilij dr̄ pdeſtinatio q̄ nō ē aliud q̄ rō collatiōis eorū q̄ ꝓmouent ⁊ ꝑducūt electos ad beatitudinē. hoc aūt cōſiliū ſequiť vltio electio vl' ꝓpoſitū cōferēdi talia auxilia: et hic terminať ꝓceſſus interioris intētiōis: et in hoc patet ſcōz qḋ fuerat ꝓpoſitū.

H. Tertius articulus. ¶ Ex his patz tertiū. ſ. ꝙ electio ſm rōem pcedit pdeſtinationē: q2 act⁹ intellectus practici ſupponit volūtatē finis ex q̄ ſyllogizat de his q̄ ſūt ad finē ſiue ſit finis vltim⁹ ſiue ſit finis ſub fine: ſz electio eſt volūtas nō qdē finis vltimi: ſed finis ſub fine. pdeſtinatio aūt eſt cōcluſio intellect⁹ practici ſyllogizãtis ex tali fine: ḡ pdeſtinatio ſupponit electionē. Maior de ſe pz: minor etiã pz ex iã dictis. Ratio eñ collatiōis eorū q̄ ꝓmouent in finē ſupernaturalē que eſt predeſtinatio ſumiť ex cōdi-

tione eius qḋ cadit ſub electione ſicut ex fine proxi
mo: et eo em̄ ꝙ creatura intellectualis eligit̄ ad cō
ſequendū beatitudinē oportet ꝙ ei tribuant̄ auxi-
lia ſupnaturalia eleuantia et perducentia ip̄am ad
hunc finē: ideo ⁊c. Iſte ergo videtur eſſe ꝓceſſus
A. ſm rōem in deo: q: pmo vult beatitudinē cōicare
Scḋo cōſiliat̄ quibus cōicabit eam: et p cōcluſionē
cōſilij approbat quib⁹ cōicabit. Tertio illos eligit.
Quarto cōſiliat̄ que auxilia cōferenda ſunt electis
ad cōſecutionē finis: et cōcluſio huius cōſilij eſt pre
deſtinatio. Quinto et vltimo ſequit̄ ꝓpoſitū cōfe-
B. rendi talia auxilia. ¶ Ad pmū argumentū dicen
Ad pri. principale dum ꝙ ſicut patet ex dictis predeſtinatio nō eſt de
fine ſed eſt de ꝓmouentibus in finem: quorū ratio
ſumit̄ ex cōditione eorū qui ꝓmouendi ſunt: et hi
ſunt electi: ideo electio precedit predeſtinationem.
C. Ad ſcḋm dicendū ꝙ electio nō ſupponit diuerſita
Ad ſcḋm tem gratie ſed nature: nō in re ſed in diuina cogni
tione: et facit diuerſitatem gratie per effectum ſe-
quentis predeſtinationis.

## Queſtio Secunda.

## Vtrū predeſtinationis ſit aliqua cauſa præter meram dei voluntatem.

D. Queſt. ij. SEcūdo q̄ritur: vtrū p̄deſtina-
tionis ſit aliqua cauſa p̄ter merā dei vo
Arg. pmo luntatē. Et videt̄ ꝙ ſic: q: iniuſtū ⁊ irra-
tionabile videt̄ dare inequalit̄ equalib⁹
ſed hoīes ſunt equales ad ſuſceptionē gratie ⁊ glo
rie niſi per aliqua opera ipſorū vel aliorū fiant ine-
quales: ḡ iniuſtū et irrationabile eſt dare gratiā et
gloriā quibuſdā ⁊ nō aliis niſi ꝓpter differentiam
operū: ſed volūtas diuina nō pōt eſſe iniuſta ⁊ irra
tionabilis: ḡ diuerſitas operū eſt cā p̄deſtinationis
Argu. ij. aliquorū ⁊ reprobationis aliorū. Itē aliquis pōt
mereri alteri primā gratiā: ergo ⁊ finalē pari rōne:
ſed habere finalē gratiā eſt eſſe p̄deſtinatū: ḡ p̄de-
In oppo. ſtinatio cadit ſub merito. ¶ In cōtrariū eſt qḋ di-
cit Aug. et magiſter in littera ꝙ p̄deſtinatio eſt ex
gratuita dei volūtate quā nulla merita aduocant.
E. ¶ Reſponſio. Pmo dabitur intellectus q̄ſtionis.
Reſpōſio ad q̄ſtio. Deinde reſpondebit̄ ſm illū intellectū. Quantū
ad primū ſciendū eſt ꝙ p̄deſtinatio in vno conſiſtit
Primus articulus. eſſentialiter et aliud habet adiunctū: eſſentialiter
conſiſtit p̄deſtinatio in actu intellectus: eſt em̄ ra-
tio collationis eorū que pducunt electos ad beati-
tudinē (vt prius dictū fuit) habet autē adiunctum:
ꝓpoſitū conferendi talia auxilia. Cū ergo q̄rit̄ de
cauſa predeſtinationis nō querit̄ de cauſa eius qḋ
formaliter importat̄ p p̄deſtinationē: q: hoc eſſet q̄re
re de cauſa cognitionis diuine reſpectu futurorum
cōtingentiū de quo ſatis dictū fuit ſupra. Sed q̄rit̄
de cauſa adiuncti: ſcꝫ quare deus vult cōferre ele-
ctis talia auxilia: ⁊ hoc pōt adhuc eſſe dupliciter: quia
vel pōt queri cauſa actus volūtatis ſeu actus volē
di: vel ipſius rei volite. Si q̄ratur cauſa actus vo-
lendi: q̄ deus vult aliquid nulla eſt q̄ſtio. Si tn̄ in-
telligat̄ de cauſa ſm rē: q: cū velle dei ſit ſua eſſen-
tia non poteſt habere cauſam ſm rem: pōt tn̄ habe
re cauſam ſm rationē: q: ſicut act⁹ in nobis quo vo
lumus ea q̄ ſunt ad finē aliquo mō cauſat̄ ſm rem
ab actu quo volumus finē: ſic eſt in deo ſm rōem
q: ꝓpoſitū quo deus vult alicui dare auxilia pducē
tia ip̄m ad beatitudinē aliquo modo cauſat̄ ſm ra-
tionē a velle quo elegit eū ad talē finē. Ratio enim
vni⁹ ſumit̄ ab altero: vt dictū fuit i precedēte q̄ſtiōe:
loquēdo ḡ de cauſa ſm rem: recurrēdū eſt ad rem
volitā: et ſic ſub q̄ſtione ſolū vertit̄: vtrū effect⁹ pre
deſtinationis p̄ter voluntatē dei liberā habeat in
p̄deſtinato aliquā cauſam: puta merita p̄cedentia
vel ſequētia vel aliquid hmōi. In hoc ergo ſenſu
deducat̄ q̄ſtio: et hoc ſit de primo. Quātū ad ſcḋm F.
qḋ eſt principaliter q̄ſitū ſic ꝓcedit̄. Et primo ponet̄ Secūd⁹ articulus.
illud in quo oēs cōiter cōcordāt: ⁊ videbit̄ qualiter
ſit verū. Et ſcḋo ponent̄ illa in quibus diſcordant
Illud in quo oēs cōiter cōcordāt eſt ꝙ effectus pre
deſtinatōis pōt dupliciter accipi. Uno mō ſm ſuas
ptes. Alio modo ſm ſuā totalitatē. Primo mō fa-
cile eſt aſſignare cauſam effectuū p̄deſtinatōis: ſūt
em̄ ſibi inuicē cauſe. Primus quidē poſterioris in
genere cauſe meritorie. poſterior aūt prioris in ge-
nere cauſe finalis vt conat⁹ ad bonū eſt cauſa me-
ritoria: de cōgruo ⁊ diſpoſitiua ad gratiā ⁊ ecōuer-
ſo conatus habet gratiā pro cauſa finali prima: ſi-
militer gratia ordinat̄ ad opus meritorium vt ad
finē primū et opus meritoriū elicitur a gratia vt a
cauſa pficiente formalit̄ liberū arbitriū cui⁹ eſt me-
reri: et eodē modo dicūt de gr̄a et opere meritorio
reſpectu glorie: q: deus dat alicui gr̄am vt finaliter
cōſequat̄ gloriā: et dat ei gloriā q: meruit p gr̄am.
Si autē accipiat̄ effectus ſm ſuā totalitatē: adhuc G.
hoc pōt eſſe dupliciter: q: vel q̄ritur de cauſa ei⁹ in
particulari: puta quare hūc p̄deſtinat ⁊ illū nō: vel
in vli puta quare quoſdā p̄deſtinat ⁊ quoſdā non:
Si q̄rat̄ cauſa in vli ſolū adhuc pōt reddi: nō q̄dē
ex pte noſtra ſed ex pfectione vniuerſi: et ex mani
feſtatōe diuine bonitatis: ex pte noſtra nō: q: illud
qḋ includit̄ in effectu p̄deſtinationis vt pars ei⁹ nō
pōt eſſe cauſa tot⁹ effectus p̄deſtinationis: alioq̄n
eſſet cauſa ſuiipſius: ſed om̄e bonū qḋ ſit ab aliquo
vel ſit p eo: vel qḋ iuuat eū qualitercūꝗ ad cōſe-
cutionē finis ſupnaturalis ſiue p cauſam ſiue p oc-
caſionē cadit ſub effectu p̄deſtinationis vt ps eius
ḡ nihil qḋ ſit ex pte noſtra pōt eſſe cauſa tot⁹ effe-
ctus p̄deſtinationis. Maior patet: ſed minor decla
ratur: q: ſub effectu p̄deſtinatōis cadit q̄cq̄d ꝓmo
uet ad beatitudinē (vt dictū fuit ſupra) hoc aūt om̄e
bonū qḋ aliq̄s facit vel qḋ p eo fit vel ip̄m ad hoc
diſponit ſiue ſit ex impreſſione celi: ſiue ex occaſione
pſtita exterius: ſiue ex inſpiratione immiſſa interius
ſiue quocūꝗ alio mō homo mouetur ad tendēdū in
beatitudinē: ita ꝙ totū qḋ eſt ex pte noſtra includit̄
in effectu p̄deſtinatiōis: et hec fuit minor. ſequit̄ ḡ
cōcluſio ꝙ ex pte noſtra nō pōt reddi cauſa totalis H.
effectus p̄deſtinatiōis etiā in gnāli. Pōt tn̄ reddi
ex pfectiōe vniuerſi et ex repreſentatiōe diuine pfe-
ctiōis. ex pfectiōe vniuerſi ſic: ad pfectionē vniuer
ſi ptinet ꝙ cōtineat nō ſolū oēs grad⁹ pfectiōis in
natura: ſꝫ etiā oēs grad⁹ bonitatis ⁊ pfectiōis i mo
ribus: ſed vniuerſum nō cōtineret oēs grad⁹ boni
tatis ⁊ pfectiōis in moribus niſi de⁹ quoſdā ex miſe
ricordia ſaluaret et alios ex iuſtitia puniret: ſi enim
oēs ſaluaret deeſſet i vniuerſo bonū iuſtitie punitē
tis: igit̄ pfectio vniuerſi requirit ꝙ aliq̄ p̄deſtinent̄ et
ſaluent̄: alij vero pmittant̄ cadere ⁊ in caſu mane-
re: vt ſic demū damnentur ⁊ puniantur. Item pa-
tet ex repreſentatione diuine perfectionis: q: per- I.
fectius repreſentant diuinam perfectionem om-
nes effectus ſimul ſumpti q̄ȝ aliquis eorum per ſe
ſumptus: et ideo in vniuerſo ſunt diuerſi effectus:

vt ſcdm alium et aliū modum diuina perfectio repñtetur: ⁊ ſicut eſt de partib⁹ vniuerſi gñaliter ſic eſt de creatura intellectuali ſpãliter: nã ſi omnes ſaluarẽtur: aut omnes damnarenť: non tot modis repñtareť diuina pfectio: quoſdam ergo pdeſtinat repñtando bonitatẽ ſuã per modũ miſericordie: Alios vero damnat repñtando pfectionem ſuã per modũ iuſtitie. Hanc viã tangit Aug. de pdeſtinatione ſanctoꝝ dicẽs: nõ põt tñ iuſt⁹ dici deus ſed miſericors: volens ergo de⁹ oſtendere miſericordiã ſuã ⁊ ſuã iuſtitiã alios ſaluat ⁊ alios dãnat: ſic ergo in vniuerſali põt aſſignari cauſa pdeſtinatiõis: et hec ſunt in qbus cõmuniter doctores

R. cõcordãt: de cauſa aũt predeſtinatiõis in particulari nõ ita cõcordãt vt patebit poſtea.

Secũda ps. ij. arti.

Nunc ergo videam⁹ qualiter hec ſint ſane intelligẽda. qđ eñi primo dicť q̄ ſi effect⁹ pdeſtinationis accipiať ſm ſuas ptes: tunc vnus eſt cauſa alterius ⁊ econuerſo: verũ eſt: ſed q̄ vltimo inducit exemplificando de gratia ⁊ gloria nõ eſt ad ppoſitum: qꝛ gloria nõ eſt de effectibus pdeſtinationis. Qđ patet: qꝛ pdeſtinatio nõ eſt de fine: ſed de mediis pueniendi ad finem: ſed gloria ſeu beatitudo (qꝛ nunc p eodẽ accipitur) dicit finem ⁊ nõ mediũ pducẽs ad finẽ: ergo nõ cadit ſub effectu pdeſtinationis. Per idem patet qualiter ſcdm ſit intelligendũ q̄ totalis effectus pdeſtinationis nõ habeat cauſam ex parte noſtra: quia ſi intelligať q̄ nihil eſt in nobis et a nobis qđ ſit cauſa totalis effectus pdeſtinationis per modũ meriti vel diſpoſitionis de cõgruo vel de cõdigno verũ eſt ſicut pbat ratio ad hoc adducta: ſi aũt intelligať q̄ nihil oĩno ſit in nobis neq̄ a nobis neq̄ ab alio qđ ſit aliquo modo cauſa totalis effectus pdeſtinatiõis: falſũ eſt. beatitudo eñi noſtra eſt cauſa finalis totius effectus pdeſtinatiõis: pp̄ter hoc eñi q̄ deus elegit aliquẽ ad beatitudinẽ dat ei illa que pducunt ipm ad eam vt prius dictũ fuit: ſub effectu eñi pdeſtinationis nõ includiť beatitudo: ſed ea que pmouent ad beatitudinẽ quoꝝ beatitudo eſt finis: ⁊ ideo totalis effectus pdeſtinationis põt

L. reddi cauſa finalis: et in gñali ⁊ in ſpeciali. Cauſa eñi quare aliquos pdeſtinat: vel iſtũ. ſ. Petrũ vel Paulũ. eſt: qꝛ elegit eos ad beatitudinẽ: ⁊ hec ſunt

M. intelligẽda de pdeſtinatione: et eius effectu ſtricte et pp̄rie acceptis. Si eñi accipiať large pdeſtinatio put includit pſcientiã ⁊ ppoſitũ diuinũ de toto pceſſu ſalutis noſtre (ſcꝫ voluntatẽ cõicandi beatitudinẽ ⁊ electionẽ illoꝝ quibus eſt cõicanda: et ppoſitum cõferendi auxilia pducentia cũ actibus intellectus iſtis correſpõdentibus: ſic nõ eſt poſſibile q̄ ex parte noſtra aſſigneť cauſa pdeſtinationis quãtum ad totalẽ eius effectũ: qꝛ quicquid eſt in nobis ſiue ſit finis: ſiue pducentia ad finẽ. totum claudiť ſub effectu pdeſtinatiõis ſic accepte: et in hoc ſenſu loquũtur qui poſuẽt ſupradictã opinionẽ ⁊ vere (licet improprie) in eodẽ ſenſu aſſignať cauſa pdeſtinationis in generali ex perfectiõe vniuerſi: et ex repñtatione diuine pfectionis: et illud tolerari poteſt: licet nõ habeat magnã neceſſitatẽ: dicať eñi q̄ illud qđ eſt bonũ ſolũ vt medicina nõ eſt abſolute bonũ: nec ptinet ad pfectionẽ. Perfectior eñi eſſet natura humana ſi nunq̄ infirmareť: et nulla eſſet medicina q̄ cũ infirmať ⁊ habet medicinã: ſꝫ iuſtitia puniẽs eſt ſolũ bonũ vt medicina pp̄t morbũ peccati: qꝛ tolle peccatũ iuſtitia puniẽs nõ eſt bona: ğ iuſtitia nõ ptinet ad pfectionẽ vniuerſi: quia melius eſſet vniuerſum ſine culpa: et iuſtitia puniẽte q̄ cum eis: ſicut natura ſine morbo et medicina: q̄ cum eis. De cauſa aũt pdeſtinatiõis in ſpeciali

N. Alia ps ſcdi arti.

(ſcꝫ quare iſtũ pdeſtinat: illũ aũt nõ) ſi accipiať ſtricte pdeſtinatio põt reddi modo quo dictũ eſt prius pp̄t hoc ei hũc pdeſtinat: qꝛ eũ elegit. Si autẽ accipiať largius pdeſtinatio: ſcꝫ p ſalute hui⁹ et p toto pceſſu quo pducať ad ſalutẽ in quo ſenſu deinceps accipieť: ſic qdã voluerũt aſſignare cauſam pdeſtinationis ex operibus: et iſti ptiti ſunt: quidam

O. Prima opinio. Opinio Origenis.

eñi dixerũt cauſam hui⁹ eẽ merita pcedẽtia in alia vita: vt Orige. qui dicit aĩas hũanas ab initio creatas et in alia vita fuiſſe cõuerſatas: et ſm diuerſitatẽ ſuoꝝ operũ deus dedit vni gratiã ⁊ alij non: et vnã pdeſtinauit aliã autẽ nõ. Hec autẽ opinio

P. Impro. pdi. opi.

nõ ſolũ eſt falſa in ſua radice: qꝛ ponit aĩas creatas ante corpora: et in alia vita cõuerſatas: ſed etiã in concluſione contradicit ſacre ſcripture: Nam Apoſtolus: Ro. ix. loquens de pdeſtinatione Jacob et reprobatiõe Eſau dicit ſic: Cũ eñi nondũ fuiſſent nati: vt aliqđ boni egiſſent: aut mali vt ſm electionẽ ppoſitũ dei maneret nõ ex opib⁹: ſed ex vocante dictũ eſt: qꝛ maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptũ eſt Jacob dilexi: Eſau autẽ odio habui: ergo ſm hoc bona vel mala opera pcedẽtia nõ ſunt cauſa q̄ aliquis pdeſtineť alius autẽ nõ. Et iterũ nos q̄rimus cauſam totalis effect⁹ pdeſtinationis: ſi aũt in alia vita pcederent aliqua merita: illa caderent ſub effectu pdeſtinatiõis: ſicut ⁊ merita iſti⁹ vite: et iõ ex eis nõ poſſet aſſignari cauſa totalis effectus pdeſtinationis.

Q. Secũda opinio.

¶ Alij dicũt q̄ opera ſequẽtia ſunt cauſa pdeſtinationis: vnde deus tribuit vni grãm et alij nõ: qꝛ ſcit eũ bene vſurũ: aliũ autẽ nõ: ſicut rex dat equũ militi quẽ ſcit bene vſurũ equo. Sꝫ iſtđ

R. Impro. pdi. opi.

eſt rudius dictũ: tũ qꝛ nõ eſt ſimile: qꝛ rex nõ dat militi bonũ vſum equi: ſed ſolũ equum: deus aũt non ſolũ dat gratiã: ſed bonũ vſum eius. Tum qꝛ dato q̄ eſſet ſimile: tñ nihil ad ppoſitũ: qꝛ nõ aſſignať cauſa niſi vnius partis effectus pdeſtinationis: ſcꝫ gratie. Nos autẽ q̄rimus cauſam totalis effectus: ideo ⁊c.

S. Opinio doctoris.

¶ Jdeo dicendum q̄ nõ põt in particulari reddi cauſa pdeſtinationis: licet poſſit reddi in vli modo ſuperius expreſſo: non enim pertinet ad perfectionẽ vniuerſi: vel repreſentationẽ perfectionis diuine magis q̄ iſte ſaluetur ⁊ ille damneť q̄ ecõuerſo.

T. Primum exemplũ.

Huius aũt poniť duplex exemplũ: vnum in artificialibus: et aliud in naturalibus. Jn artificialibus eñi videmus q̄ bene põt reddi ratio quare figulus de eadẽ maſſa facit quedã vaſa in honorem (hoc eſt ad honorabiles vſus) alia autem facit in cõtumeliam et ad viles vſus: quia hoc requirit perfectio domus que vtriſq̄ indiget: ſed nulla cauſa reddi poteſt: quare ex hac parte maſſe facit vas in honorẽ et ex alia facit vas in contumeliã (cum tota maſſa ſm ſe ſit ſimilis et vniformis) niſi ſola voluntas artificis.

V. Secũdũ exemplũ.

Similiter in naturalibus quia perfectio vniuerſi bñ requirit q̄ aliqua pars materie ſit ſub forma aque et alia ſub forma aeris alioquin iſta elemẽta non eſſent: et tunc vniuerſũ non eſſet perfectum: ſed nulla ratio reddi poteſt quare hec pars materie ſit ſub forma aque: et illa pars determinata ſit ſub forma aeris niſi ſola voluntas dei creantis: et eodem modo poteſt in vniuerſali reddi ratio quare deus quoſdã ab eterno elegit ⁊ pdeſtinauit: quoſdã aũt non: qꝛ hoc ptinet ad perfectionẽ vniuerſi et ad pleniorẽ repreſenta=

tionē pfectionis diuine: quare istud etiā possit calū
niari modo supradicto: sed in speciali quare istum
elegit ꝛ pdestinauit: illū autē nō: Nulla pōt reddi
ratio pter merā voluntatē dei: pter hoc Aug. re
tractans quedā verba q̄ in littera ponunt. Dicit sic
in lib. de pdestinatiōe sanctorū: taceat humana lin
gua: nec prsus de meritis extollat: q2 diuine volū
tatis est hoc donū: nō humane fragilitatis meritū.
A. Ad pri. principale ¶ Ad primū argumentū cū dicit q iniustū et irra
tionabile videt dare inequaliter equalibus. Dicen
dū q verū est vbi aliquid reddit ex debito: vbi aūt
aliqd tribuit ex sola liberalitate nō est verū: ibi eīm
locū habet: quod dicit Matthei. xx. an nō licet mihi
quod volo facere? an oculus neqꝫ est: q2 ego bo
nus sum: sic autē est in pposito: q2 ex sola liberali
tate dei est q aliquos eligat ꝛ pdestinet: et ideo mi
sericordie est q istū pdestinet: sꝫ nulla iniustitia est
si illū nō pdestinet. Aliud argumētū solū pbat q
B. Ad scdm aliquis particularis effectus pdestinationis (puta
prima gratia: vel finalis) pōt habere causam: sꝫ nō
totalis effectus: et hoc concessum est.

## Questio Tertia.

## Vtrum prædestinatio possit iuuari precibus sanctorum.

C. Quest. iii. Arg. pmo. Deinde qritur: vtrū pdestina
tio possit iuuari pcibus sanctorū. Et vi
det q nō: q2 pdestinatio totaliter depen
det ex volūtate diuina: dicente Aposto
lo Ro. ix. Cuius vult miseret: et quē vult indurat:
sed volūtas diuina nō pōt limitari cuiuscꝫ precib⁹
ergo frustra p pdestinatis vel nō pdestinatis ora
Argu. ii. tur. Item oratio aut fundit p oibus vlīter: aut p
quibusdā specialiter: si pro oib⁹ generaliter frustra
fit: nec exaudit. q2 certū est q nō omes saluabūtur
cū scriptū sit Matthei. xx. multi vocati: pauci vero
electi. Et. xxv. Ibūt hi in supplicitū eternū: iusti aūt
in vitā eternā. Si aūt p quibusdā: aut istud est in
diffinite (scꝫ vt aliqui saluēt) et hoc iterū fit frustra
q2 certū est q aliqui saluabunt: aut hoc est determi
nate q iste Guillermus vel Petrus saluet qd non
In oppo. videt cōueniēs: q2 illud nō habet rōem: sed admi
rationē vt dictū fuit: g frustra fiunt oratiōes. ¶ In
cōtrariū est qd dicit Jacobi vltimo: Orate p inui
cem vt saluemini: sed null⁹ saluabit nisi pdestina
D. Respōsio ad qstio. tus: g pdestinatio iuuat pcibus. ¶ Responsio. Pre
destinatione iuuari pcibus pōt dupliciter intelligi.
Vno modo q pces iuuēt ad hoc q aliquis nō pde
stinat⁹ pdestinet: hoc nō pōt esse: q2 vel hoc eēt p
eodē tpe sic q simul e ēet qs nō pdestinat⁹ ꝛ pdesti
natus: vel p diuersis tēporib⁹: ita q prius esset qs
nō pdestinatus ꝛ postea pdestinatus: sed neutrū
istorū pōt esse: q2 primū iportat cōtradictionē: scdm
aūt importat in pdestināte mutabilitatē: quare ꝛc.
Alio modo pōt intelligi q pdestinatio iuuet nō sic
q nō pdestinat⁹ pdestinet: sed ad hoc q pdestina
tus cōsequat effectū pdestinationis: et tunc distin
guendū est: q2 vel loquimur de totali effectu pdesti
nationis: et sic dico q nō iuuat pcibus cuiuscūqꝫ: q2
in totali effectu pdestinationis includit quicquid iu
uat aut pmouet hominē ad salutē siue pces ppue
siue aliene: et ideo sicut idem non iuuat se ipm sic
totalis effectus pdestinationis nō iuuatur pcibus
E. cuiuscūqꝫ. Vel potest accipi effectus pdestinatiōis
nō fm sui totalitatē: sed fm aliquā sui partē qd est

gratia vel salus huius: et sic pdestinatio iuuatur p
cibus sanctorū. Cuius ratio est: q2 omis causa cui⁹ F.
operatione interueniēte cōplet effectus pdestina
tionis dicit iuuare pdestinationē: sed interueniēti
bus orationib⁹ sanctorū multi effectus pdestinatio
nis cōplent qui alio modo nō complerent: q2 nec pre
destinatū est q alio mō cōpleant: quare ꝛc. Maior
patet: sed minor pbatur: q2 cū pdestinatio sit sub p
uidentia: sicut deus puidet rebus naturalibus me
diātibus causis secūdis sic pdestinat salutē aliquo
rum vel gratiā vt nō eueniat nisi mediantib⁹ cau
sis secūdis que ad hoc pmouēt: inter qs sunt ora
tiones tam ppne q alienae: vnde pdestinatis conā
dum est ad orandū: et ad impetrandum aliorū ora
tiones: et ad bene opandū: q2 p hoc multi effectus
pdestinationis implent: qd pter dr. ii. Petri pri.
Satagite vt per bona opera ꝛc. certā vestrā voca
tionē ꝛ electionē faciatis. ¶ Ad primū argumentū G. Ad pri. principa.
dicendū est q esse pdestinatū totaliter dependet a
volūtate diuina. Totalis etiā effectus pdestinatio
nis ex pte nostra causam nō habet: et ideo his duo
bus modis nō iuuat pdestinatio vt dictū fuit: ali
quis tn̄ particularis effect⁹ pdestinationis bene de
pendet ab aliquo qd est ex pte nostra: ꝛ talis bn̄ iu
uatur pcibus ppriis ꝛ alienis: et tunc nō oram⁹ vt
diuina volūtas imutet: sed vt diuinū volitū p ora
tiones nostras vel alienas tanq̄ p causas medias
impleat. Ad scdm dicendū q siue fiant orōnes p H. Ad scdm
oibus vlīter siue p quibusdam in generali: nō de
scēdēdo ad certas psonas siue fiant p aliquibus
singulariter nō frustra fiunt: cū eīm oramus p oib⁹
generaliter intelligendū est p illis quorū noīa iam
scripta sunt in libro vite: et licet certū sit q hi salua
bunt: tn̄ salus eorū ordinata est euenire mediātib⁹
orationibus. Idē dico qn̄ fit oratio p quibusdā in
generali nō descēdendo ad certas psonas: qn̄ aūt
fit p certis psonis fit vt aliquis effect⁹ pdestinatio
nis cōpleat in eis mediātib⁹ orationib⁹ nostris: li
cet eīm totalis effectus pdestinatiōis in quocūqꝫ nō
habeat causam nisi diuinam voluntatem tamen
multi pticulares effect⁹ cām hn̄t mediāte q̄ implet.

## Distinctio. XLII.

## Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

Nunc de omnipotētia dei. Su I. Sentētia in gnāli.
perius magister determinauit de sciētia
dei. Hic vero determinat de potētia ei⁹
Et diuidit in ptes duas. Primo eīm de
terminat veritatē (scꝫ vlītatē diuine potētie) Scdo
ponit opinionē quorundā limitantiū eā. Scda inci
pit in principio. xliii. dist. ibi quedā vero de suo sen
su. Pria est psentis lectiōis. Et diuidit in tres ptes
Pmo mouet suā qstionē. Scdo eā detminat. Ter
tio obiicit p auctoritatē ꝛ detminat. Scda ibi: qd ei
de⁹ oia. Tertia ibi: ex qbusdā tn̄ auctoritatib⁹. Et K. Snīa in speciali.
hec est snīa lectiōis ꝛ diuisiōis in gnāli. ¶ In spāli
vero sic pcedit. Et qrit pmo qre deus dicat oipotēs
aut q2 oia pōt: aut q2 pōt qcqd vult: postea respōdet
dicēs q de⁹ dr oipotēs: q2 oia pt: oppositū tn̄ ondit
q nō oia possit: q2 nō pōt ambulare loq ꝛ hmōi: ꝛ re
spōdet q huiusmodi suā potētiā nō euacuāt: ista ei
de⁹ opat in nobis. posse vero peccare vl corrūpi nō
sunt potētie sed infirmitatis: ꝛ pcludit q de⁹ dicat

omnipotēs: q2 pōt omnia facere z nihil pati. Poſtea addit auctoritates ꝑ quas videt̃ ꝓbari ꝙ deus dicat̃ omnipotens: q2 pōt q̄cq̄d vult. Et reſpondet ꝙ auctoritates inducunt̃: ad oſtendendū ꝙ voluntas dei nō impediat̃: nō ꝙ in hoc ſolo ſiſtat rō omnipotētie. Et ſubdit ꝙ omnipotēs dr̄: q2 pōt facere q̄cq̄d factibile ē: nō aūt quicq̄d facere vult: q2 ſic eſt oīpotentia vera: nō ergo beat⁹ Petrus z alij ſancti habēt omnipotētiā ſicut deus: q2 licet poſſint quicquid volunt ſe poſſe z ſe facere: tamen nō poſſunt facere quicq̄d volunt fieri: ſed de⁹ pōt facere q̄cq̄d vult fieri: z quicq̄d vult ſe poſſe. Quicq̄d eīn vult ꝑ ſe facit vel ꝑ creaturā ſubiectā. Hanc etiā potētiā quā pōt haber ꝑ ſuā naturā nō ſic autē habet potentiā creatura: fili⁹ aūt dei potentiā habet tam per ſe q̄ per ſuā naturā q̄uis habeat eam a patre. zc.

## Queſtio Prima.

## Vtrum potentia ſit in deo.

L. Que. pri. Arg. pro — CIrca diſtinctionē iſtā primo q̄ritur: vtrū potētia ſit in deo. Et videt̃ ꝙ nō: q2 ſi in deo eſt potētia vel eſt ꝯiuncta actui vel nō: ſi nō: cū potētia ꝑficiat̃ per actū: alioq̄n potētia dei eēt imꝑfecta qđ ē incōueniēs. Si autē ſēꝑ eſt actui cōiūcta creature fuiſſent ab eterno qđ ſilit̃ eſt incōueniēs: q̄re zc. (Argu. ij) Itē ſm philoſophū .ix. metaphiſice in bonis act⁹ eſt melior potētia: ſed deo ſolū eſt attribuendū id qđ melius eſt: ḡ deo debemus attribuere actū z nō potentiā.

(In oppo.) ¶ In cōtrariū eſt qđ dr̄ Luce pri. Fecit mihi magna qui potēs eſt: z arguit̃ q2 omne qđ agit: agit ꝑ aliquā potentiā actiuā: ſed deus eſt cauſa agēs reſpectu omniū rerū: ḡ zc.

M. Reſpōſio ad q̄ſtio. — ¶ Reſpōſio. Potētia diuidit̃ ab Ariſtotele .v. metaphiſice in actiuā z paſſiuā. Actiua eſt principiū tranſmutādi aliud ſm ꝙ aliud. Paſſiua vero eſt principiū tranſeūdi ab alio ſm ꝙ aliud: et potentia quidē paſſiua nō pōt vlius diffiniri: ſi ꝓprie ſumat̃ z poſitiue vocādo tranſmutationē deductionē alicui⁹ de eſſe informi ad formatum: ſed potētia actiua pōt vlius diffiniri ſic ꝙ potētia actiua eſt principiū ꝓducēdi aliud ſm qđ aliđ q̄ eīn ꝓducunt̃ per ſimplicē emanationē nullo ſuppoſito ꝓducunt̃ quidē per potentiā actiuā agentis ſed nō per trāſmutationē alicui⁹ p̄ſuppoſiti: vnde in eis nō eſt potentia paſſiua ꝓprie z poſitiue accepta: ſed tantū negatiue: ſcʒ nō ꝓhibitio ad eſſe: ꝓpter qđ nō omī potētie actiue reſpōdet potētia paſſiua ꝓprie accepta: ſed tantū potētie actiue naturali quā ſolā intēdit diffinire philoſoph⁹. Ex quo patet ꝙ potētia actiua ordinat̃ ad influēdū aliquid alteri et nō ad recipiendū aliquid in ſe. Potētia vero paſſiua ecōuerſo ordinat̃ ad recipiendū aliq̄d in ſe et nō ad influendū aliquid alteri. Hoc ſuppoſito

N. — dicendū eſt ꝙ in deo eſt potētia actiua: nō autē potentia paſſiua. Primū patet ſic: illud qđ importat ꝑfectionē ſimpliciter in entitate z actualitate eſt deo attribuendū: ſed habere potentiā actiuā importat ꝑfectionē ſimpliciter in entitate z actualitate: ḡ zc. Maior de ſe patet. minor declarat̃: q2 nihil agit niſi ſm ꝙ eſt in actu: actus autē ille eſt ꝑfectior z potior quo aliquid eſt in ſe formaliter: et cōtinet aliud virtualiter: q̄ ille quo aliquid eſt in ſe formaliter: ſed nihil cōtinet virtualiter: habens autē potentiā actiuam per illam eſt actu in ſe aliquid formaliter: et ꝑ eam cōtinet aliud virtualiter: ḡ habere potentiam actiuā importat ꝑfectionē in entitate et actualitate et hec fuit minor. Item qđ mouet nullo modo exiſtens mobile et agit nullo modo exiſtens agibile puriſſime habet potētiā actiuā: nam qđ mouet motum vel mobile z qđ agit ab alio tamen actū cū potētia actiua per quā mouet z agit habet potentiā paſſiuā per quā mouet̃ et patit̃: cū ergo deus maneat ſūme immobilis exiſtēs: et agat nihil oīno patiens: patet ꝙ in deo eſt puriſſime potētia actiua. (O.) Secundū ſic pʒ: cōuertēdo primā rōem: illud qđ importat imꝑfectionē et diminutionē in actualitate z entitate nō cōuenit deo: ſed habere potentiā paſſiuā eſt huiuſmodi: ḡ zc. Minor declarat̃: q2 eſſe in potētia ad recipiendū aliq̄d in ſe eſt ex defectu entitatis et actualitatis quā dat et illđ qđ in ipo recipitur: vñ talis potētia ſiue ſit ſeꝑata ab actu ſiue cōiuncta actui de ſe eſt imꝑfecta z indigens perfici ꝑ aliud: et hec fuit minor: ſequit̃ ergo cōcluſio. Ex quo patet ꝙ reſpectu actuū eſſentialiū z intrāmanentiū non eſt in deo potētia realiter: neq3 actiua neq3 paſſiua. Non actiua: q2 actus eius nō tranſit in materiā exteriorem: intelligere autē z velle nō tranſeunt. Nec paſſiua: q2 illa oīno nō eſt in deo: vt ꝓbatū eſt. Reſtat ergo vt potētia ſit in deo tātū reſpectu actuū tranſeuntiū in aliud. aliud dico vel ſuppoſito tātū: vt ſūt potētia generandi z ſpirandi: vel aliud ſuppoſito et natura qđ eſt ꝓprie aliud de qua ſolū nunc attendimus.

(P. Ad pri. principale) ¶ Ad primū argumentū dicendū ꝙ potentia actiua dei eſſentialiter accepta ad excludendū potentiā generādi z ſpirādi: de quibus nunc nō loquimur (q2 de eis ſatis dictū eſt in p̄cedētibus) non ſemꝑ eſt cōiuncta actui: q2 tūc ſequeret̃ ꝙ res fuiſſent ab eterno: vt ꝓbatū fuit ſupra: di. xxxviij. z qđ dicit̃ ꝙ potētia nō cōiuncta actui eſt imꝑfecta. Dicēdū eſt ꝙ verū eſt de potētia paſſiua q̄ eſt ad recipiēdum actū in ſe: nō aūt de potētia actiua q̄ nō eſt ad recipiendum aliquid in ſe: ſed ad influendum aliquid alteri: et ideo actus eius non perficit eam vel agens: ſed actum vel paſſum qđ nō perficitur nec agit̃ niſi potētia agentis cōiungatur ſuo actui. (Q. Ad ſcđm) Per idē pʒ ad ſcđm: q2 phūs loquit̃ ibi de potētia q̄ ſe hʒ ad actū receptiue et hec eſt paſſiua vel ad ipam reducit̃. Hāc aūt nō ponim⁹ i deo: ſʒ actiuā tm̄: idō zc.

## Queſtio Secunda.

## Vtrum potentia dei ſe extendat ad omnia que ſunt aliis poſſibilia.

(R. Queſt. ij. Arg. pro) SEcūdo q̄ritur: vtrū potentia dei ſe extēdat ad oīa q̄ ſunt alijs poſſibilia. Et videt̃ ꝙ nō: q2 agere ſequit̃ eſſe: ſed de⁹ nō eſt qđ alia ſunt: ḡ nō pōt agere alia qđ poſſunt. (Argu. ij) Itē deus nō pōt moueri nec mori nec peccare: et tñ creature talia poſſunt: ḡ de⁹ nō pōt q̄cq̄d alia poſſunt.

(In oppo.) ¶ Sed cōtra oīs potētia deriuat̃ a diuina (ſm illud Ro. xiij.) non eſt poteſtas niſi a deo: ſed q̄cq̄d eſt in effectu veri⁹ et ꝑfecti⁹ eſt in cauſa: ḡ q̄cq̄d pōt q̄cūq3 potētia creata: veri⁹ pōt illđ potētia diuina. (Secūdo) Itē videt̃ ꝙ de⁹ poſſit nō ſolū illa q̄ ſūt creaturis poſſibilia: ſʒ etiā illa q̄ ſūt eis impoſſibilia: q2 de⁹ pōt facere q̄cq̄d pōt dici (iuxta illđ Luc. pri. nō erit impoſſibile apud deū oē verbū) ſʒ ea q̄ ſunt nature impoſſibilia poſſunt dici: ḡ poſſūt a deo fieri.

(S. Reſpōſio ad q̄ſtio.) ¶ Reſpōſio. Videnda ſūt duo q̄ tangunt̃ in argumētis. Primū ē q̄lit de⁹ poſſit ea q̄ ſūt nature poſſibilia. Scđm ē q̄lit poſſit ea q̄ ſūt nature impoſſibilia

A. Arti. i. ¶ Quantū ad primū ſciendū eſt ꝙ cum in deo nō ſit potētia paſſiua: ſed tm̄ actiua vt oſtēſum fuit: iō poteſt deus facere quicquid reſpiciat potentiā actiuam ſolum: qđ aūt reſpicit potentiā paſſiuā ſoluz: vl ſimul cū actiua paſſiuā nō ē deo poſſibile.

B. ¶ Primum patet ſimili rōe vt prius: qꝛ quicquid importat dignitatē ⁊ pfectionē totum eſt deo attribuendū: ſed creare actiue quodcūqꝫ creabile ptīet ad dignitatē: et perfectionē: (perfecti enim eſt agere) ergo iſtud eſt deo attribuendū.

C. ¶ Secundū ſic patet. amota cauſa amouet effect⁹: ſed a deo remouet oīs potētia paſſiua: ergo ab eo remouet oīs effect⁹ vt reſpicit potētiā paſſiuā: ita ꝙ in ipſum nō poteſt reduci vt in paſſiuū: igit effectus qui requirunt in eo cui attribuunt potētiā paſſiuā ſolū vel cū actiua paſſiuā nō poſſunt deo attribui illo mō. Talia aūt ſunt oīa que ſonāt in tranſmutari: vel in acquiſitionē eſſe: aut amiſſionē. De his eīn eſt idē iudiciū qꝛ generatio vnius eſt corruptio alteri⁹. Vn̄ deus non pōt ambulare vel currere: qꝛ iſta requirūt in eo in quo ſunt potentiā paſſiuā cū actiua (mouent enī ſeipſa) ⁊ ideo ſunt mouentia et mota: nec de⁹ poteſt mori aut corrumpi: qꝛ hec importāt amiſſionē eſſe prius habiti: ⁊ ita tranſmutationē que eſt ſm̄ principiuz paſſiuum ⁊ ſic de ſimilib⁹. Hec tamē licet nō conueniant deo ſubiectiue ſunt tm̄ in aliis a deo effectiue.

D. ¶ Peccare aūt cū cōſiſtat in actu iteriore reſpectu cuius in deo nulla eſt realis potentia: vt pbatum fuit ex rōne alicui⁹ potētie: nō poteſt deo attribui: nec etiā ſic: qꝛ peccare eſt deficere a rectitudine rōis: defectus aūt ⁊ imperfectiōes nō poſſunt deo attribui: iō ⁊c. ⁊ ſic pꝫ primū.

E. Scđus ¶ Quantū ad ſecundum .ſ. vtrū deus poſſit facere que ſūt nature impoſſibilia. accipiēda eſt quedā diſtinctio poſſibilis quā ponit philoſoph⁹. v. meta. ⁊ eſt ꝙ poſſibile dr̄ dupliciter. Uno mō ſm̄ aliquā potentiā actiuā vel paſſiuam: ſicut dicimus ꝙ poſſibile eſt igni ꝙ calefaciat et manū: ⁊ poſſibile ē manui ꝙ calefiat ab igne: qꝛ in vno eſt potentia actiua: in alio autē eſt paſſiua: ⁊ per oppoſitū dr̄ aliquid impoſſibile pp̄ter defectū talis potētie: ſicut impoſſibile eſt hominē volare. Alio modo dr̄ aliquid poſſibile nō ſm̄ aliquā potentiam: ſed abſolute ſm̄ hitudinē terminoꝝ qui ſibi inuicē nō repugnāt: ſicut poſſibile eſt hominē eē animal: vel triangulū hēre tres: ⁊ per oppoſitū dr̄ aliquid impoſſibile ex repugnātia terminoꝝ: vt ternariū eſſe parē: vel idē ſimul eſſe ⁊ nō eſſe: et q̄cunqꝫ ex natura terminoꝝ cōtradictionē iportant.

F. ¶ Hoc ſuppoſito dicēdū ꝙ deus poteſt quecunqꝫ ſunt poſſibilia ſcđo mō quīs ſint ipoſſibilia primo modo: ⁊ impoſſibilia nature: que aūt ſunt impoſſibilia ſecundo mō (ſcꝫ qꝛ cōtradictionē implicant ex natura terminorū) non ſunt deo poſſibilia: nō propter diminutionē: vel imperfectionē diuine potētie ſed pp̄ter incōpoſſibilitatē que eſt in re.

G. ¶ Primū pꝫ qꝛ ſicut potētie limitate: ⁊ contracte ad certū genus ⁊ ad certā ſpeciē reſpondet p obiecto poſſibile limitatū ⁊ cōtractū ad certū genus et ad certam ſpeciē ſic potentie illimitate nec cōtracte ad gen⁹ aut ſpēm reſpondet poſſibile illimitatū nec cōtractum ad genus: aut ad ſpeciē: ſed potētia diuina non eſt limitata aut cōtracta ad genus aut ad ſpeciem: ergo nec poſſibile ei correſpōdens. tale autē eſt poſſibile dictū ex hitudine terminorū. Iſtud ei ſub ſe cōprehendit primū poſſibile: ⁊ vltra hoc pōt in oī gñe et in oī ſpecie formari. Poſſe ergo diuinum ſe extēdit ad poſſibile ſic dictū: Poſſe autē nature non: ſed tm̄ ad poſſibile cōtractū: ſic ergo deus pōt facere illa que ſunt nature ipoſſibilia: que tamē cōtradictionē nō implicāt. ¶ Secūdū pꝫ: qꝛ illa non ſunt factibilia ſimul quoꝝ poſitio vnius eſt remotio alterius: et ecōuerſo (alioquin ſimul idē poneret ⁊ nō poneret: fieret ⁊ non fieret:) ſed illa que implicāt cōtradictionem ſunt hmōi: qꝛ negatio remouet affirmationem: et ecōuerſo quare ⁊c. Poteſt ergo deus quicqđ cōtradictionē nō implicat: ⁊ quia multa ſunt impoſſibilia nature: non ſolū q̄ ad genus facti: vt hominē volare: ſed etiā q̄ ad modum faciendi (vt ꝙ immediate de trunco fiat vitulus: vel ꝙ ſubito ⁊ in inſtāti de infirmo fiat ſanus) que tamē nō implicant cōtradictionē vel repugnātiam intellectuum: iō oīa talia ſunt deo poſſibilia: et per eandē rōnem deus pōt facere oēm effectuz ſine cauſis ſecundis agentib⁹: qꝛ cauſa ſcđa efficiens nō eſt de intellectu effectus.

H. Ad prim principale. ¶ Ad primū argumentū dicēdū ꝙ agere ſupponit eſſe nec ex hoc debet cōcludi niſi ꝙ deus pri⁹ intelligit habere eſſe q̄ alia producere ſi debita forma arguendi ſeruet ſi tm̄ forma que in argumento ponit toleret poteſt dici ꝙ deus eſt illud qđ alia ſunt nō formaliter: ſed virtualiter inq̄tū ſunt in eo oīm pfectiones: ⁊ hoc ſufficit ad hoc vt poſſit in oīm actiones que ſic ſūt ꝙ nullo mō ſunt defectus vel paſſiōes.

Ad ſcđm. I. Ad ſcđm patet ſolutio ex dictis in corpore ſolutōis.

Ad ra. in oppoſitū. Primuz argumētū qđ eſt alterā ad partē cōcedat: qꝛ p nobis eſt. ¶ Ad ſcđm dicendū ꝙ illud qđ implicat cōtradictionē nō pōt eſſe verbuz: qꝛ nullus intellect⁹ poteſt concipere contradictoria ſimul eſſe (vt patet ex quarto meta.) verbū aūt primo ⁊ per ſe pertinet ad intellectū: de aliis eīn non dicitur niſi per comparationem ad verbum intellectuale: ideo ⁊c.

## Sententia litteræ in generali & ſpeciali. Diſtinctio. XLIII.

K. Sētentia in gñali. **Quidam vero de ſuo ſenſu.**

Superi⁹ determinauit magiſter de vniuerſalitate diuine potētie: hic vero excludit errorem limitantiū diuinā potentiā ⁊ primo q̄tū ad facienda: Scđo q̄tū ad qualitatem faciendoꝝ. Secūda incipit in principio. xliiii. diſti. ibi. nunc reſtat. Prima eſt pñtis lcōis. Et diuiditur i tres partes. Primo pōit opinionē. Secūdo pōit cōfirmationē. Tertio manifeſtat rōnem. Secunda ibi. Itaqꝫ ſuā opinionē. Tertia ibi. fatemur itaqꝫ Secunda iſtaꝝ diuidit in duas partes. primo confirmat illoꝝ opinionē per rōes: ⁊ illis rōib⁹ reſpondet. Scđo per auctoritates et illis reſpōdet. Secūda ibi. His aūt ſcrutatores illi. Et hec eſt diuiſio ⁊ ſententia lectōis in generali.

L. In ſpāli. In ſpeciali aūt ſic pcedit: et primo dicit ꝙ quidā limitare volūt dei potentiam eo ꝙ nō poteſt dimittere quin faciat ea q̄ facit. Poſtea dicit ꝙ predicti cōfirmant hec multis rōnibus. quarū prima eſt ꝙ non poteſt deus facere niſi qđ iuſtum et bonū eſt fieri: ſed non eſt bonū et iuſtū fieri niſi qđ facit: ergo nō poteſt facere niſi qđ facit. Secūda aūt rō talis eſt. non poteſt deus aliquid facere niſi qđ iuſtitia eius exigit: ⁊ iuſtitia ei⁹ nō exigit: ꝙ faciat niſi qđ facit: ergo ⁊c. Et reſpōdet magiſter ad iſtas duas rōnes: ꝙ ppoſitiones iſte hñt duplicē intellectū: vel ſenſum. vnū vt iuſtū et iniuſtū referant ad pñs tēpus ſub hoc ſenſu nō

poteſt deus niſi qđ iuſtum eſt facere: vl' qđ iuſtitia
eius exigeret ſi faceret: ⁊ ſic ſunt vere: nec ↄcludũt
limitationem diuine potẽtie. Tertia rõ talis eſt
non põt de⁹ facere vel dimittere niſi qđ debet: ſed
nõ debet facere niſi qđ facit: nec dimittere niſi qđ
dimittit ergo ⁊c. Et rñdet magiſter ꝙ verbũ hoc
debet: in diuinis nõ cadit ꝓprie: qꝛ nulli eſt debi-
toꝛ: ſi tamẽ ſane accipiat diſtinguende ſunt ſicut et
premiſſe: quia poteſt hẽre duplicẽ intẽtionẽ. Uno
modo ꝙ de⁹ nõ poteſt facere niſi qđ vult ⁊ ſic ẽ fal
ſa: vel ſic ꝙ de⁹ nõ poteſt facere niſi qđ debitũ (.i.
cõueniens eſſet ſi faceret) ⁊ ſic eſt vera. Quarta rõ
talis eſt. de⁹ nõ poteſt facere: vel dimittere: niſi qđ
facit ⁊ dimittit ergo ⁊c. Et ſoluit dicens ꝙ diſtin-
guenda eſt maioꝛ rõis huius ſicut ⁊ alie: qꝛ poſſũt
verba accipi: vel tempoꝛe determinato: vl' ↄfuſo.
Quinta rõ talis eſt. nõ poteſt de⁹ facere niſi quod
preſcit a deo: ſed nõ preſcit ſe facturũ niſi quod fa
cit: ergo nõ poteſt facere niſi qđ facit. Et reſpõdet
magr̃ ꝙ ꝑ ea q̃ dicta ſunt de preſcientia pꝫ ſolutio
rõnis. Poſtea inducit auctoꝛitates ad opinionẽ cõ
firmandã per quas videt̃ ꝓbare ꝙ voluntas dei ⁊
potentia ſunt equales: ergo nõ poteſt niſi qđ vult
Et reſpondet ꝙ in deo idem ſunt voluntas ⁊ potẽ
tia: ⁊ q̃ſtum ad hoc dici poſſunt equalia: tamẽ plꝛa
ſubſunt potentie q̃ꝫ voluntati. Ultimo cõcludit ve
ritatem dicẽs ꝙ nõ eſt ita limitata potentia dei q̃n
poſſit multa facere que nõ facit. Et ad hoc addu-
cit multas auctoꝛitates: ſane tñ dicit hec eſſe intelli
genda: ita. ſ. ꝙ nulla nouitas in deo intelligat̃ ⁊c.

## Queſtio. I.

## Vtrum potentia dei ſit infinita.

M
Que.i. Irca diſtinctionẽ iſtã primo
Argu.i. querit̃. Utrũ potentia dei ſit infinita. Et
videt̃ ꝙ non: qꝛ illđ qđ eſt meli⁹ eſt deo
attribuendum: ſed finitũ eſt meli⁹ infi-
nito cũ dicat habitũ: illud vero priuationẽ ergo ⁊c.
Item oẽ quod ab alio excedit̃ eſt finitũ: ſed po-
Scdo. tentia dei excedit̃ a ſciẽtia ſua: plura em̃ ſcit q̃ꝫ poſ-
ſit facere: ſcit ei mala que tñ facere nõ poteſt: ergo
⁊c. In contrarium eſt qđ in pſalmo dr̃ magnitu
In op. dinis eius non eſt finis: in deo aũt nõ eſt magnitu
Rñſio do molis: ſed potentie vel virtutis: g̃ ⁊c. Rñſio,
R. primo dabit̃ intellectus q̃ſtionis: et ſcđo iuxta itel-
Arti.i. lectũ datũ inquiret̃ de cõcluſione. Quantum ad
primũ ſciendũ eſt ꝙ queſtio non querit de infinita
te ẜm durationẽ: qꝛ ſic poſſunt eſſe infinita: vel in
finite virtutis oĩa itranſmutabilia: ad hoc eĩ vt ali
quid duret in infinitũ ſufficit ꝙ ſit natum ſemꝑ ꝑ-
manere in eadẽ diſpoſitiõe: talia aũt ſunt oĩa itrãſ
mutabilia inq̃ſtũ hmõi vt angeli: ſol: celũ: et hmõi
⁊ foꝛtioꝛi rõe de⁹: intelligit̃ g̃ de infinitate potẽtie
in vigoꝛe que nõ reperit̃ in aliqua creatura (nõ em̃
eſt aliquis caloꝛ infinite intẽſus: nec aliqua virtus
creata eſt infinite intenſa) Hanc aũt infinitatẽ po-
tentie attribuunt deo. ⁊ philoſoph⁹. viii. phiſicoꝛũ
O. (vt q̃dã dicũt) ⁊ theologi: ⁊ hoc de primo. Quã-
Secũd⁹. tũ ad ſecundũ videndũ eſt qualiter hec concluſio
in qua ↄueniũt ꝓbet̃ ⁊ de rõne quidẽ philoſophi
quã ponit. viii. phi. ſcꝫ ꝙ de⁹ eſt infinite virtutis:
qꝛ mouet tp̃e infinito: clarũ ẽ ꝙ nihil valꝫ: cũ ẜꝫ iꝑm
ãgel⁹ moueat celũ tp̃e infinito cui⁹ virt⁹ nõ ẽ iſini
ta vigoꝛe: licet poſſit eſſe infinita duratione. Nos
autẽ querim⁹ de infinitate vigoꝛis: niſi foꝛte quis

diceret ꝙ de⁹ poſſet mouere coꝛpus infinitũ ſi eẽt:
ſꝫ an infinitũ coꝛpus ſit poſſibile dubiũ eſt ſicut de
ꝓpoſito: ⁊ ſi eſſet nõ ꝓbat philoſoph⁹ ꝙ poſſet mo-
ueri a deo: ſed potius videt̃ innuere oppoſitũ. iii.
phiſi. et primo celi: ⁊ mũdi. Rationes autẽ quib⁹ P.
hoc ꝓbant aliqui moderni theologi ſũt iſte. Pri Rõ.i.
ma talis eſt. illud qđ nõ eſt limitatũ ad genus: ⁊ ad
ſpeciem eſt illimitatum: ⁊ infinitũ: ſed potẽtia dei
cũ ſit ſua eſſentia non eſt limitata ad genus: et ad
ſpeciem: ſed comprehendit oĩm generũ ⁊ oĩm ſpe-
cierum ꝑfectiones: ergo ⁊c. Maioꝛ ſupponit̃ ſcꝫ ꝙ
oẽ limitatũ eſt in certo genere: ⁊ certa ſpecie: ⁊ ha-
bet diffinitionẽ que a philoſopho (dr̃ terminꝰ) quin
to metaphiſice. minoꝛ declarat̃ nã tũc dicit̃ aliquid
limitari ad gen⁹ q̃ñ ei ↄuenit tñ id qđ foꝛmalit̃ im-
poꝛtat ratio gñis: ⁊ nõ plus niſi aliquid ei addatur
Ex hoc em̃ aliqua eſſentia dr̃ limitata ad gen⁹ ſub
ſtãtie: qꝛ per eã hꝫ aliq̃d tm̃ ꝑfectionẽ ſubſtãtie ⁊ ni
hil plus niſi aliq̃d aliud addatur: puta q̃ñtitas: vel
qualitas. Et ſimiliter aliquid dr̃ limitari ad ſpeciẽ
ſub gñe: q̃ñ per eſſentiã ſuã ſolum habet illud qđ
foꝛmaliter impoꝛtat̃ in rõne ſpeciei. Unñ ſi eſſet ali-
qua vna qualitas per quã homo bene ſe hẽret ad
ſcire: et bene in reſiſtendo ꝑaſſionib⁹ timoꝛis tal
non eſſet limitata nec ad ſpeciem ſcientie: nec ad
ſpẽm foꝛtitudinis. Ex hoc ſic arguit̃. illa eſſentia q̃
vna exiſtẽs includit quicq̃d ꝑfectionis ſimpliciter
eſt in quocũq; genere vl' ſpecie eſt illimitata ad ge
nus et ad ſpeciem: ſed eſſentia diuina eſt hmõi: qꝛ
in ipſa nullo addito eſt quicq̃d perfectionis eſt in
quocunq; genere: per ipſam em̃ de⁹ eſt ſciens: iu- Q.
ſtus: volens: ⁊ oĩa alia que ſimpliciť impoꝛtant ꝑ- Rõ.ii.
fectionẽ quare ⁊c. Secunda ratio talis eſt: ⁊ ſu-
mitur ex mõ agendi ſic: potentia tanto maioꝛ eſt
in vigoꝛe q̃ſto min⁹ ſupponit: ſed de⁹ i infinitũ mi
nus ſupponit q̃ꝫ quecunq; virt⁹ creata: qꝛ quelibet
virtus creata ſupponit aliquid: de⁹ autẽ nihil: ali-
quid autẽ ⁊ nihil diſtant in infinitũ: ergo virtus dei R.
eſt in infinitũ maioꝛ in vigoꝛe q̃ꝫ quecũq; alia virt⁹ Rõ.iii.
Tertia rõ talis eſt. ſicut ſe hꝫ particulare agens
equiuocũ ad finitatem ſui particularis effectus ſic
ſe habet vniuerſale agens equiuocũ ad oẽm limi
tationem: ⁊ finitationẽ: entem: vel poſſibilẽ in q̃-
cunq; effectu: ſed agens particulare equiuocũ ex
cedit finitatem ſui effect⁹: ⁊ q̃ſtum ad hoc poteſt di
ci infinitum ẜm quid: qꝛ non claudit̃ intra limites
ſpeciei ſui effect⁹ ſicut agẽs vniuocũ: ergo ſimilit̃
agens vniuerſale equiuocũ qđ eſt deus excedit ſic
oẽm finitatem entẽ: ⁊ poſſibilẽ in quacũq; re quod
poteſt vere dici ſimpliciter infinitum: quia nõ clau
ditur intra quodcũq; genus aut ſpeciem cuiuſcũq;
generis. Quicquid ſit de cõcluſiõe: rõnes tamẽ S.
iſte licet habeant ꝓbabilitatẽ nullã tamẽ hñt neceſ- Impro
ſitatẽ. prima non: qꝛ maioꝛ poſſꝫ rõabiliter negari:
non em̃ videt̃ neceſſariũ ꝙ illud qđ nõ eſt limitatũ
ad genus et ad ſpeciẽ: ſed cõtinet oĩm generũ ꝑfe-
ctiões ſit infinitũ ſimpliciter: qꝛ qđ excedit aliquod
finitum nõ oꝫ ꝙ ſit infinitũ: ſed ſufficit ꝙ ſit finitũ
maius: nunc eſt ita ꝙ nõ ſolũ illud qđ continetur
in vno gñe finitum eſt: ſed quicq̃d cõtinet̃ in oĩbus
generib⁹: plura em̃ que ſunt finita in numero: ⁊ qđ
libet eſt finitũ in ſe nõ poſſunt conſtituere aliquod
infinitum: talia aũt ſunt p̃dicamenta: qꝛ quodlibꝫ
includit perfectionẽ finitã: ⁊ ſunt etiã finita nũero:
qꝛ decem tm̃: ergo qđ includit oĩm generũ ꝑfectio-
nes non eſt infinitum ſed poti⁹ finitũ: ⁊ ſi eas cõti

neret eminentiꝰ nõ ↄcluditur niſi ꝙ ſit finitũ maiꝰ.
¶ Scḋa etiã rõ non videt̃ neceſſitatẽ hr̃e: qꝛ illḋ
A. quod poteſt cõuenire deo: ⁊ creature nõ arguit in-
Improb. finitatem potẽtie (alioquin creatura poſſet eſſe iſi-
ſcḋe rõis nite potentie) agere autem nullo ſuppoſito poteſt
competere creature (vel patebit in ſecũdo libro: ergo
⁊c. Eſto etiã ꝙ non poſſet cõicari creature ꝙ age-
ret nullo ſuppoſito ex parte ſubiecti: adhuc argu-
mentum nõ valet: qꝛ nihil nõ eſt in infinitũ minus
aliquo: qꝛ ei qḋ nihil eſt: nõ poteſt cõpetere ꝙ ſit mi
nus quocunqꝫ alio: nec ens ⁊ nihil diſtant in infini
B. tum vt pleniꝰ deducet̃ in ſecundo libro. ¶ Terna
Improb. ratio deficit in illo i quo ⁊ prima qꝛ ſicut illud quod
tie rõnis excedit perfectione huiꝰ ſpeciei nõ eſt infinitũ ſim
pliciter ſic ꝙ excedit oẽm ꝑfectionem entẽ: ⁊ poſſi
bilem in oĩbus generibus et ſpeciebꝰ: nõ opoꝛꝫ ꝙ
ſit infinitũ ſimpliciter: ſed ſufficit ꝙ ſit finitũ ma-
ius. Dicam enĩ ꝙ oẽ ens eſt finitũ tam creatũ ꝙ̃ in
creatũ: ſed increatũ tanqꝫ principiũ ⁊ cauſa equiuo
ca excedit in perfectiõe quẽlibet effectũ per ſe ſum
C. ptum ⁊ omnes ſimul ſumptos. ¶ Aliter ergo ꝓbã
da eſt ſupradicta concluſio ſic. deus poteſt ꝓduce
re infinitum actu: ⁊ ſimul vel ſucceſſiue ⁊ in poten
tia: ergo potentia dei eſt infinita: ꝓbatio añceden
tis ⁊ cõſequẽtie. Antecedẽs patet qꝛ deꝰ poteſt fa
cere quicquid non implicat cõtradictionẽ vt patet
ex ſupradictis: ſed infinitũ eſſe actu: ⁊ ſimul vel ſal
tem ſucceſſiue: et in potentia in ſpeciebus rerum:
vel indiuiduis ſpecierꝝ nõ implicat ↄtradictioneꝫ
ergo ⁊c. Minoꝛ pꝫ de ſe ꝙ̃tũ ad vltimũ membrum
(.ſ. ꝙ ꝓceſſus rerꝝ in infinitum ſucceſſiue: et in poten
tia in indiuiduis ſpẽrũ ſit poſſibilis) hoc enĩ ponũt
oẽs et neceſſe eſt ponere cũ cõcedat̃ ab oĩbus ꝙ de
us poſſet cõſeruare mundũ in infinitũ ſicut eſt ⁊ in
hoc ꝓbata eſt tota minoꝛ cũ ſit diſiunctiua: ⁊ nihilo
minus oſtendet̃ in ſequentibꝰ quid veritatis hñãt
reliqua duo membra. Conſequẽtia pꝫ ſi enĩ deus
poteſt producere aliquid qḋ ſit infinitũ actu ⁊ ſimul
patet ꝙ potentia eiꝰ eſt infinita: qꝛ illa potẽtia ẽ ma
ioꝛ in vigoꝛe que poteſt ſimul plura ꝓducere ꝙ̃ il-
la que ſolum poteſt paucioꝛa: ergo illa que poteſt
infinita actu ꝓducere eſt in infinitũ maioꝛ quacun
qꝫ virtute creata que nõ põt actu ⁊ ſimul niſi i finita
ſi igit̃ potentia diuina ſe extendat ad hoc ꝙ poſſit
ꝓducere infinita actu: ⁊ ſimul pꝫ: ꝙ ipſa eſt ſimpli
D. citer infinita. Patet ergo ↄñã ꝙ̃tum ad primũ ar-
ticulũ añcedentis. patet etiã ꝙ̃tum ad ſecundũ .ſ.
ꝙ ſi deus poteſt facere infinita ſucceſſiue: ⁊ in po-
tentia ꝙ virtus eius eſt infinita: qꝛ proceſſus rerũ
in infinitũ eſt poſſibilis vel ſꝫ gradꝰ ſpecie differẽ
tes: vel ſaltem ſm numerũ: ſed vtroqꝫ mõ opoꝛꝫ
ꝙ potentia dei ſit infinita: ergo ⁊c. Probatio mino
ris ꝙ̃tum ad duas eiꝰ partes: ⁊ primo ꝙ̃tũ ad pri
mã: ſi enĩ ꝓceſſus creaturarum eſt poſſibil' in infi-
nitum ſm diuerſos gradꝰ ſpecificos clarꝝ eſt ꝙ po
tentia dei eſt infinita in vigoꝛe: qꝛ ꝙ̃to potentia po
teſt in plura ſm ſpeciem tanto oꝫ ꝙ ſit maioꝛ ⁊ vir-
tuoſioꝛ ſicut eſt aſcenſus in ꝑfectiõe ſpecierꝝ: ſi ergo ꝓ
ceſſus rerꝝ ſm ſpeciem eſt poſſibilis in infinitũ ſeq
tur ꝙ potẽtia diuina ſit infinita: alioqn haberet ſta
E. tũ in ꝓducendo ſpẽs: nec poſſet vltra perfectio-
rem producere: ſi vero iſte ꝓceſſus nõ ſit poſſibilis
ſꝫ tñ ille qui eſt ſm nũerꝝ quẽ oẽs cõcedũt. adhuc
videt̃ idem ſequi qꝛ aliquid eſſe cauſam infinitoꝝ
numero ſucceſſiue poteſt eẽ dupliciter. Uno modo
ꝙ aduenientibꝰ poſterioꝛibꝰ prioꝛa recedãt a ſua cã-
ſalitate. Et ad hoc ſufficit potẽtia infinita duratione
dato ꝙ non ſit infinita vigoꝛe. Pluralitas enĩ effe
ctuũ ſolũ non arguit maioꝛem vigoꝛẽ: ſed eũdeꝫ
permanentẽ. hoc enĩ mõ ſol eſſet cã infinitoꝝ ſuc-
ceſſiue ſi motꝰ ſemper duraret. Alio mõ poteſt ali
quid eẽ cauſa infinitoꝝ ſucceſſiue: ſic ꝙ aduenien-
tibus poſterioꝛibus prioꝛa maneant ſub ſua cauſa
litate: et ſic poſſe in plura requirit maioꝛem vigoꝛẽ
ꝙ̃ poſſe in paucioꝛa. Ex hoc ſic arguit̃. illa virtus F.
que poteſt in plura quotcũqꝫ datis: ſic ꝙ aduenien
tibus poſterioꝛibꝰ prioꝛa non recedant eſt infinita
in vigoꝛe. Hec pꝫ qꝛ ſicut poſſe ſic in plura arguit
maioꝛem vigoꝛẽ ſic poſſe in plura quotcũqꝫ datis
arguit maioꝛem virtutẽ quacũqꝫ finita data: ⁊ hec
neceſſario eſt infinita: ſed virtus vel potẽtia dei ẽ G.
hmõi: ergo ⁊c. ¶ Contra tamẽ rõnem iſtaꝫ inſtat̃ Inſtat̃ cõ
dupliciter. Primo qꝛ iſta ratio vt videt̃ quibuſdaꝫ tra pd. ra.
non ꝓbat ꝙ potentia diuina ſm rõnem potẽtie ſit
infinita ſimpliciter: ſed ſolũ ſm quid: niſi ponat̃ ꝙ
deus poſſit ꝓducere infinita ſm ſpeciẽ ſaltem i po
tentia et ſucceſſiue: qḋ probant ſic. ſicut eſſentia nõ
eſſet infinita ſimpliciter ſm rõnem eſſentie ſi eſſet
determinata ad aliquã ſpeciem dato ꝙ eſſet infini
te intenſa in illa ſpecie: vt ſi poneremꝰ caloꝛem in-
finite intenſum ſic nulla potentia eſſet infinita ſim
pliciter ſm rõnem potentie niſi poſſit in infinita ob-
iecta non ſolũ ſm numerꝝ qꝛ talia limitata ſunt ad
ſpeciem: ſed oꝫ ꝙ ſint infinita ſm rõẽs ſpecificas.
¶ Sed iſtud nõ valet. qḋ patet accipiẽdo cõtrariũ H.
medium eiꝰ qḋ aſſumũt ſic. ſicut ſe habet infinitas Solutio
eſſentie diuine ad perfectiones abſolutas ſic ſe hꝫ de. i. p. iſt.
infinitas potentie ad infinitatẽ poſſibilium vt ipſi-
met accipiũt: ſed infinitas eſſentie diuine non req̃
rit ꝙ includat infinitas ꝑfectiones abſolutas ſm
rõnem ſpecificã differentes: immo perfectiões q̃
ſunt in deo (ille .ſ. quas ſimplicit̃ melius eſt habere
ꝙ̃ eis carere) ſunt finite multitudĩe: ſed ex hoc ſo-
lo eſſentia diuina dicit̃ infinita: qꝛ ↄtinet iſinite vt
ſic loq̃mur oẽs perfectiones abſolutas poſſibiles
ꝙ̃uis ille ſint finite ſm multitudinẽ: ergo ſimiliter
infinitas potentie diuine non requirit ꝙ poſſit i in-
finita poſſibilia ſpecie differẽtia: ſed ſufficit ꝙ poſ-
ſit in oĩa poſſibilia dato ꝙ ſint finita multitudine
formali et ſpecifica: dũmõ poſſit in ea infinito mõ
qḋ eſt tñ ſub ſingulis ſpeciebꝰ multiplicabilibꝰ: ⁊ nõ
tm̃ ſub vna vt arguebatur: poteſt infinita ꝓducere
ſucceſſiue: ſic ꝙ aduenientibꝰ poſterioꝛibus prioꝛa
non recedãt a ſua cauſalitate. ¶ Ex quo patet re- I.
ſponſio ad rõnem eoꝝ qꝛ qua rõne deꝰ poteſt ꝓdu
cere infinita actu in aliqua ſpecie eadem rõne ⁊ in
quolibet multiplicabili: Propter qḋ ſicut cõtinet in
finite imꝑfectionẽ vniꝰ ſpeciei: ita ⁊ cuiuſlibet. nõ
ſic autẽ eſſet de caloꝛe ſi eſſet infinite intenſus: vel
de eſſentia diuina ſi eſſet limitata et finita ad ſpe-
ciẽ: qꝛ ſolum cõtineret ꝑfectionẽ vniꝰ ſpeciei tm̃: et
iterꝝ cum deus vna ſimplici eſſentia cõtineat oẽm
ꝑfectionẽ ⁊ non ſm aliud ſi ꝓbatur infinitꝰ in vna K.
perfectione ꝓbat̃ ſimpliciter infinitꝰ in oĩ poſſibili. Inſtat̃ ſc̃.
Ex hoc patet ꝙ predicta inſtantia nõ valet. ¶ Se
cundo poteſt ſic inſtari. infinitas effectꝰ arguit infi
nitatem cauſe ſolum ꝓpoꝛtionabiliter: ſꝫ ponẽdo
ꝓceſſum rerꝝ poſſibilẽ in infinitũ ſucceſſiue: ⁊ i po
tentia non ponit̃ in effectibus aliquid infinitũ actu
ſed ſolum in potentia hoc mõ (.ſ. ꝙ datis quotcũqꝫ
poſſibile eſt dare plura.) ergo vt videt̃ tal' infinitas
nõ arguit aliquã cãm eẽ actu iſinitã: ſꝫ ſolũ ꝙ data

L. quacunq; cauſa finita poſſibile eſt dare ꝑfectiores:
Solutio. nunq̃ tamẽ deueniet ad aliquã infinitam. ¶ Et
dicendũ ꝙ infinitas talis eſt ponẽda in cauſa qua-
lis poteſt concludi ex effectu: et nõ ſolũ qualis eſt i
effectu. In hoc enĩ attendit ꝓportio inter cauſam ⁊
effectũ: in alio autẽ magis attendit ſimilitudo q̃
ꝓportio: ex infinitate aũt ſucceſſiua in effectibus q̃-
lem ponim⁹ deo poſſibilẽ ſequit deũ eſſe actu ⁊ ſim-
pliciter ĩfinite potentie quare ⁊c. Aſſumptũ decla-
rat: q: licet in accipiendis quotcũq; datis poſſibile
ſit dare plura quecũ ſi dent non erũt infinita nihilo-
minus ſi ĩ cauſis acceptis ẽ dare aliq̃d cui nihil poſ-
ſit equari in virtute q̃tumcunq; ꝓcedat in accipiẽ-
do ſub ipſa vna poſt aliã neceſſario ipſa eſt actu infi-
nita natura ⁊ idẽ eẽt in effectib⁹. ſi enĩ eſſet dare ali-
quam multitudinẽ actu ad quã non poſſet deueni-
et in potentia: qꝛ idee que actu ſunt in deo nõ ſolũ ſunt ſpecierum que nũc ſunt: ſed oĩm que eẽ põt: vt em̃ patuit ſupra. diſt. xxxix. deus ſcit et neceſſitate nature habitudines reꝝ inter ſe ꝛ ad deum ſȝ omnem compoſitionẽ ꝛ diuiſionem poſſibilẽ: ꝛ iõ ſcit ab eterno neceſſario nececeſſitate abſoluta: et non ſolũ ex ſuppoſitione que ꝛ quot ſpecies poſſũt imitari eſſentiam ſuã ſub rõne idee. propter quod neceſſario habet oẽs ideas quas aliquo modo poteſt habere. ꝓbata eſt ergo perfecte minor. ſequitur ergo concluſio. ¶ Itẽ ſicut deꝰ ꝓbatur eſſe prima F.
cauſa ex ordine cauſaꝝ per ſe: ita probatur eſſe prim ꝛ ſumme perfectum ex ordine perfectionũ ſpecificarum: ſed prima probatio nulla eſſet: ſi in cauſis efficientibus eſſet proceſſus in infinituȝ: ergo nec ſecũda ſi ſit in perfectionibus ſpecificis poſſibilis proceſſus in infinitũ: et ita videtur ꝙ non poſſunt eẽ ſpecies reꝝ infinite: etiam ſucceſſiue. ¶ Ad rões G.
in oppoſitum reſpondendũ eſt: Et ad primũ argumentum qđ probat proceſſum in infinitum eẽ poſſibilẽ in gradibus ſpecieȝ: qꝛ ſpecies ſunt ſicut numeri. Dicendũ ꝙ ſimilitudo non eſt ad ꝓpoſituȝ: Ad prim pncipale.
qꝛ proceſſus in infinitũ in numeris non eſt per acceſſum ad vnitatem cũ ſit dare numerum ꝓpinquiſſimum vnitati (.ſ. dualitatẽ:) ſed eſt per receſſum a dualitate: ecõtrario proceſſus qui ponitur in infinitum in ſpeciebus rerum nõ eſt per receſſum eoruȝ a deo cũ ſit dare infimam ſpeciem maxime diſtantem a deo: ſed ponitur per acceſſum ad deum. Propter quod in nullo eſt ad ꝓpoſitum. Dictum ergo Dionyſii non eſt intelligendum ꝙ̃tum ad infinitatem: ſed ꝙ̃tum ad compoſitionem: qꝛ ſicut numeri ꝙ̃to plus diſtant ab vnitate, tanto incidunt in maiorem compoſitionẽ: ſic res create ꝙ̃to plꝰ diſtant a deo tanto ſunt compoſitiores: ſi vero ex alio ſumeretur argumentũ (ſcȝ ꝙ qꝛ ſpecies numerorum ꝛ figurarum ꝓcedunt in infinitum: ſic poteſt eſſe in ſpeciebꝰ ſubſtantie: ꝛ alioꝝ generum) nõ valet qꝛ figure et numeri non dicunt ſm ſe aliquam naturam: ſed modos reꝝ qui variari poſſunt in infinitum abſqȝ variatione rerum ſm ſpecieȝ: vt numeri variantur per ſolam pluraficationẽ indiuiduorum ſub ſpecie et figure per variam poſitionẽ partium: Figura em̃ nõ eſt aliud ꝙ̃ talis vel talis poſitio partium in toto: nec dicit aliquã rem ſm ſe niſi modum rei qui eſt ordo partium qui variari poteſt in infinitũ in nulla natura ſpecifica variata: et iõ ꝓceſſus figurarũ in infinitũ nõ arguit ꝓceſſũ naturaꝝ ſpecificaꝝ in infinitũ. ꝛ per hoc pȝ ad ſecundum.

## Vtrum deus poſſit facere vniuerſum meliꝰ ꝙ̃ fecerit. Queſtio. III.

H. Que. iii. Arg. i.

TErtio queritur vtrũ deꝰ poſſit facere vniuerſuȝ meliꝰ ꝙ̃ fecerit. Et videtur ꝙ nõ qꝛ oĩ bono nihil põt eẽ meliꝰ (qꝛ qui oẽ dicit nihil excipit) ſȝ vniuerſum includit omne bonum: ergo vniuerſo nihil poteſt eſſe melius: quia nec aliõ. ¶ Itẽ bonitas eoꝝ Secũdo

que ſunt ad finem penſatur ex fine: ſʒ vniuerſum ordinatur ad finem quo non poteſt eſſe melior: ſcʒ ad deū: ergo ſimiliter vniuerſo nihil poteſt eē melius. ¶ In contrariū arguit̄: qꝛ bonitas toti⁹ depē-
In op. det ex bonitate partiū: ſed partes vniuerſi poſſūt eſſe meliores ꝙ̄ ſint: et extenſiue quia plures: ⁊ in-
I. tenſiue ꝙ̄tū ad bonitates accidētales: ergo ⁊c. ¶ Re-
Rñſio. ſponſio. Uniuerſum poteſt accipi tripliciter. Uno modo ꝓut includit oē ens increatū, ⁊ creatū: qḋ ē
Priō dr̄ actu: ⁊ qḋ in potentia: ⁊ ſic nō loquimur nūc de vni-
vniuerſū uerſo: qꝛ conſtat ꝙ tali vniuerſo nihil poteſt eē melius: qꝛ includit oē bonū qḋ eſt: ⁊ qḋ eſſe poteſt: et
Secūdo. de hoc ꝓcedit pꝛimū argumentū. Alio mō accipit̄ vniuerſum ꝓut includit oē ens actu increatū: ⁊ creatum: ⁊ ſic dicunt aliqui ꝙ vniuerſo ſic accepto nihil pōt eſſe melius: qꝛ in eo includit̄ de⁹: ſi cuʒ mille
M. mūdis: vel cū mūdo meliorato nō eſt aliqd meli⁹
Opīo.i. ſe ſolo. qḋ probat̄ pꝛimo: qꝛ maior eſt cōparatio pū-
Rō.i. cti ad lineā ꝙ̄ bonitatis cuiuſcꝫ create entis ⁊ poſſibilis ad bonitatē diuinā: ſed linea ⁊ punct⁹ ſimul non ſunt aliqd mai⁹ ꝙ̄ ſola linea: ergo bonitas diuina cū oī bonitate creabili: ⁊ creata nō eſt aliquid
L. meli⁹ ſeipā ſola ¶ Secūdo qꝛ hoc videt̄ dicere ſcri-
Rō.ii. ptura Exo. xxxiii. oñdā tibi oē bonū qḋ nō eſſet ſi
M. alia cōnumerata cū ipſo conſtituerent aliqḋ totuʒ
Imp.o. melius: quare ⁊c. ¶ Iſtud autē videt̄ mirabile licʒ eñ bonitas diuina nō meliorет̄: nec deterioret̄ bonitate creaturaꝝ addita: vel ſubſtracta: tamen oīno videt̄ ꝙ duo bona: vel plura bona ſint aliquid melius ſaltē extēſiue: ꝙ̄ vnū illoꝝ: maxime qñ in vno nō includit̄ alteꝝ formaliter ſicut in hoīe includitur rationale: propter quod homo et rationale nō ſunt plura entia: nec plura bona ꝙ̄ ſolus homo: ſed bonum diuinum: et bonū creatū ſunt plura bona ſicut plura entia: nec bonū creatū includit̄ in bono increato formaliter: et in actu: ſed ſoluʒ cauſaliter ⁊ in potētia: ergo vt videt̄ bonū diuinū: ⁊ bonum creatū ſunt aliquid melius ſaltē extenſiue ꝙ̄
N. ſolū bonū diuinuʒ: nec aliquis ſane mentis poteſt
Ad rō.i. concipere ꝙ duo non ſint plura vno. ¶ Primum argumētū de linea ⁊ puncto nihil valet: qꝛ aut pūctus eſt ſola priuatio vlterioris continuationis in linea et ita nihil ponit ſuper lineā: aut ſi punctus ſit aliquid poſitiuum non tamen eſt ꝙ̄tus. Propter quod nihil ꝙ̄titatis addit ſuper lineam: ⁊ ideo nō eſt mirum ſi linea cum puncto non eſt maior: quia linea et pūct⁹ nō ſūt plura ꝙ̄ta: ſed res creata quedam bonum eſt: Alioquin deus creando mundū nihil boni feciſſet: nec ſcriptura dixiſſet Gene. i. Uidit deus ꝙ eſſet bonū: ⁊ ait faciamus ⁊c. Propter qḋ bonum creatum additum bono diuino ſunt aliquid melius extenſiue altero ſolo. ¶ Ad aliud di-
O. cendum ꝙ deus oſtendendo ſe beatis oſtendit a-
Ad ſcḋaʒ lia in ſe: ⁊ ideo oſtendit omne bonū creatum ⁊ increatum: ⁊ non ſe ſolum. ¶ Tertio modo accipit̄
Tertio vniuerſum ꝓut ſolū includit omne ens creatū qḋ
mō dicit̄ eſt actu: ⁊ creabile qḋ eſt in potētia. ⁊ ſic queſtio po-
vniuerſū teſt dupliciter intelligi. Uno modo vtrum de⁹ poſſit facere vniuerſum oīno aliud ſʒ ſpeciem qḋ ſit
P. iſto mundo melius. Alio modo vtrum deus poſſit facere vniuerſuʒ quod nūc eſt melius ꝙ̄ modo ſit. Primo modo intelligendo quodcūcꝫ dicendū eſt ꝙ non: Cuius ratio eſt: qꝛ quecunqꝫ incidūt in vnum ordinem per ſe pertinent ad vnum vniuerſum. Uniuerſum eñ dicit vnuʒ per aggregationē omnium habentium inter ſe: ⁊ per ſe ordinem: ſʒ omnes ſpecies entes: et poſſibiles habent inter ſe ordinem quare ⁊c. Minor probatur qꝛ ſicut ſpecies nūerorum neceſſario habent inter ſe ordinem ſic ⁊ ſpecies rerū: vnde ſi eſſet poſſibile ꝙ deus produceret nouas ſpecies ſuper ſupremum angelū: vel aliquas corporeas preter eas que nunc ſunt: ſi ille que nunc ſunt non ſe habeant immediate neceſſario inciderent in eundē ordinem cum illis que nūc ſunt ⁊ pertinerent ad idem vniuerſum. ex quo pʒ ꝙ licet deus poſſet facere plures mūdos: ſolo numero differentes: non tamē ſpecie: qꝛ oēs ſpecies in vnum ordinem coincidūt. ¶ Si vero queſtio intelligatur ſecundo modo (ſcʒ vtrum deus poſſit facere vniuerſuʒ qḋ nunc eſt melius vel ſimile ſʒ ſpe- Q.
ciem melius ꝙ̄ iſtud ſit: quia eadem queſtio eſt. ¶ Sic dicendū eſt ꝙ cū vniuerſum ſit vnum aggregatione continens plures partes habentes ordinē inter ſe: ⁊ ad finē (quēadmodū exercitus vt dicit̄ in fine. xii. metaphiſice) bonitas eius conſiſtit in tribus. ſ. in bonitate partium: et ex bono ordīe earum inter ſe ⁊ ex bono ordine earum ad finem. Et de R.
his tribus dicetur: ⁊ pꝛimo de bonitate partiū: hec eñ poteſt meliorari extenſiue ꝓductione plurium partium: vel intenſiue perfectione preexiſtentium: extenſiue productione plurium partium: ꝙ̄tum ad indiuidua ſm̄ omnes: ſed qꝛ indiuidua nō ſunt principales partes vniuerſi: ideo de hac melioratiōe non intendunt mouentes hanc queſtionem: ſed ꝙ̄tum ad productionem nouarum ſpecierum non bene conſtat an poſſit meliorari: quia cum ſpecies reruʒ poſſibiles ſint finite (vt patet ex precedēte queſtiōe) incertū eſt an oēs ſint ꝓducte an nō. qꝛ ſi oēs ſint producte vt eſt ſatis probabile: qꝛ nulla rō eſt quare quedā eſſent producte ⁊ alie nō tunc non poteſt meliorari vniuerſum per productionē nouarum partiū. Si vero non oēs ſint ꝓducte: tunc ꝓductione earum poſſet meliorari vniuerſum: ſed melioratum ſe haberet ad ſeipſum vt nunc eſt: ſicut totum ad partem. ¶ Si vero agat̄ S.
de melioratione per intenſionem bonitatis partiū nunc exiſtentiū ſic meliorari non poteſt quo ad bonitatem ſubſtantialē (vt pʒ ex precedēte queſtiōe) ſed quo ad bonitatem accidentalē: conſtat ꝙ partes meliorari poſſunt: ⁊ per ꝯñs totum: ſic tamen (vt qdam dicūt) ꝙ oēs partes meliorentur: Alioquin ſi quedam meliorarentur ⁊ quedam nō: vel omnes: ſed non proportionabilit̄ non remaneret harmonia inter partes ꝙ̄tum requirit bonitas vni- T
uerſi. ¶ Iſtud autem non intelligo niſi iſta proportio habeat valde magnam latitudinem quia conſtat ꝙ tota natura humana in ſtatu innocentie in quo inſtituta fuit: fuit melior accidentalit̄: et ꝙ̄ ad animam ꝙ̄ nunc ſit: et tamen terre partes vniuerſi nō fuerunt proportionabilit̄ meliores ꝙ̄ nūc ſint: celum enim et planete: etiam ſtelle non fuerunt melioris conditionis ꝙ̄ nunc: nec omnia elementa: (ſaltem ignis ⁊ aqua) et forte idem eſt de multis mixtis: ergo vel tunc non erat proportio inter partes vniuerſi: vel non eſt nunc: ⁊ ita vel mundus non fuit bene inſtitutus: vel nunc non bene procedit: quia non proportionabiliter nec harmonice: quorum neutrum eſt verum: Non ergo requirit bonitas vniuerſi ꝙ omnes ſpecies eius ſemper ſe habeant in eadem proportione

quo ad bonitates accidentales: Alioquin ſi tota
vna ſpēs que forte reperit tm̄ in vna parte mūdi
alteraret in meliꝰ: vel in peius ſicut forte frequēter
fit: oporteret oēs alias cōſimiliter alterari: vel ſol
ueret frequēter ꝓportio ⁊ bonitas vniuerſi: quod ē
A. abſurdū. ¶ Dicēdū ergo ꝙ deꝰ poteſt meliorare vni
Opinio. uerſuꝫ meliorādo partes eiꝰ oēs: vel quaſdā ſoluꝫ
vel vnā tm̄: nec ꝓpter hoc ſoluit harmonia vniuerſi:
q̄ principaliter cōſiſtit in gradu ⁊ ꝓportiōe bonita
tum eēntialiū que variari nō pnt. Secūdario autē
conſiſtit q̄ntū ad eſſe nature in curſu ⁊ habitudine
quā hnt res inferiores inter ſe ſm impreſſionē cor
porum celeſtiū: et hec hitudo nunꝙ̄ mutat ſm na
turā: qr licet varient impreſſiones celi reſpectu di
uerſarū partium mūdi ꝓpter motū ſol' ⁊ planetaꝝ
in circulo obliquo: tm̄ hoc nunꝙ̄ mutat ſm natām
quin inferiora regant ⁊ ordinent ſm ſupiora ea tm̄
que bene ſe hnt ſm hunc modū per potētiā diuinā
meliora eſſe pnt: oīa ſimul: vel quedā ſolum. vel vnū
tm̄: ⁊ quicquid hoꝝ fieret melioraret vniuerſuꝫ q̄
ad bonitatē accidentalem partiū: qr illa ſecūdaria
bonitas poteſt recipere intenſionē: ⁊ alteriꝰ boni-
tatis accidental' additionē: nec tn̄ propter hoc pi-
ret prima bonitas ⁊ ſi periret recōpenſaret per ali-
quid melius: qr deꝰ poteſt facere ſine cauſis ſecū-
dis quicquid facit cū eis: ⁊ adhuc ampliꝰ: ⁊ ſic patꝫ
B. qualiter vniuerſum pōt meliorari melioratiōe par
tium ſm ſe. ¶ Utrū aūt poſſit meliorari q̄ntum ad
ordinē partiū inter ſe. patꝫ ꝙ nō: loquēdo de ordi
ne quē habent q̄ntū ad gradus ſubſtantiales ⁊ ſpe
cificos qui non recipiūt intenſionē: nec remiſſionē
nec additionē vel ſubſtractionē intrinſecā quicquid
ſit de additione extrinſeca nouaruꝫ ſpecieꝝ: de q̄
dictum eſt prius. loquendo aūt de ordine quē hnt
in accidentibus ſm impreſſionē ſuperioꝝ corpoꝝ
(vt pote) ꝙ grauia tendūt deorſum: ⁊ leuia ſurſuꝫ
⁊ ibidē cōſeruant: ſic videt ꝙ talis ordo: vel hitudo
poſſit meliorari: poſſent eīn grauia efficaciꝰ: ⁊ per
fectius conſeruari deorſum: ⁊ leuia ſurſum ⁊ ſimi
liter eſt in hitudinibus aliarū rerum. ¶ Quātum
C. autē ad ordinē reꝝ in finem: bonitas huius ordi-
nis conſiſtit in fine: ⁊ in efficacia aſſequendi fineꝫ:
q̄tū ad finem ipꝫ ordo ille meliorari nō pōt: qr ad
meliorē finē vniuerſum ordinari nō pōt ꝙ̄ ad deū
ſed q̄tū ad efficaciā aſſequendi finē illū (cū aſſecu
tio finis quo ad creaturas irrationales ſit repreſē
tatio diuine bonitatis ⁊ quo ad rōnales ſit partici
patio diuine bonitatis per cognitionē ⁊ amorem)
non video quare meliorari non poſſit: melioratis
eīn rebus in naturalibꝰ perfectiꝰ repñtaret diuina
bonitas ⁊ melioratis creaturis rōnalibus in gratui
D. tis perfectiꝰ cognoſceret diuina maieſtas: ⁊ ama-
Inſtātia. retur diuina bonitas: ideo ⁊c. Tamē contra illud qđ
dictum eſt de melioratione ordinis partiū inter ſe
arguūt quidam ſic: bonitas ordinis partiū conſi-
ſtit in proportione earum: ſed proportio nō poteſt
meliorari vel deteriorari cū conſiſtat in indiuiſibili
ita vt quocunꝙ̄ addito vel remoto deſtruatur ꝓ-
portio: ergo bonitas ordinis partiū non poteſt me
So. inſt. liorari. ¶ Et dicendum ad hoc ꝙ ſi bonitas ordīs
partium vniuerſi conſiſteret in ꝓportione matema
thica vel eam requireret: argumentū bene conclu
deret ꝙ talis proportio in quacūꝙ̄ materia reperi
atur non variatur variatione materie: ꝓportio eīn
dupla eque bona eſt duorum canū ad vnum ſicut
duorum hoim ad vnū loquendo formaliter de ipā
ꝓportione non de ꝓportionatis: et eque bona eſt
proportio duorum hominū ad vnum: ſicut decem
ad quinꝙ̄: ſed non video ꝙ bonitas ordinis par-
tium vniuerſi conſiſtat in tali ꝓportione: aut eam
requirat: niſi ꝙ forte progreſſus ſpecierum q̄ntum
ad formas ſpecificas eſt aliquo modo ſicut ꝓgreſ
ſus numeroꝝ: ⁊ hec meliorari non pōt: vt dictum
fuit: ſed in ceteris perfectionibꝰ accidentalibꝰ nō
eſt facile aſſignare aliquam ꝓportionē mathemathi
cam: neꝙ̄ duplam: neꝙ̄ ſeſquialteram: aut quācū
ꝙ̄ aliam: ⁊ ſi in aliquibus ſic accidit: conſiſtit ergo
bonitas ordinis partiū vniuerſi in ꝓportione natu
rali ſm quā vnum natū eſt agere ⁊ aliud pati. vnū
cōſeruare: ⁊ aliud conſeruari: ⁊ ſic de ceteris: ⁊ hec
ꝓportio recipit magis ⁊ minꝰ ⁊ poteſt meliorari et
deteriorari cum nō conſiſtat in idiuiſibili. ¶ Ad pri E.
mum argumentum pꝫ reſponſio ex predictis. Ad Ad ra. p.
ſecundū dicendum ꝙ bonitas eoꝝ que ſunt ad fi- Ad ſcdm
nem penſatur nō ſolum ex fine: qr bonus: ſed ex
efficacia aſſequendi finem: ⁊ licet finis extrinſecus
vniuerſi nō poſſet meliorari: res tamē create poſ-
ſunt ipſum efficacius aſſequi (vt declaratum fuit)
⁊ quo ad hoc poſſent meliorari: ⁊ ipſis vniuerſuꝫ.

## Queſtio quarta.

## Vtrū deꝰ potuerit facere aliquid melius beata virgiñe: et Vtrū deus potuerit facere aliquid melius humanitate chriſti: & Vtrum deꝰ mō poſſit quicquid vnq̄ potuit.

Conſueuit autē queri: vtrum F.
deꝰ potuerit facere aliquid meliꝰ beata Que iiii.
virgīe. ⁊ vtrū deus potuerit facere aliqđ
meliꝰ humanitate chriſti. ⁊ vtrū mō poſſit
quicqđ vnꝙ̄ potuit. ¶ Quantū ad primum dicen- G.
dum ꝙ deus potuit facere ⁊ fecit aliquid meliꝰ bea Que .i.
ta virgīe: ⁊ q̄ntum ad gradum nature vt angelum
⁊ q̄ntum ad dona grē vt humanitatem chriſti: non
potuit tm̄ facere ꝙ ipſa vel alia eſſet mater melio-
ris filii quo ad ſuppoſitum qr de natura ſtatiꝫ dice G.
tur. ¶ Quantū ad ſecundū dn̄dum ꝙ deus potuit Secūda.
facere: ⁊ fecit aliquid meliꝰ humanitate chriſti q̄tū
ad gradum nature (ſcꝫ angelum) ⁊ q̄ntum ad dona
gratie gratis date: ipſāmet meliorauit in reſurre-
ctiōe xp̄i q̄ntum ad corpus: ⁊ q̄ntum ad animaꝫ ſm
inferiores vires: ſed nec ipſaꝫ nec aliā naturā po-
tuit vnire meliori ſuppoſito ꝓpter qđ grā vnionis
illiꝰ hūanitatis fuit tāta ꝙ maior ea eē non poteſt. H.
¶ Quātū ad tertiū. ſcꝫ vtruꝫ deꝰ nūc poſſit qcqđ Tertia.
olī potuit: dicendū ꝙ ad hoc ꝙ agēs poſſit aliqđ fa
cere requiruntur duo. Unum ex parte agentis ſci-
licet ꝙ habeat potentiam actiuam: ⁊ aliud ex par-
te effectus: ſcilicet ꝙ ſubſit potentia paſſiua poſiti
ua: ſi ſit agens requirens materiam: vel potentiā
non includens repugnantiam ad eſſe: ſi agens
non requirat materiam (vt eſt deus.) ¶ Ad pro- K.
poſitum ergo dicendum ꝙ hoc ꝙ deus non poſ-
ſit nunc facere quod olim potuit non poteſt eſſe ex
defectu potentie ex parte agentis: quia eađ potē
tia et eque ꝑfecta q̄ ab eterno fuit i deo adhuc ē et
ſemper erit in eo: nec ex defectu potentie paſſiue

poſitiue. qꝛ de⁹ nō neceſſario talē requirit: ſi ergo deus nō poſſit nūc qcquid olim potuit: hoc eſt ſolum: qꝛ illud qḋ olim habuit rōnem poſſibilis non implicātis cōtradictionē: vel repugnantiā ad eſſe nūc nō hꝫ rōnem poſſibilis: qꝛ talē repugnantiam vel ꝯtradictionē iplicat: ſicut me nō legere mō dū lego iplicet cōtradictionē: ⁊ iō nō poteſt fieri a deo prius tamē anteꝗ̄ legerē potuit de⁹ facere ꝙ mō non legerē: qꝛ hoc nō implicabat cōtradictionē: potentia tñ eadē manet in deo: manente: vel mutato poſſibili: ⁊ ſic deus potuit olim aliqua facere: ꝗ̄ modo nō pōt: non propter amiſſionē alicuius potentie: ſed ꝓpter mutationē poſſibil' ad ipoſſibile.

## Sententia .XLV. diſtinctióis in generali & ſpeciali.

L. Sentēcia in gñali. Iam de voluntate dei. Supi⁹ determinauit magiſter de ſciētia ⁊ potētia dei. hic determinat de volūtate. Et diuidit' in partes tres. Primo em̄ determinat de voluntate diuia. Scdo de eius impletione Tertio de cōformitate voluntatis nr̄e ad ipſum. Secūda incipit in principio .xvi. diſt. ibi. Hic orit' queſtio. Tertia in principio .xlviii. ibi. ſciēdū quoqꝫ. Prima pars eſt principalis lctōis. Et diuidit' in partes tres. Primo determīat de volūtate dei i ſe. Scdo de volūtatis cāſalitate reſpectu creaturaruꝫ. Tertio cōparat multitudinē volūtatis ſcḋm ac acceptionē nōis. Secūda ibi. hoc itaqꝫ ſume Tertia ibi. hoc non eſt pretermittendū: Hec eſt ſnīa lcōis in generali.

M. In ſpāli. ¶ In ſpeciali vero ſic ꝓcedit: ⁊ ꝓponit primo ꝙ volūtas dei idē eſt qḋ diuia eſſentia differens ab ipſa ſolū rōne ſicut ⁊ ſcientia: propter quā diuerſitatē attribuūtur voluntati dei que non attribuunt' ſcientie dei. Poſtea dicit ꝙ voluntatis dei cauſa nō eſt querēda: qꝛ ſic ipſa nō eſſet cā prīa ⁊ hēret aliquid maius ſe: eſt em̄ cauſa vniuerſalis oīm que ſunt: nō ſolū ſcḋm curſum nature: ſed ſupnaturaliter. Poſtea dicit ꝙ voluntas dei multipliciter nominat' ⁊ aliqñ accipit' ꝓprie ſcḋm ꝙ ipſa eſt diuina eſſentia: aliqñ vero ꝓ precepto: prohibitōe: ⁊ conſilio: ꝑmiſſiōe: ⁊ operatiōe volūtatis diuine ꝗ̄ oia dicunt' voluntas dei: qꝛ ſunt ſigna voluntatis nō tñ illa ſunt ſigna ꝙ de⁹ oia illa velit fieri: ⁊ ſubdit ꝙ prima voluntas dicit' volūtas ſimpliciter alie volūtates dicunt' volūtates ſigni: ⁊ dr̄ſit in hoc ꝙ voluntas beneplaciti eſt eterna: relique vero ſunt temporales. ¶ Item volūtas bñplaciti ſemꝑ impletur: relique vero non. Et in hoc terminat' ſententia lectionis in ſpeciali.

## Queſtio .I.

## Vtrum deus velit alia a ſe.

A. Que .i. Argu .i. Circa diſtinctionē iſtā primo querit' vtrū de⁹ velit alia a ſe. Et videt' ꝙ non: qꝛ cuicunqꝫ volēti ſufficit aliqḋ volitum tale nihil vult pter illud: ſed deo ſufficit ſua bonitas (Alioqn fuiſſet indigēs añ mūdi creationē.) ꝗ̄ deus nihil vult aliud a ſe.

Secūdo. ¶ Itē oīs actus voluntatis eſt deſideriū: vel delectatio: ſed nullum iſtoꝝ poteſt hēre de⁹ reſpectu creature: ꝗ̄ ⁊c. Maior pꝫ qꝛ deſideriū eſt rei nō habite: delectatio aūt rei habite oꝫ autē rem volitā eſſe habitā vl' non habitā: qꝛ reſpectu eius neceſſarium eſt actuꝫ voluntatis eſſe deſideriū: vel delectationem. Minor ꝓbatur: qꝛ deſideriū rei non habite penā hꝫ ꝗ̄ non poteſt eſſe in deo: delectatio aūt rei de nouo habite noua eſt: que etiā nō poteſt eſſe in deo: ꝗ̄ ⁊c.

¶ In contrariū eſt qḋ dicit' Sapi. xi. diligis oīa ꝗ̄ ſunt: ⁊ nihil odiſti eoꝝ que feciſti: diligere autē eſt actus voluntatis: ergo deus vult alia a ſe ea. ſ. que fecit. In op.

B. Rñſio. ¶ Reſponſio. Queſtio iſta vnū ſupponit (ſ. ꝙ in deo ſit voluntas:) ⁊ aliud querit (ſcꝫ vtrū deus velit ſe ſolum an ⁊ alia a ſe.

Arti .i. Rō .i. ¶ Quantū ad primū pꝫ faciliter voluntatem eſſe in deo. Primo quia illḋ qḋ pertinet ad perfectionē: et integritateꝫ nature intellectualis eſt deo attribuendū: ſed volūtas ꝑtinet ad perfectionē ⁊ integritatē nature itellectualis: ergo ⁊c. Minor probat' qꝛ ſicut ad perfectioneꝫ ⁊ integritatem nature nō cognoſcentis pertiet appetitus qui dr̄ naturalis ⁊ ad perfectioneꝫ nature ſenſitiue ptinet appetit⁹ ſenſitiu⁹: ſic ad ꝑfectionē nature itellectual' ptinet appetit⁹ intellectualis ꝗ̄ dr̄ volūtas.

P. Rō .ii. ¶ Scdo qꝛ felicitas ꝑfecta nō eſt ſine delectatiōe (vt habet' ex primo ⁊ quarto Ethicoꝝ) ſed oēs confitent' deum eſſe feliciſſimū: ergo i deo eſt delectatio: ſed hoc eſt in ipſo actus voluntatis cum nō poſſit in eo eſſe actus appetitus ſenſitiui: ergo ⁊c.

Q. Arti .ii. Rō .i. ¶ Quantū ad ſecūduꝫ qḋ querit queſtio. dicendū ꝙ deus nō ſolū vult ſe: ſed et alia a ſe: qḋ pꝫ primo ex cōparatiōe potentie ad obiectum ſic. cōmunitas obiecti non excedit latitudinē potētie: ſed bonū qḋ eſt obiectū voluntatis extendit ſe ad bonum diuinū et ad bona creata: ergo ad oīa hec extendit ſe voluntas in quocunqꝫ ſit: ſiue in deo: ſiue in creatura.

R. Prob .ii. ¶ Secūdo patet idē ex operatione diuia circa res creatas: qꝛ oē qḋ agit libere agit per voluntatem in qua eſt formaliter conditio libertatis: ſed deus produxit: ⁊ cōſeruat creaturas libere: (vt ꝓbatum fuit ſupra diſt. xxxv.) ergo produxit ⁊ conſeruat eas per voluntatē: nō ergo vult ſolū ſe: ſed ⁊ alia a ſe. Harum autē rationum prima ſolum ꝓbat ꝙ deus poteſt velle alia a ſe. ⁊ nō ꝙ actu velit: qꝛ non oportet oēm potentiaꝫ ſemper actu ferri in oīa que continentur ſub cōitate ſui obiecti. ſed ſecūda probat ꝙ etiaꝫ actu velit alia a ſe.

S. Ad primū principale. ¶ Ad primum argumentū dicendum ꝙ aliquid poteſt eſſe volitū dupliciter. Vno modo qꝛ eſt commodum volenti: ⁊ tale velle orit' ex indigentia volentis vera: vel eſtimata ſicut eſuriens vult cibū: et auarus pecuniā: ⁊ tale velle pertinet ad amoreꝫ cōcupiſcentie. Alio mō eſt aliquid volitū non quia ſit cōmodum volenti ſed alii: decet tamē volenteꝫ ſicut liberalis vult dare pecuniā. Primo mō deus non vult alia a ſe: qꝛ bonoꝝ noſtroꝝ non indiget: Sed ſecūdo modo vult: qꝛ decet bonitatem diuinam cōicari rebus creatis ⁊ manifeſtari in eis. Ad formam argumenti dicendū eſt ꝙ cuicunqꝫ ſufficit aliquod volitum tale: nihil aliud vult tanqꝫ ſuum commodum: qꝛ nullo indiget: poteſt tamen aliud velle ꝓpter commodum alterius: ⁊ propter ſuam decentiam ⁊ ſic eſt de deo vt dictum eſt.

T. Ad ſcḋm ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ non oīs actus voluntatis ē deſiderium vel delectatio: ſed ſolum ille qui pertinet ad amorem concupiſcentie; qui eſt amor cōmodi preſentis: vel abſentis habiti: vel non habiti de quo procedit argumentū: ſed in deo non ponimus hunc amorem: nec talem actū voluntatis reſpectu creaturarum: ſed ſolū amorem quo vult eis bonum ꝓpter decentiam ſuā: nō qui aliter decentia ſua ſaluaretur: ſed quia ſic manifeſtatur.

A. ¶ Ad pͥmū argumentū dicendū ꝙ volūtas ſigni
Ad pͥ. pͥncipale q̄ eſt operatio nō diſtinguit a volūtate beneplaciti:
q̄ſi nō ſint vniformiter de eodē: ſed qꝛ volūtas be
neplaciti eſt volūtas ꝓpͥe: ⁊ opatio nō dͬ volūtas
dei niſi metaphoꝛice ſicut ſignū (q̄admodū vrina
B. Ad ſcd̄m dͬ ſana. Ad ſcd̄m dicendū ꝙ illud qđ deꝰ vult vo
luntate ſigni q̄n̄qꝫ vult voluntate bn̄placiti: nec tn̄
ꝓpter hoc fruſtra diſtinguit vna cōtra alterā: qꝛ nō
ſm̄ eandē ratiōnē cōuenit nomē volūtatis vtriqꝫ
vt dictū eſt: q̄n̄qꝫ vero nō vult deus volūtate bn̄pla
citi qđ dicit velle voluntate ſigni: nec tn̄ ꝓpter hoc
ſigna dicēda ſunt falſa: qꝛ nō ſumunt ꝓpͥe ſꝫ me=
taphoꝛice: vtiquia ſic eſt in nobis. ſimiliter attribui
mus deo nō intēdētes illud idem eſſe in deo: ſed
aliqđ correſpōdēs: ꝓut nature diuine cōuenit: quē
admodū deo attribuimus eſſe iratum (metaphoꝛi
ce quidem) ſed non falſe.

## Diſtinctio. XLVI.

## Sententia litteræ huius diſtinctio- nis in generali & ſpeciali.

C. Sentētia in gn̄ali. Hic oritur q̄ſtio. Superius de- terminauit magiſter de voluntate diui= na in ſe: hic determinat de eiꝰ impletio= ne. Et diuidit in duas ptes. Pͥmo de= terminat de quibuſdā q̄ videntꝛ impedire impletio nē diuine volūtatis. Scđo ꝓbat eā efficacē in oībꝰ Scđa incipit in pͥncipio. xlvij. diſt. voluntas quip pe dei. Pͥma eſt pͥncipalis lectionis. Et diuidit in duas ſm̄ duas q̄ſtiōes quas mouet. Pͥmo em̄ querit vtrū om̄e qđ vult deus fiat. Scđo vtrū ali= quid fiat qđ deus nō vult fieri. Scđa ibi: Ideoqꝫ cū cōſtet. Scđa iſtarū diuidit in tres ptes. Pͥmo mouet q̄ſtionē. Scđo tangit ſuꝑ hoc diuerſas opi niones. Tertio ꝓſequit. Scđa ibi: Suꝑ hoc diuer ſi. Tertia ibi: Qui em̄ dicūt deū. Hec vltima diui= ditur in tres ptes. Pͥmo em̄ ꝓſequit opinionē pͥ mā. Scđo iſtam. Tertio elicit alterā iſtarū. Scđa ibi: Illi vero. Tertia ibi: Hec igitur et alia. Scđa iſtarū diuidit in tres ptes. Pͥmo em̄ ſm̄ opinionē illā reſpōdet ad rōnes alterius partis. Scđo con= firmat opinionē iſtā. Tertio determinat quoddā dubiū. Scđa ibi: Si quis igit diligēter. Tertia ibi Iam ſufficiēter dictū eſt. Et hec eſt diuiſio lectiōis
D. Sentētia in ſpeciali et ſentētia in generali. ¶ In ſpeciali vero ſic ꝓce= dit. Et ꝓponit pͥmo ꝙ volūtas beneplaciti caſſari nō pōt. Deinde q̄rit vtrū deus aliqđ voluerit qđ fa ctū nō fuerit: ⁊ ꝓbat ꝙ ſic: qꝛ vult oēs hoīes ſaluos fieri nō tn̄ ſaluant. Voluitqꝫ congregare oēs filios hieruſalem qui tn̄ nō fuerūt cōgregati. Et reſpon= det magiſter ꝙ oīno quecūqꝫ vult fiūt: illa autē de quibꝰ obiectū eſt non ſimpliciter voluit: ſed magis ꝙ verba illa ꝓferant ad denotandū ꝙ quicūqꝫ ſal= uant ⁊ cōgregant ſola dei volūtate ſaluant ⁊ cōgre gant: ſicut dͬ Io. pͥ. Illuminat oēm hoīem veniē tē in hūc mūdū: nō qꝛ oēs illuminent a vero lumi= ne gratie: ſed qꝛ nō illuminant niſi ab ipſo. Poſtea querit vtrū mala fiant ipſo volente. Poſtea ponit opiniones iuxta hoc dicēs: ꝙ quidā dicūt ꝙ ſic vult deus mala eſſe vel fieri: quidā vero dicūt cōtrariū vtriqꝫ tamē in hoc cōcordant ꝙ deus nō vult ma= la. Poſtea inducit tres rōnes per quas pͥma opi= nio cōfirmat. Quarū pͥma eſt potētie om̄ipotētis reſiſti nō pōt: ſed ſi deus vellet mala nō fieri cū tn̄ fiant volūtas dei nō impleret: ſed ei reſiſteret qđ eſt incōueniēs: vult ergo deus mala fieri. Scđa rō talis eſt: aut deus vult mala fieri aut nō fieri: ſꝫ nō vult nō fieri: ḡ fieri vult. Minoꝛ ꝓꝫ. ſ. hoc ꝙ nō vult nō fieri: qꝛ ſi vellet nō fieri nunq̄ fierēt: voluntati enim eius nihil reſiſtit. Tertia ratio talis eſt deus vult omne bonū: ſed bonū eſt mala fieri niſi em̄ eſ ſet bonū nō permitterent fieri: ḡ deꝰ vult fieri ma= la. Poſtea ponit reſpōſiones eorū q̄ ſunt de altera opinione. Ad iſtas rōnes: reſpōdet aūt ad duas pͥmas: qꝛ nō eſt cōcedendū ꝙ deus velit fieri ma la: qꝛ ſic eēt iniquus: nec ꝙ vult nō fieri: qꝛ ſic nūq̄ fierent: ſed eſt dicendū ꝙ nō vult ea fieri. et qđ ar= guit tertio ꝙ mala fieri eſt bonū. Dicendū ꝙ nō eſt bonū ſimpliciter: ſed eſt bonum inquantū ex malis poſſunt elici bona: et etiā incidēter dicit ꝙ aliqđ eſt bonū in ſe ⁊ faciēti et ei cui fit: vt pͥdicare fidelibus veritatē ꝓpter deū. Aliud eſt bonū in ſe et ei cui fit ſꝫ nō facienti. vt dare elemoſinā pauperi nō ꝓpt deū Aliquid eſt in ſe malū et faciēti: ſed ex eo ꝓueniūt aliqua bona: vt mala q̄ faciūt ad pulchꝛitudinē vni uerſi et ꝓfectū peccantis: ex malis em̄ pene multa bona ꝓueniūt. Poſtea cōfirmat hanc opinionē: ſcꝫ ꝙ deus nō velit mala fieri: qđ ꝓbat ꝑ hoc ꝙ ſi deo volente fierent mala: fierent deo auctoꝛe: ḡ deꝰ eſt auctoꝛ ꝙ homo ſit deterioꝛ qđ incōueniēs eſſet de quolibet ſapiēte. Itē ꝓbat expͥſſe per auctoritatē Auguſtini ꝙ deus nō eſt auctoꝛ ꝙ homo ſit deteri oꝛ vel peccatoꝛ. Itē deus nō eſt cauſa tendēdi in nō eſſe: malū tendit ad nō eſſe: ḡ deo auctoꝛe non fiunt mala. Poſtea ſcđo arguit ꝙ ſm̄ quoſdā verū eſt a deo: ſed mala fieri eſt verū: ḡ ipſo facto malū eſt a deo. Et reſpōdet ꝙ ipa res dicta (ſcꝫ malū) nō eſt a deo: ſed locutio que eſt vera. Vltimo pꝛobat magiſter pͥmū: ſcilicet ꝙ deus non vult mala fieri Et in hoc terminatur ſententia in ſpeciali.

## Queſtio Prima.

## Vtrum voluntas dei ſemper effica- citer impleatur.

Circa diſtinctionē iſtā primo q̄ritur vtrū dei volūtas ſemꝑ efficaciter impleat. Et videt ꝙ nō: qꝛ om̄is effectꝰ q̄ eſt cauſa q̄ impediri nō pōt eſt neceſ= ſarius: ſed nō oīa que ſunt a deo ſunt neceſſaria: ḡ volūtas dei mediāte qua ꝓducit quicquid ꝓducit pōt impediri: nō ergo ſemꝑ efficaciter impletur. E. Que. pͥ. Arg. pͥo

Itē pͥmo ad Thimo. ij. dicit ꝙ deus vult omnes hoīes ſaluos fieri: ſed nō oēs ſaluant: ḡ voluntas dei nō ſemꝑ implet. Argu. ij.

¶ In cōtrariū eſt qđ dicit Sa pientie. xij. ſubeſt em̄ tibi cū volueris poſſe: ſed vo luntas cui ſubeſt poteſtas efficaciter impletur ḡ ⁊c. In oppo.

F. Reſpōſio ad q̄ſtio. ¶ Reſponſio. Dicēda ſunt duo. Pͥmū eſt ꝙ volū tas dei ſemꝑ infallibiliter implet: loquēdo de vo= luntate beneplaciti: nō ſigni. Scđm eſt ꝙ licet in= fallibiliter impleat tamē nō imponit neceſſitatē re= bus.

G. Pͥ. arti. ¶ Pͥmū patet ſic: illa volūtas q̄ agit per talē potentiā q̄ impediri nō pōt nec in ſe nec in mediis per q̄ agit ſemꝑ infallibiliter ꝓducit ſuū effectū: ſꝫ voluntas diuina agit per talē potentiā q̄ impediri nō pōt: nec in ſe nec in mediis ꝑ que agit: ḡ ſemꝑ ⁊ infallibiliter ꝓducit ſuū effectū. Maioꝛ eſt clara de ſe: ſed minoꝛ ꝓbat: qꝛ volūtas diuina agit ꝑ poten tiā diuinā exequentē illud qđ ſciētia dictat: ⁊ volū=

tas imperat (vt dictũ fuit ſupra diſt. xxxviij.) poten
tia aũt diuina nõ põt impediri in ſe. non eñ põt de
ficere oĩno ſicut ignis põt extingui: nec minui (ſicut
calor vel alia qualitas põt remitti in tãtũ vt nõ poſ
ſit in effectũ in quẽ alias poſſet) nec põt impediri in
medijs p q̃ agit: tamẽ q2 ſine quocũq3 medio agen
te potẽtia diuina pducere põt omne pducibile qd
nõ implicat contradictionẽ: in pductione etiã rerũ
nõ ſupponit neceſſario ſubiectũ: ꝙ ſi quãdoq3 agat
mediãte alio ꝛ ſuppoſito ſubiecto: tamẽ excludere
põt omne impeditũ incidẽs circa mediũ per quod
agit: vel circa ſubiectũ in qd agit: q2 deus põt oĩne
qd nõ implicat cõtradictionẽ (vt dictũ fuit ſupra) ſ3
nõ põt velle aliquid qd implicet ↄtradictionẽ: quia
illud nõ põt habere rõe3 entis aut boni: g̃ nihil qd
deus velit fieri põt habere impedimentũ cuiꝰ amo
tio implicet cõtradictionẽ: põt g̃ omne tale impedi
mentũ per diuinã potentiã amoueri: et ſic impedi=
ri nõ põt nec in ſe nec in medijs p que agit nec per
ſubiectũ in qd agit: ꝛ hoc ẽ qd dicit Ariſtoteles. ix.
metaphiſice ꝙ volẽs ꝛ eligẽs ſtatim agit ea quorũ
habet potentiã: nec oportet addere ſi nõ aliqd im=
H. pediat: q2 potẽtia ſimpliciter excludit omne impe=
Secũdꝰ articulus. dimẽtũ. et ſic patet primũ. ¶ Quantũ ad ſcðm (ſc3
ꝙ volũtas dei nullã neceſſitatẽ imponit rebꝰ volit=
is) dicẽdũ ꝙ loquẽdo de neceſſitate ſimpliciter vo
lũtas diuina nec imponit nec imponere põt rebus
neceſſitatẽ: nec res create ſunt capaces talis neceſ=
ſitatis. Cuius ratio eſt primo ex parte volũtatis
diuine: q2 agens libere per actionẽ liberã nõ poteſt
tribuere rei pducte ꝙ nõ poſſit nõ eſſe ſimpliciter ꝛ
abſolute quocũq3 agente: ſed volũtas diuina libe=
re pducit res creatas (vt pbatũ fuit ſupra) ergo nõ
põt cõferre rebꝰ creatis ꝙ nõ poſſint nõ eſſe ſimpli
cit ꝛ abſolute q̃cũq3 agẽte. Minor iã p3: ſed maior
pbat: q2 hec eſt natura agẽtis libere ꝙ agens q̃tũ
eſt de ſe põt agere ꝛ nõ agere et per cõſequẽs res
põt eſſe ꝛ nõ eſſe: pꝑter qd per talẽ actionẽ nunq̃
poteſt habere abſolutã neceſſitatẽ. Per idẽ pat3 ꝙ
res create nõ ſunt capaces talis neceſſitatis: q2 illd
qd ſm ſe totũ dependet ab alio in fieri ꝛ in eſſe non
põt eſſe neceſſariũ ſimpliciter ꝛ abſolute: niſi illd a
quo dependet influat in ipm ex neceſſitate: ſed res
create totaliter dependẽt a deo in fieri ꝛ in eẽ: g̃ nõ
poſſũt eſſe neceſſarie (niſi dicat ꝙ deꝰ influat in eas
ex neceſſitate) qd nõ eſt verũ: ſolũ g̃ illa ſunt neceſ=
ſaria ſimpliciter ꝛ abſolute ad que eſt actio diuina
ex neceſſitate: et tales ſunt ſole pſone diue. Si vo
loq̃mur de neceſſitate quã res create habere poſ=
I. ſunt ſub libertate diuina per cauſas medias: Sic
dicẽdũ eſt ꝙ nõ oẽs res de neceſſitate eueniũt: ſed
q̃dã ſic ꝛ q̃dã nõ. Cuius ratio eſt: q2 agẽs per intel=
lectũ ꝛ voluntatẽ pducit effectũ nõ qualis eſt ipſe
ſed qualẽ pcõcipit ꝛ vult pducere: alias nõ ageret
per intellectũ et voluntatẽ: ſed deus qui eſt agens
per intellectũ ꝛ voluntatẽ eadẽ ſcientia et volũtate
põt pconcipere ꝛ velle q̃dã euenire mediãtibꝰ cau
ſis neceſſarijs: ꝛ hec vocant inter res creatas neceſ
ſaria et alia euenire mediãtibus cauſis cõtingenti
bus et hec dicunt cõtingentia: ergo voluntas diui
na nõ imponit oĩbus rebus volitis neceſſitatẽ: ſed
quibuſdã imponit neceſſitatẽ qualẽ capere poſſunt
res create ꝛ pmittit libertas volũtatis diuine: alijs
autẽ imponit ↄtingentiã duplicẽ: vnã reſpectu ſui
(q2 libere vult) et hec eſt cõis oĩbus creatis: aliam
reſpectu cauſarũ mediarũ q̃ eſt quibuſdã ſpecialis

Ex quo patẽt duo. Primũ eſt ꝙ nõ bene dicant illi K.
qui dicũt ꝙ oĩa de neceſſitate eueniũt p cõparatio= Primum correlariũ
nẽ ad voluntatẽ diuinã: q2 vt viſum eſt oĩa reſpe=
ctu volũtatis diuine eueniũt libere: et ideo abſolu
te loquẽdo poſſunt nõ euenire q̃uis (ſtante ſuppo
ſitiõe ꝙ ſint volita) nõ poſſũt nõ euenire: ſ3 hec ẽ ne
ceſſitas ſuppoſitionis tantũ. Scðm eſt ꝙ neceſſi= L. Secũdũ correlariũ
tas ꝛ cõtingẽtia q̃ eſt in rebꝰ p cõparatione ad cau=
ſas medias eſt intenta ꝛ ordinata a volũtate diui=
na: pꝑter qd male dicũt qui eam reducũt ſolum in
cauſas medias: ſequeret eñ ꝙ nõ eſſet intẽta: ſed
caſualis qd non eſt verũ. ¶ Ad primũ argumentũ M. Ad pri. principale
dicendũ ꝙ non oĩs effectus qui ẽ a cauſa que im=
pediri nõ põt eſt neceſſarius niſi cũ illa agat ex ne=
ceſſitate nature: ſi vero agat libere nõ ẽ verũ: quia
qd agit libere põt nõ agere ꝛ p ↄſequẽs effectꝰ põt
nõ eſſe: talis aũt eſt volũtas diuĩa (vt declaratũ eſt) N. Ad ſcðm
quare ꝛc. ¶ Ad ſcðm dicendũ ꝙ verbũ apoſtoli p
pter qd forte introducta eſt q̃ſtio tripliciter exponit
Uno modo ab Aug. in fine enchiridion ſic ꝙ talis
modus loquẽdi eſt in dicto apoſtoli ſicut ſi in vna
ciuitate eſſet tantũ vnus magiſter qui doceret pue
ros: tũc eñ poſſet dici ꝙ ille magiſter doceret oẽs
pueros ciuitatis: nõ q2 oẽs docerent: ſed q2 nullus
doceret niſi p eũ. Simili modo dicit Apoſtolus ꝙ
deus vult oẽs hoĩes ſaluos fieri: nõ q2 oẽs velit ſal
uari: ſed q2 nullus ſaluat niſi per eius voluntatem.
Scðo modo exponit ab eodẽ ibidẽ (ſc3 ꝙ ibi ſit di=
ſtributio pro generibꝰ ſingulorum et nõ p ſingulis
generũ) vt ſit ſenſus ꝙ de ſingulis generibꝰ hoim
vult deus aliquos ſaluos fieri. Tertio modo ex=
ponit a Damaſceno lib. ij. ca. pri. vbi diſtinguit vo=
luntatẽ dei in antecedentẽ ꝛ cõſequentẽ: et dicit ꝙ
deus vult oẽs hoĩes ſaluos fieri volũtate antece=
dente: nõ autẽ volũtate cõſequẽte. Quid aũt vo
cetur ſm ipm voluntas antecedẽs ꝛ ↄſequens. no O.
tandũ ꝙ in volũtate diuina cũ ſit ſũme ſimplex nõ
põt diuerſitas inueniri: rõne tamẽ volitĩ nihil phi
bet eam diuerſimode cõſiderari ſm diuerſas ↄdi=
tiões volitorũ. Uolitorũ aũt de q̃ nũc loq̃mur ẽ crea
tura rationalis q̃ eſt ordinabilis in beatitudinẽ: in
qua eſt duo cõſiderare: ſc3 id qd ordinat: et auxilia
quibꝰ iuuat ad cõſequendũ finẽ ad quẽ ordinat: et
ſm vtrũq3 iſtorũ accipi põt diſtinctio voluntatis in
ancedẽtẽ ꝛ cõſequentẽ: in eo eñ ꝙ ordinat ad bea
titudinẽ eſt cõſiderare naturã ꝛ pſonã: quantũ ad
naturã deꝰ vult oẽs hoĩes ſaluos fieri inquãtũ de
dit oĩbus naturã capacẽ beatitudinis: et ordinabi=
lem ad beatitudinẽ. Quantũ vero ad pſonã non P.
vult oẽs hoĩes ſaluos fieri. Actiones aũt ſunt pſo
ne ꝛ ſuppoſiti: et q2 multi deuiant a fine vltimo per
ſuas actiones prauas: ideo quantũ ad ea que ſunt
pſone nõ vult deus oẽs ſaluos fieri. Prima autẽ
volũtas dicit antecedẽs. Scða cõſequẽs: q2 prius
eſt cõſiderare naturã ordinabilẽ in finẽ q̃ actiones
pſone quibꝰ finẽ cõſequit vel ab ipſo deuiat: et ſic
patet ꝙ q̃tũ ad id ꝙ in finẽ vltimũ ordinat deꝰ (vo
luntate antecedẽte) vult omnes ſaluos fieri: ꝛ non
voluntate cõſiquẽte: q̃d ſit ibi volũtas antecedẽs
et cõſequẽs. Itẽ ſcðo quantũ ad auxilia qbꝰ crea Q.
tura iuuat põt eadẽ diſtinctio volũtatis ſumi: ſunt
eñ q̃dã cõſequẽtia auxilia q̃ dant oĩbus vt ſalui fi=
ant (ſc3 liberũ arbitriũ / pcepta / cõſilia / et hmõi) qui=
bus oẽs poſſunt dirigi in his q̃ pertinẽt ad ſalutem
ſunt nihilominus q̃dã ſpecialia: vt gratia: virtutes
perſeuerãtia in bono et hmõi que dant quibuſda3

ſpecialiter ⁊ ſingulariter: q2 aūt cōmune pcedit ordine nature id qđ eſt ſpeciale: Voluntas diuina p vt reſpicit omnia dr antecedēs: pro vt ſpecialia dicit ꝯſequēs: ⁊ iſto modo vult deus omnes hoīes ſaluos fieri volūtate antecedēte nō aūt volūtate ꝯſequēte. Volūtas autē antecedēs nō ſemꝑ implet q2 nō eſt volūtas ſimpliciter: nec volitū volūtate antecedente ſolū: eſt volitū ſimpliciter: ſed ſm quid. Nam voluntas de ſalute alicui9 eſt volūtas practica q̄ neceſſario reſpicit cōditiones particulares ſuppoſitorū quorū ſunt actiones: hoc aūt nō facit antecedens ſed ꝯſequens: ⁊ ideo q̄ vult deus volūtate antecedente ſolū: nō ſimpliciter vult: ꝑpter qđ nō oportet impleri.

## Queſtio Secunda.
## Vtrum deus velit mala fieri.

A. Queſt. ij. Arg. pmo

SEcūdo q̄ritur vtrū deus velit mala fieri. Et videt q̄ ſic: q2 deus vult omē bonū: ⁊ omē qđ cōfert ad perfectionē vniuerſi quā principaliter intēdit: ſed mala fieri eſt bonū: cōfert etiā ad pfectionē vniuerſi: ḡ ⁊c. Minor pbat per Augu. in enchiridio vbi dicit ſic: q̄uis ea q̄ mala ſunt inquantū mala ſunt nō ſint bona tamē vt nō ſolū bona: ſed etiā ſint mala bonū eſt. Malū etiā cōfert ad pfectionem vniuerſi (dicēte Diony. iiij de diui. no.) erit malū ad oēs: id eſt vniuerſi pfectionē cōferens. Et rurſus Augu. in enchiridio dicit q̄ illud qđ dicit malū bene ordinatū ⁊ loco ſuo poſitū eminētius cōmēdat bona vt magis placeant ⁊ laudabiliora exiſtant.

Argu. ij.

Itē ſicut deus eſt auctor gratie ita et nature: ſed deus vult mala pene fieri que tamē priuant bonū nature: ergo vult ſimiliter fieri mala culpe que priuant bonū gratie.

In oppo.

¶ In cōtrarū eſt: q2 volūtas dei ſequit ſciam notitiam approbationis: ſed per notitiā approbationis deus neſcit mala fieri: iuxta illud Abac. pri. Mundi ſunt oculi tui ne videās malū et ad iniquitatē reſpicere nō poteris: ḡ volūtas dei nō pōt eſſe malorū vt fiant.

B. Reſpōſio ad q̄ſtio.

¶ Reſpōſio. Cū omis mot9 et actio ſortiat ratiōnē ex termino: mala aūt facere vel fieri nominet actionē vel motū ſeu paſſionē tēdentē in malū tanq̄ in terminū: clarū eſt q̄ mala facere vel fieri eſt malū: ꝑpter qđ ſicut mala poſſunt eſſe a deo volita: ſic mala fieri pōt eſſe a deo volitū aliter nō. Dicenda ſunt ergo tria ad q̄ſtionē ꝓpoſitam. Primū eſt q̄ nullū malū culpe vel pene poteſt eſſe per ſe volitū a deo ſeu quocūq̄ alio. Scđm eſt q̄ mala pene vel nature poſſunt eſſe volita a deo per accidēs. Tertiū eſt q̄ mala culpe nō poſſunt eē volita a deo nec per ſe nec per accidēs.

C. Primus articulus.

Primū patet: ſcʒ q̄ mala culpe vel pene nō poſſunt eē per ſe volita a quocūq̄: q2 malū eſſe per ſe volitū eſt malum eē volitū ſub rōne mali: ſic em̄ malū per ſe ſumit et nō aliter: ſed malū eſſe volitū ſub rōne mali implicat cōtradictionē: cū omne volitū ſit volitum ſub rōne boni que eſt cōis ⁊ formalis ratio obiecti volūtatis: ḡ nullū malum pōt eſſe a quocūq̄ per ſe volitū. Huic cōcordat dictū Diony. iiij. de di. no. q̄ null9 aſpiciēs ad malū operat: qđ tamē eſſet poſſibile ſi malū poſſet eſſe volitum per ſe: q2 ad velle ſequit operari.

D. Secūd9 articulus.

¶ Scđm patet: ſcʒ q̄ mala pene vel nature poſſunt eē volita a deo per accidēs: q2 omē qđ pōt habere ratiōnē boni ſm iudiciū recte rōnis pōt habere ratiōnē recte voliti: ſed malū nature et pene poteſt habere ratiōnē boni per accidēs ſm iudicium recte rōnis: ergo talia poſſunt per accidens eſſe volita. Maior patet: ſed minor declarat: q2 malum ex quo mai9 bonū ſequit q̄ ſit bonū qđ ꝑ ipm priuat: habet ratiōnē boni ſaltē per accidēs: ſi tamē vtrūq̄ bonū nō poſſit ſimul haberi: bonū em̄ eſt ꝓpter maius bonū dimittere minus bonū quādo ſimul vtrūq̄ haberi nō pōt: ſed ex malo nature ⁊ pene ſequit maius bonū q̄ ſit illud qđ per talia mala priuat: ḡ malum nature vel pene habet vel habere pōt ratiōnē boni: adhuc minor iſtius ſyllogiſmi pbat: q2 niſi elemēta quantū ad aliquid corrūperent mixta nō generarent: et ſic perirēt multe ſpecies vniuerſi: niſi etiā multa ex mixtis corrūperent viuentia (vt iumēta ⁊ hoīes) nō pmanerent: nutriunt em̄ ex eis: et ſic ex corruptione taliū ſequit mai9 bonū q̄ priuet. Similiter p malū pene puniunt culpe: et ſic ordinant ad bonū iuſtitie: multo aūt magis bonū eſt bonuʒ iuſtitie cōis qđ reſultat ex malo pene quo culpa punit q̄ ſit bonū nature in pſona ſingulari qđ per penā priuat: et ſic patet minor: ſequit ḡ cōcluſio (ſcʒ q̄ mala nature ⁊ pene poſſunt eſſe volita a deo per accidēs.

E. Tertius articulus.

¶ Tertiū patet: ſcʒ q̄ mala culpe nō poſſunt eſſe a deo volita nec per ſe nec ꝑ accidēs: et idem eſt de quacūq̄ volūtate ſequente rectā ratiōnē: q̄ non per ſe patet iam ex dictis: q̄ nec per accidēs pbat ſic: ſicut ſe habet appetit9 ſenſitiuus ad malū qđ nō eſt cōueniēs ſm ſenſum: ſic ſe habet voluntas ad malū qđ nō eſt cōueniēs ſm intellectū: et volūtas recta ad malū qđ nō eſt cōueniens ſm intellectū rectū: ſed appetitus ſenſitiuus nullo modo poteſt appetere illud qđ nō iudicat cōueniens ſm ſenſum: nec volūtas abſolute pōt velle illud qđ ab intellectu nō iudicat cōueniēs: ergo nec voluntas recta pōt recte velle illud qđ nō iudicatur cōueniēs ſm intellectū rectū: ſed malū culpe nō poteſt iudicari ꝯueniēs intellectui recto: q2 ſicut malū pene ſenſibilis cōſiſtit in hoc qđ eſt eſſe repugnās ſenſui: ita malū culpe ꝯſiſtit in hoc qđ eſt eſſe repugnans recte rationi: ꝑpter qđ impoſſibile eſt et cōtradictionē implicās qđ malū culpe ſit cōſonū recte rationi cū oppoſitū ſit de ratione eius: ḡ voluntas bona nō poteſt velle malū culpe: et ſic patet tertiū.

F. Ad pri. principalē.

¶ Ad rationes in oppoſitū dicendū. Ad primā cōcedēdo maiorē: ſed negādo minorē: et cū ꝓbat per Augu. in enchiridio: qui videt innuere q̄ mala eſſe vel fieri ſit bonū: ⁊ pertinet ad pfectionē vniuerſi. Dicendū q̄ illud primū eſt intelligēdū ꝑ accidēs ⁊ nō per ſe: et ſolū de malo nature et pene non autē de malis culpe: q̄ autē mala poſita iuxta bona reddāt ea cōmendabiliora: verū eſt ſm apparentiā nō autē ſm exiſtentiā: et illud nō eſt tantum bonū ſicut eſt illud qđ per culpā priuat: et ideo propter illud bonū apparēs malū culpe non eſt licitum nec eligendū. Qđ autē dicit Diony. q̄ malū erit ad oēs: id eſt ad vniuerſi pfectionē cōferēs: non dicit aſſerēdo: ſed ducēdo ad incōueniēs: vnde et habʒ ꝓ incōuenienti q̄ malū ſit de perfectione vniuerſi.

G. Ad ſcđm

Ad ſcđm dicendū q̄ nō eſt ſimile de malo pene qđ priuat bonū nature: et de malo culpe qđ priuat bonum gratie: quia bonū nature qđ priuat per maluʒ pene poteſt recōpenſari per maius bonū nature vel gratie: poteſt etiā eſſe cōſonū recte rationi: et ſic habere ratiōnē boni: ſed bonū gratie qđ priuatur per malū culpe nō poteſt recōpenſari per maius bonū nature: nec poteſt eſſe conſonum recte rationi (vt

declaratum eſt) propter qd̄ nunq̄ poteſt habere rationem boni nec recte voliti.

## Diſtinctio. XLVII.

### Sententia litteræ huius diſtinctionis in generali & ſpeciali.

H. Sententia in gn̄ali. Voluntas quippe dei. Superius magiſter remouit ea q̄ videntur effectū volūtatis diuine impedire: hic vero determinat quo modo ipſa volūtas efficaciter impleat. Et diuidit in duas ptes. Primo determinat ſuū intentū. Scd̄o excludit dubitationez incidentē circa determinata. Scd̄a ibi: Sed attendendū. Hec ſcd̄a diuidit in tres. Primo mouet dubitationē. Scd̄o ſoluit. Tertio ex ſolutione cōcludit ſuū principalē intentū. Scd̄a ibi: Unum vt ſupra diximus. Tertia ibi: Ex p̄dictis liquet. Et hec

I. Sententia in ſpeciali. eſt ſentētia lectionis in generali. ¶ In ſpeciali vero ſic p̄cedit. Et p̄ponit primo q̄ voluntas dei eſt efficax et nihil fit cōtra eam: multa tamē fiunt p̄ter eam: et dicit q̄ volūtas dei ſemp̄ implet quādo bn̄ facit creatura: aut quādo de mala faciēte ordinat deus vt vult. Poſtea mouet dubitationē quo modo poſſet aliquid fieri contra volūtatē dei: cū dictū ſit q̄ volūtati ei9 nihil reſiſtat. Itē quomodo qd̄ ē cōtra voluntatē nō eſt p̄ter eam. Poſtea reſpōdet dicēs q̄ ſolutio apparet diſtinguēdo voluntatem. voluntas eñ aliquādo denotat ipam diuinā eſſentiā aliqñ p̄cepta vel p̄hibitiones: aliqñ autē eius p̄miſſionē. cōtra ipam voluntatē nihil fit: contra p̄cepta vel p̄hibitiones q̄ ſunt ſigna voluntatis bene pōt aliquid fieri: p̄ter voluntatē tñ q̄ deus eſt: aliqd fit vt mala: ſed nō p̄ter eius p̄miſſionē. Oſtēdit eñ p̄ auctoritates q̄ mala voluntati diuine reſiſtētia et obſequāt. Ultio recapitulat determinata. Et oſtēdit q̄ nō oīa q̄ de9 p̄cepit voluit vl̄ q̄ p̄hibuit noluit ita fieri: ſed ex alia rōne: q: ad illa ſe habuit ad modū volentis. Et in hoc terminat ſentētia in ſpeciali.

## Queſtio Prima.

### Utrum aliquid poſſit fieri preter voluntatem diuinam.

K. Que. pri. Arg. pmo. Circa diſtinctionem iſtam primo q̄ritur: vtrū aliqd poſſit fieri p̄ter voluntatē diuinā. Et videt q̄ nō: q: nullus effectus pōt ſubterfugere cauſalitatem cauſe vltiſſime: ſed volūtas diuina eſt cauſa vltiſſima: ḡ nullus effectus pōt eius cauſalitatē ſubterfu

Argu. ij. gere: nihil ḡ pōt fieri p̄ter eam. Itē nihil pōt fieri cōtra voluntatē diuinā (alioquin ipſa nō ſemp̄ impleret cuius oppoſitū prius p̄batū eſt) ſed qd̄ fit p̄ter eam fit cōtra eā: ſm̄ illud Mat. xij. Qui non eſt mecū contra me eſt: ḡ nihil poteſt fieri preter eam.

In oppo. ¶ In cōtrariū eſt: q: idē eſt fieri deo volente ⁊ deo auctore: ſed multa fiunt q̄ de9 nō facit (vt mala cul

L. pe) ergo illa nō vult: fiunt ergo p̄ter voluntatē dei

Reſpōſio ad q̄ſtio. ¶ Reſponſio. Uidēdū eſt primo quid eſt fieri contra voluntatē dei vel p̄ter eam: ⁊ tunc applicabitur ad q̄ſtionē. Sciendū ergo q̄ ſicut eſt in naturalib9 ſic aliquo modo eſt in p̄poſito noſtro. In naturalibus autē ſic eſt q̄ illud dicit eſſe vel fieri ſm̄ naturā qd̄ eſt vl̄ fit ſm̄ inclinationē nature: vt q̄ graue puta lapis moueat deorſum: ſed cōtra naturā fit qd̄ fit cōtra inclinationē nature: vt q̄ lapis moueat ſurſuz ſed p̄ter naturā fit qd̄ nec fit ſz inclinationē nature nec cōtra: eo q̄ natura nullā inclinationē habet ad hoc vel ad ſuū oppoſitū: ſicut cū ex ligno fit ſtatua: Similiter eſt circa voluntatē: q: illud dicit fieri ſm̄ voluntatē qd̄ fit ſm̄ inclinationē voluntatis: ⁊ cum inclinatio voluntatis ſit finis actus volēdi omne qd̄ fit ſm̄ voluntatē eſt volitū fieri: illud autē fit cōtra voluntatē qd̄ fit cōtra inclinationē volūtatis: quādo aliquid fit qd̄ volūtas vult nō fieri: ſed p̄ter voluntatē fit id de quo nō eſt inclinatio voluntatis vt fiat vel nō fiat. Modo ad p̄poſitū voluntas diuina M.
diſtinguit in voluntatē beneplaciti et in voluntatē ſigni. Et rurſus voluntas beneplaciti diſtinguit in antecedentē (que eſt ſolū q̄dā velleitas) et cōſequētem (que eſt voluntas ſimpliciter) Si ergo loquamur de voluntate antecedēte: ſic multa fiunt p̄ter eam et cōtra eam. Cuius ratio eſt: quia potētia ad vnū oppoſitorū ſtat cū actu alterius. poſſe eñ non currere ſtat cū hoc qd̄ eſt actu ſedere: ſz volūtas antecedēs eſt de euētu rerū ſolū in vli et in potentia: ſicut deus dicit velle oēs hoīes ſaluos fieri: quatenus dedit oībus naturā ordinabilē in beatitudinē: et oībus quātū in ipſo eſt: p̄bet auxilia cōia quibus poſſunt ad beatitudinē dirigi et eam mereri: ergo talis volūtas pōt ſtare cū actuali euentu oppoſito: vtpote q̄ iſte nō ſaluet. Si vero loquamur de vo- N.
luntate cōſequēte ſic nihil fit nec fieri pōt cōtra eā: q: illud qd̄ eſt volitū volūtate cōſequēte eſt volitū ſimplicit qd̄ ſemp̄ implet: vt patuit in p̄cedenti: ſed nihil dr̄ fieri cōtra volūtatē niſi quādo nō implet qd̄ eſt volitū fieri vl̄ nō fieri (vt expoſitū eſt) ergo nihil pōt fieri cōtra voluntatē cōſequentē: poteſt tñ aliquid fieri p̄ter eam: q: aliqua ſunt de quibus nullo modo eſt voluntas cōſequēs vt fiant vl̄ nō fiant: ſicut ſunt mala culpe. Nō eñ vult deus talia mala fieri: q: tam eſſet auctor malorum. Nec rurſus vult nō fieri: q: nullo modo fierent: ⁊ ideo nullo modo talia fiunt ſm̄ voluntatē diuinā: neq̄ cōtra voluntatē: ſed p̄ter naturā: et idē forte diceret aliquis de quibuſdā bonis q̄ fiunt mere a libero arbitrio: ſed nō de oīb9: q: bona q̄ fiunt a p̄deſtinatis ⁊ eos quoquo mō iuuāt ad ſalutē cadūt ſub voluntate dei: ſicut ſub p̄deſtinatiōe (queādmodū dictū fuit pri9) ſed de bonis pure moralib9 ⁊ nō meritorijs in non p̄deſtinatis q̄ ſint volita a deo ratio naturalis nō habet: nec fides cogit ad hoc quin reſpectu taliū et malorū oppoſitorū volūtas diuina poſſit ſe habere per indifferentiā vt nō ſit plus de vno q̄ de alio: et de malis quidē oēs cōcordant: de bonis vero pauci ſic loquūtur. Loquēdo autē de voluntate ſigni O.
cū ſint q̄dā ſigna voluntatis antecedētis: et q̄dam volūtatis cōſequētis cōtra ſigna volūtatis antecedētis: et preter ea multa fiunt: queādmoduz dictū eſt de voluntate antecedēte: multa eñ fiunt cōtra p̄ceptum p̄hibitionē et cōſiliū: et p̄ter ea q: nulliū eoꝝ eſt de oībus: ſigna vero voluntatis cōſequētis ſūt opatio et p̄miſſio: cōtra opationē nihil pōt fieri: q: cōtradictionē implicat q̄ aliquid ſit opatū et nō ſit factū: multa tamē fiunt p̄ter eam: q: opatio vt eſt ſignū voluntatis diuine p̄ut nunc loquimur: aut eſt ſolū eorū q̄ deus facit p̄ ſe et imediate (vt dictū fuit ſupra diſtinc. p̄cedente) aut ſolū eorū que facit per ſe: vel inſpirat fieri per alterū: ſed cōſtat q̄ p̄ter hec ſunt oīa mala ⁊ forte aliqua bona: ḡ p̄ter opationē vt ſumit tanq̄ ſignū volūtatis diuine multa fiunt:

de permiſſione vero clarum eſt ꝙ nichil poteſt fieri contra eam: quia nihil poteſt fieri qđ deus velit impedire: permittit ergo fieri quicquid fit. Sed

A. vtrū aliqđ poſſit fieri ꝑter ꝑmiſſionē: patet ꝙ ſi accipiatur permiſſio ſm generalē rōnem nominis (prout ꝑmitti dicit quicqđ nō impedit) ſic ꝑter ꝑmiſſionē nihil poſſet fieri: nō eñ pōt fieri niſi qđ nō impeditur fieri: ſed nō videt ꝑmiſſio vt diſtinguit ꝯtra alia ſigna volūtatis diuine ita gñaliter accipi ſʒ ſolū accipit pro eo qđ non eſt impedire malū: ⁊ ſic oīa

B. Ad pri. principale. bona fiunt preter ꝑmiſſionē diuinā. ¶ Ad rōnes dicendū eſt. Ad primā cū dr ꝙ nullus effectus pōt ſubterfugere cauſalitatē cauſe vniuerſaliſſime: ꝯcedatur: multi tamē defect⁹ poſſunt eā ſubterfugere: mala aūt culpe inq̄tū ſunt mala importāt ſolū defectū: ⁊ ſic ſolū ſubterfugiunt cauſalitatē diuine

Sed hoc eſt ꝙtitas quo ad fieri accidentaliter: ſꝫ
non quo ad eſſe: ⁊ intrinſece ꝑ ⁊c. Minor ꝓbaꝭ: qꝛ
indiuiduū nō differt ab indiuiduo in eadē ſpecie:
niſi contingeret ea plura eſſe Ad hoc aūt preexigiꝭ
ꝙtitas: qꝛ materia nō poſſet ſuſcipere diuerſas for
mas eiuſdē ſpeciei: nec ſimꝭ: nec ſucceſſiue nec me
diante ꝙtitate ſm̄ mediū in trāſmutatōe non ſm̄
mediū in eſſe ſubiectū forme: Nā ſicut eē ſub for-
ma ſanguinis dat ſibi ſpecialē potentiā ad formā
ſpecialē in trāſmutari ita eſſe ſub ꝙtitate dat ſibi
gñalem potentiā reſpectu pluriū formarū recipiē-
C. darū ſimul vꝭ ſucceſſiue. ¶ Sed iſtud nō videꝭ qꝛ
aliud eſt principiū indiuiduatōis et aliud eſt cā et
pricipiū q̄re materia pōt eē ſub plurib⁹ formis. eſto
eñ ꝙ materia non poſſet eē niſi ſub vna forma nec
ſimul: nec ſucceſſiue nihilominꝰ adhuc eſſet dare i
diuiduū in illa natura: nō eñ exiſteret vniuerſaliꝭ
ſꝫ ſimpliciꝭ. Licet ergo ꝙtitas precedēs i ſubiecto
qḋ tranſmutaꝭ ſit cā plurificatōis idiuiduoꝝ ſub
eadē ſpecie in his dūtaxat q̄ ꝑ agēs naturale ꝓdu
cunꝭ: qꝛ in aliis forte nō eſt veꝝ: nō tñ ꝓpter hoc ē
principiū idiuiduatōis: qꝛ accidit idiuiduo inq̄tuꝫ
huiꝰ ꝙ ſub eadē natura ſit aliud indiuiduū cuꝫ q̄
cōueniat: vel a quo differat: veꝝ eſt ꝙ vbi cōtingit
eſſe plura idiuidua ſub vna ſpecie per illud differt
vnū ab alio per qḋ conſtituiꝭ in ſeipſo. Sed nō cō
uertitur vt oē illud ſit de cōſtitutōe indiuidui: etiā
accidētaliter non intrinſece: qḋ requiraꝭ ad hoc vt
differat ab alio indiuiduo ſub eadem ſpecie: qꝛ ad
hoc preexigiꝭ illud qḋ eſt cā mltiplicatōis ſine quo
D. tñ vere maneret rō indiuiduatōis. Sic igitur defi
Opi. do. cit hec opinio in ſe: deficit etiā in ſuis rōibus vt pa
rebit ſoluendo eas in fine. ¶ Dicēdū ergo ꝙ nihil
eſt principiū indiuiduatōis niſi qḋ eſt principiū na
ture ⁊ quidditatis. Qḋ apparet primo ſic. Eoꝝ q̄
ſunt idē inq̄tū hmōi ſunt eadē principia: ſed natu
ra vniuerſalis ⁊ indiuidua ſeu ſingularis ſunt idē
ſm̄ rē: differūt aūt ſm̄ rōem, qꝛ qḋ dicit ſpecies in
determinate indiuiduū dicit determinate: que de
terminatio ⁊ indeterminatio ſunt ſm̄ eſſe et intel
ligi. vniuerſale eñ eſt vnū ſolum ſm̄ ꝯceptū: Sin
gulare vero eſt vnū ſm̄ eſſe reale. Nā ſicut actio in
tellectus facit vniuerſale: ſic actio agentis natura
lis terminaꝭ ad ſingulare: ergo eadē principia ſm̄
rem: ⁊ differētia ſolū ſm̄ rōnem ſunt quidditatis
E. et indiuidui. ¶ Secūdo qꝛ illud qḋ ꝯuertiꝭ cū ēte ⁊
de eiſdē predicaꝭ non dicit aliquid additū ſup ea
de quibus dr̄. Sed eſſe indiuiduū cōuertitur cum
ente accepto ſm̄ eſſe reale. Nihil eñ exiſtit in re
extra niſi indiuiduū: vel ſingulare: ergo eſſe idiui
duū nō cōuenit alicui per aliquid ſibi additū: Sed
ꝑ illud qḋ eſt per quid ergo eſt ſortes indiuiduū:
per illud ꝑ qḋ eſt exñs: et hec ſunt ex parte finis. ⁊
agens cuiꝰ ē ꝓducere ſingulare ſicut ⁊ ipm̄ eſt Si
cut eñ actōes ſunt ſingulariū ita ad ſingularia ter
minātur intrinſece: aut ſunt hec materia: ⁊ hec for
ma. ꝙ ſi queras per q̄d forma eſt hec: dico ꝙ ꝑ illḋ
per qḋ eſt in re extra ⁊ hoc eſt extrinſece agēs. ma
teria autem ꝯcomitatiue inq̄tum forma pure ma-
terialis ſine materia nō exiſteret. Idē dico de ma F.
teria niſi ꝙ ſua idiuiduatio pl⁹ dependet a forma
q̄ ecōuerſo: qꝛ forma magis eſt rō eſſēdi materie
q̄ ecōuerſo: ſubſtātie aūt ſeparate nullo modo in
trinſece indiuiduanꝭ niſi ſeipſis: Et eſt hoc intelli
gendū ꝙ ſi natura cōis plurib⁹ ſuppoſitis eēt i eis
vna ſm̄ rē queādmodū in diuinis: oporteret tunc
preter naturā cōem ⁊ eius principia querere aliud
qḋ eſſet principiū ꝯſtituendi ſuppoſitū queādmo
dū in diuis relatio: eo ꝙ in natura cōi nō diſit ſup-
poſita. Sed nūc cū natura cōis diuerſis indiuidu
is ſit ſolū vna ſm̄ rōnem: ⁊ diuerſa ſm̄ rē: Non oꝫ
preter naturā ⁊ pricipia nature querere alia princi
pia indiuidui: ſed eadē (vt ſunt exñtia) ſicut natu-
ra cōis ⁊ indiuiduū ſolū differt vt cōcepta ⁊ exñs.
Ex hoc apparet rñſio ad rōes alterius opinionis.
¶ Qḋ eñ primo dr̄ ꝙ indiuidua eiuſdē ſpeciei nō G.
differt in quidditate: vel natura cōi: verū eſt vt ac Ad moti
cipiꝭ ſm̄ abſolutā eius rōem. Sed in ea ſic accepta uū opi. ꝑ.
cōueniūt que tñ ꝯuenientia ē ſolū ſm̄ rōnem ſicut
⁊ vnitas nāe ſm̄ ſpēm eſt ſolū vnitas rōis. Sed
in natura ⁊ quidditate accepta ſm̄ realē exiſtētiaꝫ
differūt: ⁊ in principiis nature cōſimiliter acceptis:
Et hec ſunt hec materia ⁊ hec forma. Et qḋ ſubdiꝭ
ꝙ forma non eſt hec niſi quia recipitur in materia
ſignata: Materia aūt nō ſignaꝭ niſi ꝑ ꝙtitatē: fal-
ſum eſt. Nā forma per ſeipſam intrinſece eſt hec: ⁊
non ꝑ hoc ꝙ recipiꝭ in materia: niſi cōcomitatiue:
qꝛ ꝙ ſit hec non habet niſi in materia niſi ſit for-
ma ſeparabilis vt anima: Signatio autem ma-
terie qua dr̄ hec nō eſt per ꝙtitatē Sed ꝯpetit ei ꝑ
aliquid ſui gñis ſicut ꝙ ſit ens ⁊ vnū: Signatio ve
ro q̄ dr̄ tāta puta bicubita: vꝭ tricubita hꝫ ꝯpetit ma
terie ꝑ ꝙtitatē: Sed hec ſignatio nō facit eā idiui H.
duā: ſed ſupponit. ¶ Ad ſcḋm pꝫ per idē: Et ſimi Ad ſcḋm
liter ad primū principale. Ad aliud dicēdū ꝙ Pla Ad pñcꝭ
to errauit ſi intellexit formas ſeparatas eſſe vni-
uerſali ꝑdicatōe ꝓpter errorē qui eſt in ponendo
eas ſeparatas eſſe a rebus: Et ꝙtuꝫ ad hoc repro
batur ab Ariſtotele in pluribus locis.

## Vtrū poſſint eē plures āgeli ſub vna ſpecie. Queſtio. III.

Circa tertiū videlicet de plu- I.
ralitate āgeloꝝ q̄rūꭍ duo. Primū ē. vtrū Que. iii.
poſſint eē plēs āgeli ſub vna ſpē Scḋm
ē vtrū angeli ſint i aliquo magno nūero
¶ Ad primū ſic ꝓcediꭍ Et videꭍ ꝙ plēs angeli nō Argu. i.
pñt eē ſub vna ſpē: qꝛ dr̄a ſm̄ formā eſt dr̄a ſꝫ ſpēꝫ
ſed duo āgeli cū nō hēant materiā dr̄nt neceſſario
ſm̄ formas ſuas: ḡ neccārio dr̄nt ſm̄ ſpēm: ſed ea q̄
differunt ſm̄ ſpēm eſſe ſub eadeꝫ ſpē implicat con
tradictionē: ḡ ⁊c. ¶ Item de⁹ ⁊ natura nihil faciūt Secūdo.
fruſtra (vt hētur primo celi) ſꝫ ſi eſſent plures ange
li in eadē ſpecie eēnt fruſtra: ḡ ⁊c. Minor ꝓbaꭍ: qꝛ

plurificatio indiuiduoꝝ ſub vna ſpē eſt ꝓpter ꝯſeruationē ſpeciei: Sed in incorporalib⁹ (quales ſūt angeli) ſpēs pōt ſemꝑ in vnico ꝯſeruari: ergo fruſtra ēēnt indiuidua pl'a ſub tali ſpecie. ¶ In cōtrarium *Jn op.* arguit̄ q2 de rōne ſpeciei eſt ꝙ ꝑdicet̄ de pluribus dr̄ītib⁹ nūero actu: vel ſaltē aptitudine: ſi aūt ciī angeli ſint in gñe: ḡ in eis ſunt vel eē pñt pl'es eiuſdē ſpeciei. Maior pȝ ex diffinitione ſpeciei quā ponit Porphi. ⁊ ꝓpter aliud q2 ad plura ſe extendit cōceptus vniuerſal' ꝙ ſingularis. Sed hoc nō eēt niſi cōcept⁹ vniuerſal' eſſet pluriū ꝑȝ actū: vel aptitudinem. Minor de ſe manifeſta ē: ḡ ⁊c. ¶ Itē de⁹ pōt *Secūdo.* āntihilare aliquē āgelū qui (vt aduerſa. dicit) ſolus eſt in illa ſpē: Spēm aūt illā ꝯſtat ꝙ de⁹ pōt repare creādo angelū aliquē ſub ea ſicut a principio fecit: Sed nō videt̄ neceſſario ꝙ reparādo ſpēm iterato recreet angelū antihilatū: nec forte ē poſſibile repararet ḡ creādo aliū angelū: ḡ ſaltē ſucceſſiue poſſunt eſſe plures āgeli ſub vna ſpecie. Et ꝑ eandē rōnē vt videt̄ pñt eē plures ſimul Cum nō hēant *K.* inter ſe oppoſitionē impedietē: nec ſucceſſiōis neceſſariū ordinē. ¶ Rñſio. Dicit eſt vnū ꝑintelligend*Rñſio.* .ſ. qñ effect⁹ depēdet ſolū ex vna cā tota poſſibilitas vel īpoſſibilitas illius effect⁹ depēdet ex cōditione ⁊ poſſibilitate cāe. Entitas eñ āgeloꝝ et per ꝯñs vnitas ⁊ pl'alitas īmediate et ſolū depēdet a cā pria. Ergō tota poſſibilitas vnitatis ⁊ pluralitatis angeloꝝ ī vna ſpecie arguēda eſt ex natura potentie diuine. Potētia aūt diuina ſe extēdit ad oē illud qḋ nō īplicat ꝯtradictionē (vt oñſum eſt in primo libro.) Ergō inquirendū eſt vtrū angelos pl'es *L.* eſſe ſub eadē ſpecie īplicet cōtradictionē. ¶ Et di*Opi̅o.1.*cūt aliq̄ ꝙ ſic per rōem que tacta eſt in opponēdo: ſcȝ ꝙ dr̄a ꝑm formā eſt differētia ꝑm ſpēm: quā aliī ſic ꝯfirmāt licet dr̄a ꝑm formā qñ nō accipit̄ ꝑm abſolutā rōnē forme: ſed ꝑm ꝙ hmōi: forma nō facit dr̄am ſpecificā: ſed numeralē ſicut dr̄nt due aīe: et due ꝗtitates ſepate: tñ dr̄a ꝑm abſolutā rōnē forme facit differentiā ſpecificā: Illud eī a q̄ differt linea ꝑȝ abſolutā rōnē linee oȝ eē lineā: Sȝ dr̄a formaꝝ totalit̄ ſeparataꝝ a materia vt ſunt āgeli ſoluȝ pōt eſſe ꝑm abſolutā rōnē forme: ergo ⁊c. Probo minorē. Oīs forma cōtinēs ſub ſe multa hȝ quandā latitudinē que pōt eē duplex: vel ꝑm diuerſos gradus formales q̄ꝝ vnus ꝑȝ ſe eſt nobilior ⁊ ꝑfectior altero: Et hec ē latitudo gñis ſub quo ſunt diuerſi ḡdus ſpecifici ⁊ formales ſumpti ꝑm abſolutā rōnē forme. Alio mō ſumitur hec latitudo ꝑm pl'ificationē nūeralē in eodē gradu. Prima latitudo cōuenit formis ꝑm ſuā rōnem abſolute acceptā. Sȝ ſcḋa nō pōt hoc mō eis ꝯuenire: faceret eñ dr̄am ſpecificā Ergō oȝ ꝙ forma cui cōuenit hec latitudo īcludat vel īportet aliquid qḋ ſit extra abſolutā rōnem forme et illud ē aliq̄ imꝑfectio: ⁊ potētialitas Sic eñ pl'ificari videt̄ eē imꝑfectiōis: ⁊ potētialitatis. Nā forma q̄ eſt act⁹ pur⁹ (vt prima cā) non pōt pl'ificari. In formis aūt vt iſti dicūt non pōt eē niſi duplex imꝑfectio: vna ꝗtū ad gradus formales ꝑm ꝙ vna eſt ī gradu formali inferiori ꝙ alia. Alia inꝗtuȝ forma nata eſt habere rōnem ꝑtis ꝑm rem ſicut forma ſubſtantialis: vel accidental' ꝑs eſt cōpoſiti: vel ſicut ꝗtitas minor nata eſt eſſe pars ꝗtitatis maioris. Et iſta potentialitas ꝑ quā forma nata ē eſſe pars ꝯpoſiti dat aīe: ⁊ cuilibet forme ſubſtātiali: ⁊ accīntali quandā latitudineȝ vt poſſit plurificari nūero ꝑm eundē gradū: Etiā dato ꝙ nō informent actu ſubiectū. ⁊ q2 eſſentia angeli nō eſt forma que ſit vel eſſe poſſit pars alicui⁹ cōpoſiti: Ideo in angelis nō poteſt accipi dr̄a niſi ꝑm ſpecificaȝ rōnem forme que facit differre ꝑm ſpeciem. ¶ Hec auteȝ *M.* opinio fatet ꝙ dr̄a ꝑm formam ⁊ nō ꝑm abſolutam rōnem forme: ſed ꝑm ꝙ hec forma: facit dr̄am nūeralē ⁊ nō ſpecificā: et iſtud eſt ꝯcedendū q2 verum eſt. Oīs eñ differentia eſt ꝑ formā ſiue ꝑ actum: per materiā eī q̄ eſt pura potētia res non pñt ab inuicem differre: nec ſeparate a materia. cū materiā nō habeant nec materiales ſint: Cuius rō eſt: quia differre ſupponit eſſe: Et ꝓportionabilit̄ differre actu ſupponit eſſe actu: ꝑ materiā aūt nihil hȝ eſſe actu: ſed tm̄ ꝑ formā. Quelibet eī res cōpoſita ex materia ⁊ forma ꝑ materiā quidē hȝ ꝙ poſſit eſſe vel nō eſſe: per ſolā formā aut habet ꝙ ſit actu: igitur nulla dr̄a eſt per materiā: ſed ſolū ꝑ formā in hñtibus formā ⁊ materiā. In his aūt quoꝝ vnū hȝ materiā ⁊ aliud eſt ſine materia pōt eſſe dr̄a penes materiā ꝑm affirmationē et negationem: q2 vnū hȝ et aliud non habet. Sed in hñtibus materiam tenet quod dictū eſt. ¶ Cōcedamus ergo illud qḋ eſt verum in ꝑdicta opinione. videlicet ꝙ dr̄a ꝑm abſo*N.*lutam rōnem forme eſt ſpecifica: dr̄a aūt forme a forma ꝑm ꝙ hec ⁊ vna ſiue ſingularis eſt nūalis ſolum. Qḋ aūt addit: ꝙ in ſubſtātiis ſeparatis non pōt eſſe differētia niſi ꝑm abſolutam rōneȝ forme: negandū eſt. et cū probat̄ quia latitudo forme per quā ꝯpetit ei ꝙ poſſit multiplicari ꝑm nūerū eſt imꝑfectio. ⁊ potentialitas forme ꝑ quaȝ pōt eſſe real' ꝑs alicui⁹ toti⁹. Dicendū ꝙ nō eſt veꝝ Si eñ loq̄mur. De ꝑticularitate ꝑm quaȝ forma ſubſtantial' vel accidental' eſt ꝑs cōpoſiti ex materia ⁊ forma: vel ex ſubiecto ⁊ accidente. et ex ea aſſignet̄ cauſa pl'ificatiōis nūeralis: ac per hoc neget̄ talis pl'ificatio in ſubſtantiis ſepatis: petit̄ principiū ⁊ nihil ꝓbat̄. Idem eñ eſt dicere ꝙ ſola forma que eſt altera ꝑs ꝯpoſiti plurificat̄ nūaliter: ⁊ ꝙ ſubſtantia ſimplex ꝑ ſe ſubſiſtens nō pl'ificet̄ nūaliter: vel vnū includit̄ ī altero: et iō aſſumere vnū ad aliud ꝯcludēdū ſine ꝓbatiōe eſt petere ꝑicipiū. et ſi ſi dicat̄ ꝙ talis pl'ificatio venit ex imꝑfectiōe forme: veꝝ eſt ſȝ nō ex illa ꝙ ꝑs eſt ſed ex alia cōiori (vt poſtea dicet̄) Si aūt loquamur de ꝑticularitate ꝑm quā minor ꝗtitas pōt eē ꝑs maioris ꝗtitatis nō pōt ex ea reddi cauſa pl'ificatiōis nūalis. ¶ Ad cuius euidētiaȝ eſt ſciendū ꝙ ſi natura ſpeciei eſſet prius vna ꝑm numerū ⁊ poſt modū diuideret̄ in pl'es ꝑm nūerū: quēadmodū lignum diuidit̄ in pl'a ligna q̄ꝝ quodlibet eſt hoc lignū null⁹ dubitaret ꝗtitatē eſſe principium hui⁹ pl'ificatiōis Cū rō ꝗti ſit ꝙ diuidatur in ea que inſunt (vt dr̄. v. meta.) Sed nō ſic diuiditur natura cōis in indiuidua tanꝙ prius ſit vna ꝑm rem ſed ſolū ꝑm rōnem: immo nec ꝓprie diuiditur in pl'a indiuidua: ſed potius vnitas eius ex pl'ib⁹ indiuiduis colligitur ꝑ actū intellect⁹ qui facit vniuerſalitatem in rebus. Vñ differt hec diuiſio ab illa in tribus. Primū eſt q2 ꝗtum eſt vnum ꝑm rem: ſpecies aūt ſolum ꝑm rōnem. Scḋm eſt ꝙ partes ꝗti diuiſi ſunt ꝑ ſe ꝑtes integrales: ⁊ non ſubiectiue: nec recipiūt ꝑdicationem eius qḋ in ipſa diuiditur nō eñ ꝑtes ligni ſunt illud lignum qḋ in ipſas diuiditur diuiſione ꝗtitatiua: et licet quelibet ꝑs ligni dicatur lignum tunc tm̄ non eſt ꝑdicatio totius quātitatiui de ſuis ꝑtibus: Sed totius vniuerſalis: indiuidua aūt ſūt ꝑtes ſubiectiue ſpeciei ⁊ nullo mō

integrales. ¶ Tertiū in quo differūt eſt: qꝛ in diuiſio
ne q̄titatiua ex reali vnitate p̄cedēte ꝯſurgit m̄lti
tudo: ſed hic ecōtrario ex reali m̄ltitudie ente vł
poſſibili in indiuiduis ꝯſurgit ꝑ actum intellectus
vnitas ſpeī. Uniuerſale eñ aut nihil eſt aut poſte
rius eſt ſuis ſingularibꝫ: vt dr̄ p̄io de aīa. Uer̄ ē
ꝙ poſtq̄ꝫ formatꝰ ꝯceptꝰ eſt cōceptꝰ ſpecieiiterato
diuidi poſſūt in pluralitatē indiuiduoꝝ: et ſic vni-
tas p̄cedit pluralitatē. Sꝫ ſimplicit̄ p̄ma forma-
tio vnitatis ſpeī ꝯſequit̄ pluralitatē: ḡ ex eo ꝙ par
ue vel minores q̄titates ſūt: vel eē poſſunt par-
tes maioris q̄ntitatis bn̄ ſeq̄tur ꝙ cōpetit q̄ntitati
ꝙ poſſit diuidi in plures q̄titates q̄ ſunt partes
eiꝰ integrales: et de quibꝫ nō p̄dicat̄. Sed ex hoc
nō ſequit̄ ꝙ ſit cauſa quare ſub ſpecie m̄ltiplicent̄
indiuidua: qꝛ diuiſio quātitatis in ſuas partes: et
A. diuiſiones ſpeciei ī indiuidua ſunt diuerſaꝝ rōnū
ꝛ q̄ſi oppoſitaꝝ. Et q̄uis ptes q̄titatiue diuiſe ſint
īdiuidua q̄titatis abſolute ſūpte: qꝛ q̄libꝫ pars q̄ti
tatis eſt q̄titas. Tamē accidit eis quo ad hoc ꝙ fu
erūt vel eſſe potuerūt partes alicuiꝰ totius integra
lis. Tū qꝛ ſi eēnt due q̄titates infinite: quaꝝ vna
nō poſſet eſſe ps alterius: nihilominꝰ ipe eſſent in
diuidua ipſiꝰ ſpeciei. Tū qꝛ partes alicuiꝰ totius
heterogenei nō ꝓpter hoc ꝙ ſunt ptes: ſunt īdiui-
dua vniꝰ ſpeciei. Non eñ quelibꝫ ps equi eſt equꝰ
ſicut q̄libet pars q̄titatis eſt quātitas: qꝛ hoc ē hete
rogeneū: ꝛ illud hōgeneū; q̄uis vtrobiq̄ꝫ ſit pars
et totū: ergo ex hoc ꝙ aliqua forma pōt eē pars in
teḡlis: aliiꝰ nō pōt reddi cā multiplicatōis nūeralis
B. ſub eadem ſpecie: ſed eſt totaliter extranea appli-
Alia opi. catio. Eſt aūt aliꝰ modꝰ quitactꝰ eſt in p̄cedēte q̄
ſtiōe. ſ. ꝙ q̄titas eſt cā pl̄ificatōis indiuiduoꝝ ſub
ſpeciei materialibꝰ: nō ꝙ diuiſio ſpeciei ī indiuidua
ſit diuiſio quāti vniꝰ ſm̄ rē in plura: Sed qꝛ mat̄ia
que eſt alia ps indiuidui in materialibꝰ: nō poſſet
plures formas recipere niſi mediāte q̄titate: non
ſm̄ mediū in eſſe ſubiectū forme: ſed ſm̄ mediū in
C. tranſmutari; vel fieri vt expoſitū fuit: Sed iſtud
Impro. non valet. p̄mo qꝛ per eandē rōnē q̄titas eēt pri
cipiū plurificatōis ſꝫ ſpecē qꝛ ſicut due forme eiuſ
dē rōis nō recipiūtur in materia niſi ꝑ q̄titatē diui
ſam: ita nec plures forme diuerſaꝝ rōnū pn̄t recipi
ſimul niſi in materia eodeꝫ mō diuiſa. Sꝫ ꝓpt hoc
non ponit̄ ꝙ q̄titas ſit cā pl̄alitatis ſꝫ ſpecē: ergo
D. nec ꝓpter hoc eſt ponendū ꝙ ſcꝫ ſit cā pluralitatis
Item. ſm̄ numeꝝ. ¶ Itē lꝫ materia nō poſſit recipe pl̄es
formas niſi mediāte quātitate ſm̄ mediū tranſmu
tari ſm̄ curſuꝫ nature: Alio tñ mō pōt. Nā ī p̄ma
reꝝ ꝓductōe diuerſe forme eiuſdē ſpeciei et etiā di
uerſaꝝ: fuerūt ꝓducte in diuerſis partibꝰ materie
E. abſq̄ꝫ quātitate in fieri: vel in eſſe. ¶ Itē ſi conce-
Item. deret̄ quicq̄d iſti dicūt nihil eſt ad ꝓpoſitū: Si eñ
forma que recipit̄ in materia nō pōt pl̄ificari ſꝫ nu
meꝝ niſi mediāte quātitate nūq̄d ꝓpter hoc poteſt
cōcludi ꝙ ſubſtātie ſeparate a materia nō pn̄t pl̄ifi
cari ſm̄ nūeꝝ: qꝛ hn̄t quātitatē: nō videt̄: imo ꝯtra
riū: qꝛ quātitas nihil facit ſm̄ eos ad plurificatōeꝫ
formaꝝ etiā ſm̄ nūeꝝ niſi qꝛ tales forme requirunt
pl̄es ptes materie: in quibꝰ recipiant̄. que pl̄alitas
partiū materie eſt ꝑ quātitatē ſm̄ mediū in fieri: ḡ
ad vnitatē vel pluralitatē formaꝝ que nō recipiun
F. tur in materia: nihil penitꝰ facit quātitas. ¶ Dicē-
Opi. do. dum ē ergo ꝙ nō repugnat nature āgelice pl̄ifica-
ri ſm̄ nūeꝝ in eadē ſpecie: qđ pꝫ rōe ꝛ auctoritate ꝛ
eſt talis rō: ois natura q̄ ꝓducit̄ ab agēte actōe ite-
rabili pōt pl̄ificari ſm̄ nūeꝝ: Sꝫ ois creata naturā
eſt h̄ mōi (etiā ſubſtātie ſepate) ergo ꝛc. Maior pꝫ qꝛ
ſicut agens vna actōe ꝓducit vnū ita agēs pluribꝰ
actōibꝰ ꝓducit plura: quia ſicut actio eſt iterabilis
ſic ꝛ terminus actōis: Minor ꝓbat̄ qꝛ ois actio que
pōt volūtarie interrūpi manēte virtute actiua que
eſt p̄ncipiū actōis pōt iterari maxime ſi tota actio ꝛ
ꝓductū per actionē depēdeāt ex ſola virtute ꝓdu-
centis. In his eñ tota potentialitas vnitas: et
pluralitas actōis ꝛ producti eſt ex virtute ꝓducen-
tis. Et hec eſt cā q̄re nō pōt eſſe in diuinis niſi vnꝰ
filius: qꝛ actio qua ꝓducit̄: nec pōt interrūpi nec ite
rari. Sed actio qua deꝰ ꝓducit quaſcūq̄ꝫ creaturas
marie aūt ſb̄as ſepatas volūtarie pōt interrūpi in
eis: etiā tota actio ꝛ ꝓductū dependēt ex ſola virtu
te ꝓducētis: ḡ talis actio pōt iterari: et hec fuit mi
nor ſequit̄ ergo ꝯcluſio. ſ. ꝙ ois creatura: et marie G.
ſubſtātie ſepate pn̄t pl̄ificari ſm̄ numeꝝ. ¶ Ad idē
eſt auctoritas beati Augu. iii. de lib. ar. vbi loquit̄
de peccato angeloꝝ ſuppoſito ꝙ oēs peccaſſent: di
cit ſic: nec bonitas eiꝰ. i. dei quaſi aliquo tedio: nec
oīpotentia difficultate deficeret in creando alios q̄
in eis ſedibus collocaret. i. in eiſdē gradibꝰ gratie.
Ex ꝗ p̄ns nat̄e: cū angeli recepeīt gratuita ſm̄ na-
turalia: quas alius peccādo deſeruiſſent. vñ negā- H.
re ꝙ deus nō poſſit facere pl̄es angelos ſub vna Nota
ſpecie derogat diuine potētie cū ex pte rei ꝓduci
bilis non ſit eiuſdē cōtradictio: nec etiā ꝓbabilis:
et propter hoc illa opinio cōdēnata eſt Pariſiꝰ pl̄i
bus vicibꝰ et de eiꝰ cōdēnatōe ſunt tres articuli vi
delicet octogeſimꝰ p̄mꝰ in quo dr̄ ſic: ꝙ qꝛ intelligē
tie non habēt materiā deus nō poſſet pl̄es eiuſdē
ſpeciei facere (ſupple) Error eſt: idē habet̄ articlo
nonageſimo ſexto. vbi dr̄ ſic. ꝙ deꝰ nō poteſt mul-
tiplicare indiuidua ſub vna ſpecie ſine materia er
ror eſt. et ſimiliter articulo centeſimo nonageſimo
p̄mo dr̄ ſic. ꝙ forme nō recipiāt diuiſionē niſi ſm̄
materiā eſt error niſi intelligat̄ de formis eductis
de potētia materie. Argumēta ꝓ iſta pte concedē I.
da ſunt. ¶ Ad p̄mū argumētū in oppoſitū cum Ad p̄m̄
dr̄ ꝙ ois dr̄a ſm̄ formā eſt dr̄a ſm̄ ſpeciem: dicendū p̄ncipale.
ꝙ eſt falſum: qꝛ ois dr̄a ſm̄ formā eſt differētia ſꝫ
ſpecē nō eſt veꝝ niſi ſm̄ ꝙ declaratū fuit p̄ꝰ. Sꝫ
dr̄a ſm̄ abſolutā rōnē forme eſt ſpecifica: dr̄a aūt
forme a forma nō ē ſm̄ abſolutaꝫ rōnē forme: ſꝫ
ſm̄ ꝙ hec forma eſt nūeral̄: et hec differētia poteſt
eſſe in oi nat̄a creata. ſicut oñſum eſt. Sola eñ na
tura diuina que nec eſt de ſe pl̄es: nec ē ab alio pl̄i
ficabilis: qꝛ nō hꝫ cām effectiuam eſt de ſe: et ex ſe
vna numero: nec pōt ſm̄ numeꝝ pl̄ificari. vnde q̄
poſuerunt ꝙ angeli ſeu ſubſtantie ſepate non ſūt
a deo ſicut a cauſa efficiēte: ſed ſolū ſicut a cauſa fi
nali (prout aliqui imponunt Ariſtoteli) dixerunt
ꝙ omnes ſubſtantie ſeparate differunt ſm̄ ſpēm
nec pn̄t pl̄ificari ſub eadē ſpecie: quēadmodū nec
natura diuina. Sed ex quo veritas fidei hꝫ: ꝛ etiā
veritas ꝓphetie ꝙ oēs ſubſtantie ſeparate ſunt a
deo ſicut a cauſa efficiēte neceſſe eſt ꝙ pn̄t pl̄ifica-
ri ſm̄ nūeꝝ ſub eadē ſpecie: qꝛ dependent a deo:
ſicut a cauſa efficiente eas actiōe voluntaria ꝛ ite-
rabili. et hec eſt impfectio ꝓpter quaꝫ ꝯuenit eis ꝙ
poſſunt plurificari ꝛ non ſoluꝫ illa imperfectio per
quaꝫ forma poteſt eſſe pars alteriꝰ (vt alii dicebāt) K.
Ad ſcđm dicēdū ꝙ licet cōſeruatio ſpēi ſit quedaꝫ Ad ſcđm
cauſa ꝓpter quaꝫ pl̄ificant̄ indiuidua ſub ſpē non
tñ eſt tota cauſa: qꝛ tunc non multiplicarent̄ vltra

ꝙ neceſſe eſſet ſpeciem cõſeruari: qḋ nõ eſt verũ:
plurificat̃ ꝗ ꝓpter multas alias vtilitates: quas de
us preordinauit puenire ex eis tã in corporalibus
ꝙ̃ in incorporalibus. Et ideo nõ ſunt fruſtra.

## Vtrũ ãgeli ſint in aliquo magno numero. Queſtio. IIII.

L. Que. iiii. Argu. i. **P**Oſtea queritur. Vtrũ ange
li ſint in aliquo magno nũero: videt̃ ꝙ
nõ. q2 ſicut eſt in corporalib⁹: ita in ſpũa
lib⁹ (vt videt̃) Sed in corporalib⁹ nobi
liſſima corpora (vt celeſtia) ſunt in minori numero
ꝙ̃ alia: ergo ſimiliter angeli qui ſunt inter creatu
ras ſpũales nobiliores ſunt ĩ minori nũero ꝙ̃ ani
Secũdo. merõnales. ¶ Itẽ res ꝓcedũt a deo: ſicut num eri
ab vnitate aliquo mõ: Sed in nũeris accedẽtibus
ad vnitatẽ minor eſt pluralitas: ergo in reb⁹ maxi
me accedẽtib⁹ ad cãm primã que maxime vna de
bet eſſe minor p̃litas: talis eſt natura ãgelica: ꝗ ⁊c.
Inop. ¶ In cõtrariũ eſt qḋ dicit Dionyſius. iiii. capi. de
angelica hierar. ꝙ numer⁹ intelligentiaꝝ excedit
oẽs nũeꝝ ſubſtantiarũ materialiũ. Et Dañ. capi.
M. .vii. milia miliũ miniſtrabãt ei ⁊ decies milies cẽte
Rñſio. na milia aſſiſtebãt ei. ¶ Rñſio. Intelligendũ ẽ ꝙ
ſicut vnũ dicit̃ dupliciter ſic ⁊ numer⁹ qui nõ eſt ali
ud ꝙ̃ multitudo ex vnitatibus aggregata. Unum
autẽ dr̃ dupliciter. Primo mõ ꝓ vno qḋ cõuertit̃ cũ
ente: ⁊ ꝓ vno qḋ reperit̃ in ſola ꝗ̃titate: Similiter
eſt quidam nũerus qui cõſtituit̃ ex vnitatibus que
cõſequunt̃ ens gñalit̃ ⁊ alius qui cõſtituit̃ ex vnita
tib⁹ ꝗ̃titatis quarũ pluralitas eſt ex diuiſiõe con
tinui. Primus numer⁹ reperit̃ in quocũqꝫ inuenit̃
natura entis p̃ſificata: ⁊ iõ reperit̃ in angel̃. Secũ
dus reperitur ſolũ in hñtibus ꝗ̃titatẽ mobilẽ qua
les nõ ſunt angeli. Suppoſito hoc primo remouẽ
N. d⁹ eſt error aliquoꝝ circa materiã iſtã. Deide deter
Arti. i. minanda eſt veritas queſtiõis. ¶ Quãtũ ad prim
ſciẽdũ ꝙ Ari. ⁊ ei⁹ ꝯmẽtator. xi. meta. poſuerũt nu
merũ angloꝝ iuxta nũeꝝ orbiũ: vel motuũ celeſtiũ
et iõ cũ ſm vnã opinionẽ ſint orbes. xlvii. vel mo
Opi. i. tus orbiũ. lv. ſm aliã: dixerunt tot eſſe ãgelos ⁊ nõ
p̃les. rõ hui⁹ opinionis fuit hec. intelligentia ſemp
videt̃ eſſe in optima diſpoſitõe (Cum ſit ſuprema
natura creata in vniuerſo) ſed optima ei⁹ diſpoſi
tio videtur eſſe in mouendo: q2 per hoc aſſimilat̃
maxime cauſe prime: Per motũ eñ eſt cã rerũ ſi
cut ⁊ cauſa prima: ꝗ oĩs itelligẽtia ſemp cauſat ali
quem motũ ꝓpter qḋ nũerus ⁊ diſtinctio eaꝝ ſumi
O. tur ſm nũeꝝ ⁊ diſtinctionẽ motuũ. ¶ Hec ãt opio
Impro. hꝫ falſũ fundamẽtũ. ſ. ꝙ optima diſpoſitio itelli
gẽtie ſit in mouẽdo: hoc eñ nõ eſt veꝝ: q2 ꝗ̃to aliq̃
itelligẽtia plus recedit a cauſa prima tãto min⁹ eſt
ꝑfecta: Et ꝗ̃to plus accedit tanto eſt ꝑfectior na
tura ⁊ opatõe Sed videm⁹ ꝙ intelligẽtia maxime
recedẽs a cauſa prima (vt anima rõnalis) maxime
vnit̃ corpori (. ſ. ĩ rõe motoris ⁊ forme) ſuperior ãt
⁊ perfectior vt angel⁹ min⁹ vnit̃: q2 nõ ĩ rõe forme:
ſed motoris. Solũ ergo illa que eſt ſuprema mi
nus vnit̃ (. ſ. nec in rõe motoris: nec in rõe forme)
ꝗ nõ eſt ex optima ⁊ ꝑfectiſſima diſpoſitiõe intelli
gẽtie ꝙ ſemp moueat. Et qḋ ſubdit̃ ꝙ intelligẽtia
in mouendo maxime deo aſſimilat̃ falſũ eſt quia
potior eſt aſſimilatio que eſt in itelligẽdo: ⁊ amãdo
ꝙ̃ illa que eſt in mouẽdo. Perfectior eſt eñ aſſimi
latio que ẽ ſm potiorẽ ꝑfectionẽ. Sed intelligere
et amare ſunt ꝑfectiores opatõẽs in deo ꝙ̃ moue
re: in itelligẽdo ſeipſũ ⁊ amãdo ꝯſiſtit ei⁹ beatitu
do: ⁊ nõ in mouẽdo. ꝗ ⁊c. ¶ Quicqḋ aũt ſit de ve P.
ritate q̃ſtõis duplex eſt mod⁹ dicẽdi. Prim⁹ eſt ꝙ Opi. ii.
plures ſunt angeli ſpẽ drñtes ꝙ̃ ſint ſpecies reruꝫ
materialiũ: qḋ declarãt ſic: Ordo nature videt̃ exi
gere ꝙ illa que ſunt nobiliora excedant ꝗ̃titate vl̃
numero ignobiliora: vñ videm⁹ ꝙ corpa celeſtia in
tm̃ excedũt hec inferiora; vt hec nõ hẽant nobilem
quãtitatẽ ad illa: Sicut aũt corpa celeſtia digniora
ra ſũt ceteris corpib⁹: ita ſubſtãtie itellectuales digni
ores ſunt oib⁹ corporib⁹. Excedũt igit̃ corporales
ſubſtãtias nõ in quãtitate: (cũ illam nõ hẽant:) ſed
in numero. Sunt igit̃ p̃les ſpẽs angeloꝝ ꝙ̃ rerum Q.
materialiũ. ¶ Sed iſtud nõ valꝫ. perfectiora eñ Improb.
nõ excedũt alia naturaliter niſi perfectõe. Perfe
ctio aũt nõ eſt nũero. Alioqui p̃les eẽnt ꝑſone di
uine ꝙ̃ create. Sed in quãtitate nõ molis ſolum
ſed virtutis magis. hic aũt exceſſus virtutis in ſub
ſtãtiis ſeparatis põt ſaluari in eis abſqꝫ maiori nu
mero: imo in vnica ſubſtãtia ſeparata: ꝗ ꝓpter ꝑfe
ctionẽ ſubſtantiaꝝ ſeparatarũ nõ oꝫ eas ponere in
numero excedẽte ſubſtãtias corpales Sꝫ ſicut cor
pora celeſtia excedũt inferiora non nũero ſed ma
gnitudine molis ſic ſufficit ꝙ ſubſtantie ſepate ex
cedãt ſubſtãtias corpales nõ nũero: ſꝫ magnitudi
ne virtutis. Alii aũt declarãt candẽ ꝯcluſionẽ alit̃ R.
⁊ dicunt ꝙ debem⁹ imaginari totũ ordinẽ reꝝ i vni Alia opi.
uerſo: ſicut vnã lineã inter duo pũcta (. ſ. inter deũ
et materiã primã) intra que cõtinent̃ oĩa q̃ ſunt vel
eſſe pñt: ⁊ oĩa hñt ꝑ ſe ordinẽ iter hec duo extrema
ſicut ſpẽs nũeroꝝ inter ſe: imaginemur autẽ hãc li
neã diuidi in puncto qui eſt aĩa rõnalis a q̃ ſit vna li
nea aſcendẽdo ab ipſa ad deũ ꝑ naturas ſubſtãtiaꝝ
intellectualiũ. Itẽ ab ipa vſqꝫ ad materiã primaꝫ
cõſtituit̃ alia linea: deſcẽdendo ab aĩa vſqꝫ ad ma
teriã ꝑ naturas reꝝ corpaliũ: nũc eſt ita ꝙ vbi in li S.
nea eſt maior diſtãtia inter duo puncta ibi ſunt plu
res ptes linee: partes dico eiuſdẽ quãtitatis: vbi ẽ
minor diſtãtia ibi ſunt pauciores ptes. Sed inter
aĩam intellectiuã ⁊ deuꝫ eſt maior diſtãtia ꝙ̃ inter
aĩam ⁊ materiam: quare int̃ deum ⁊ animam ſunt
plures ptes vniuerſi ꝙ̃ inter animã et materiã pri
maꝫ. Sed iter deũ ⁊ aĩam ſunt p̃les ſpẽs angeloꝝ
int̃ ipam vero ⁊ materiaꝫ primaꝫ ſũt ſpẽs ſubſtan
tiaꝝ corpaliũ: ꝗ p̃les ſũt ſpẽs angeloꝝ ꝙ̃ ſubſtan
tiaꝝ corpaliũ: ⁊ hoc eſt qḋ dicit Diony. ꝙ celeſtes
mẽtes icõpabiliter excedũt reꝝ mũdanarũ coarta
tam multitudinẽ. i. multitudinẽ ſm ſpeciẽ q̃ dr̃ co
artata: vl̃ q2 in vna ſpẽ p̃la idiuidua. q. coartant̃ et
ſunt vnũ quẽadmodũ dicit Porphi. ꝙ ꝑticipatiõe
ſpeciei p̃les hoĩes ſunt vn⁹ hõ: vel q2 ſpẽs reꝝ ma
terialiũ ſũt iter duo extrema finita: Et ita ſũt q̃ſi
coartata in illa. Spẽs aũt angelorũ nõ ſic: ſꝫ ſunt
int̃ deũ ⁊ aĩam int̃ que nõ artata diſtantia ſꝫ ĩfinita
¶ Hec rõ aũt nihil ꝯcludit niſi ſupponat̃ ꝙ oẽs g̃ T.
dus quib⁹ deus põt imitari a creatura ſpũali ſunt Improb.
actu ꝓducti qḋ poni nõ põt ſi ſunt ĩfiniti gd⁹ imi opi. prin.
tabilitatis ſicut et illa linea imaginat̃ infinita. Ta
lia aũt ĩfinita ponere i actu ẽ ĩpoſſibile (vt pbatũ ẽ
li. i. diſt. xliii.) Si vero dicat̃ ꝙ nõ ſunt ĩfiniti gdus
imitabilitatis: ſꝫ finiti tũc eſt oĩno icertũ: an p̃les
ſũt gdus imitabilitatis i deo reſpectu creaturarũ
ſpũaliũ ꝙ̃ reſpectu corpaliũ: an pauciores: q2 non

arguunt eſſe plures niſi ꝓpter maiorē diſtātiam inter aiaꝫ et deū ꝙ̄ ſit inter aiam ꝛ materiā ꝑmā Et illa nullomō ꝓbat maior niſi qꝛ infinita: propt qđ nō ſequit ꝙ ſint plures grad⁹ niſi ponant īfini

A.

ti: Quicquid ſit tñ de hoc ſi ſolū ponant ſpēs angelorū plures ꝙ̄ reꝝ materialiū: Et non ponant plures angeli in eadē ſpē non oꝫ dicere ꝙ angeli ſint in nūero mltum exceſſiuo: qꝛ non ſunt ſpēs reꝝ in tam exceſſiuo numero ſicut de angelis dr Dañ. vij. (vt dictū eſt in argumēto) et ī Job. xxv. Nunquid eſt numer⁹ militū eius: et propt hoc forte ſunt omēs eiuſđ ſpeciei: vel ſaltē plures ex eis. Nō em̄ videt oīno ↄgrua ciuitas diſtītū ẜm ſpēꝫ: Pluralitas aūt talis q̄ eſt diſtītuꝫ ẜm numeꝝ totaliter eſt ex bñplacito ꝓducētis q̄ tot ꝓduxit quot ꝓducere voluit cui⁹ volūtatē ſcripta nobis expſit in locis ſ̄allegatis.

B. Ad prim pricipale.

Ad primū argumētuꝫ ī oppoſitū dicenđ ꝙ nihil ꝓhibet miorē eſſe numeꝝ angeloꝝ ꝙ̄ aiaꝝ q̄ fuerūt: q̄ ſunt: ꝛ erūt: Creāt em̄ quotidie: nec ille q̄ pri⁹ create fuerūt deſinūt eſſe corruptis corporib⁹. Omēs em̄ āgeli ſimul creati fuerūt. Qđ aūt maior nūer⁹ angeloꝝ ponit ꝙ̄ corpoꝝ celeſtiū cā eſt: qꝛ corpora celeſtia ſolū hñt ordinem ad inferiora ẜm eſſe nature ꝛ in rōe actiui: et tō tot ſunt ꝛ nō plura quot ſufficiūt ad agēdū: Sꝫ angeli ꝑter ordinē quē hñt ad corpora celeſtia ī mouēdo ea (qđ ptinet ad curſuꝫ nature) hñt etiā ordinē aliū q̄ ad eē gr̄e: Sūt em̄ quidā ex eis in miniſteriū miſſi ꝓpter eos qui hereditatē capiūt ſalutis vt dr Hebr. i. ꝛ ẜm Hiero. vna queq̄ aia a ſui exordio hꝫ angelū ad ſui cuſtodiā deputatū.

C. Ad ſcđm

Ad ſecundū dicendū ꝙ in reb⁹ maxime accedētib⁹ ad cām ꝑmā debet eē minor pl̄itas ꝙ̄tū ad ptes q̄ veniūt in ↄpoſitionē rei ſicut in binario qui maxime accedit ad vnitatē ſunt pauciores vnitates ꝙ̄ in quocūꝫ alio nūero: Sꝫ nihil ꝓhibet quin ī eis ſit maior pl̄itas ẜm ſpēm: vel ẜm indiuidua eiuſđ ſpēi ſunt em̄ pl̄es binarii ꝙ̄ nouenarii. Et ſimiliter pñt eē pl̄es angeli eiuſđ ſpeciei: vel diuerſaꝝ ꝙ̄ ſint ſpecies vl̄ indiuidua aliaꝝ reꝝ: ſunt tñ tot ꝛ non plures quot deus ꝓducere voluit ẜm ordinē ſue ſapientie.

## Vtrū potētia cognitiua angeli ſit illud idē qđ ē ſua eſſētia. Queſtio. v.

D. Que. v.

Circa cognitionē naturalem angeloꝝ querunt quattuor. Primū eſt vtrū potētia cognitiua ſit id qđ ſua eſſentia. Scđꝫ eſt vtrū āgeli cognoſcāt res ꝑ ſuā eēntiā: vel ſpēs: Tertiū ē vtrū cognoſcāt ſingularia: et vtrū intellect⁹ angeli ſit ſemꝑ in actu.

Argu. i.

Ad primū ſic ꝓcedit ꝛ arguit ꝙ virtus ſeu potētia intellectiua angeli differat realiter ab eius eſſētia: qꝛ ẜm diuerſitatē actuū eſt diuerſitas potētiaꝝ. Sed eſſe eſt actus eſſentie. ꝛ intelligere eſt act⁹ potentie intellectiue: In angelo aūt intelligere non eſt ſuū eſſe: ergo nec intellectiua potētia eſt ſua eſſentia.

Secūdo.

Itē Diony. xi. cap. Hierar. angelice dicit ꝙ angeli diuidunt in ſubſtantiā: virtutē: ꝛ opatiōnē: ergo in eis aliud eſt ſubſtantia: aliud eſt virtus: et aliud operatio.

Alia opi.

In contrarium arguitur qꝛ mens ꝛ intellectus nomināt potētiā intellectiuā: ſed Diony. ꝛ Dama. in pluribus locis nominant angelos intellect⁹ et mentes: ergo angelus eſt ſua potentia intellectiua.

E. Rñſio.

Rñſio. Nos pauca nouimus de angelis: ꝛ coꝝ cognitione: Et illa pauca debemus ↄiecturare ex cōditōe aie noſtre que eſt de numero ſubſtantiaꝝ intellectualium ꝙ̄uis in illo ordine infima: Et ẜm hec de queſtione ꝓpoſita videt eſſe dicendū ꝙ potentia intellectiua angeli ſit realiter idē qđ ſua eſſentia: qđ pōt perſuaderi ſic ꝙ em̄ potētie cognitiue aie noſtre differāt ab eſſentia potiſſime ↄuincit ex duob⁹ (vt pꝫ ex dictis ī primo libro) vnū eſt ꝙ alique potētie aie ſunt ad act⁹ totaliter diuerſos: ꝛ ſeparatos nulluꝫ ordinē inter ſe habētes: vt ſunt audire: videre: et hmōi: ꝓpter qđ oportet eos reducere in ꝓxima principia realit diuerſa ꝛ nō in vnū ſolū vt eſt eſſentia. Aliud eſt qꝛ eſſentia aie eſt actus corporis: alique aūt potentie eius nō ſunt actus corporis vt intellect⁹ ꝛ volūtas: ꝓpter que oꝫ eſſentiā aie a predictis potentiis differre realiter. Neutrum tñ iſtoꝝ eſt in angelis: qꝛ in eis non eſt niſi vnica cognitio (videlicet itellectiua) que pōt reduci ad vnicū principiū: Eſſentia etiā angeli nō eſt actus corporis: ſed eſt ſeparata ab omni corpore ſicut et intellect⁹: propter qđ ex nulla parte poteſt cōuinci ꝙ potentia intellectiua angeli differat realiter ab eius eſſentia. fruſtra autē ponunt plura vbi vnū ſufficit ideo ꝛc.

F. Ad prim pricipale.

Ad primum argumētū dicendum eſt per interemptionē minoris: qꝛ ꝙ̄uis intelligere ſit actus potentie actiue intellectiue angeli realiter ab ipſa differens qñ intelligit alia a ſe: tñ eſſe non eſt actus eſſentie realiter ab ipſa differēs: immo ſunt realiter vnū ꝛ idē vtrūꝫ accepto ẜm potentiā: vel ẜm actū ſicut oſtēſum fuit in primo libro. diſt. viii.

G. Ad ſcđm

Ad ſecūdū dicendum ꝙ in angelis eſt ſubſtātia: virtus: ꝛ operatio ẜm Diony. ſed non dicit ꝙ oīa hec differāt realiter: nec oportet de ſubſtantia: ꝛ virtute.

## Vtrū angeli cognoſcāt res ꝑ ſuā eſſentiā vel per ſpecies. Queſtio. vi.

H. Que. vi. Argu. i.

Ad ſecundū ſic proceditur. Et arguit ꝙ angeli intelligāt ꝑ ſpecies et non per ſuā eſſentiam: qꝛ cognitio angeli ſe extēdit ad oia que ſunt: ſed eſſentia angeli cum ſit limitata ad certū genus ꝛ ad certam ſpeciē nō pōt oēs res repreſentare: ergo angelus nō intelligit per eſſentiā ſuā.

Secūdo.

Itē ſi angelus intelligeret ꝑ ſuā eſſentiā ſequeret ꝙ ſemꝑ ꝛ actu cognoſceret oia: videlicet ſe: ꝛ alia. cōſeqñs eſt falſum: ergo et añcedēs: Probatio ↄñe: qꝛ ſi eſſentia angeli eſſet ei rō repreſentās alia: cum angel⁹ ſemper et actu ꝛ perfecte ſuā eſſentiā cognoſcat: ſequeret ꝙ ſemper: ꝛ actu cognoſceret oia alia que ꝑ ſuā eſſentiā repreſentarent ei: ꝛ ſic pꝫ ↄñā.

Tertio

Item decima ꝓpoſitione de cauſis dr̄ ꝙ oīs intelligētia plena eſt formis: ſed illas formas vocam⁹ ſpecies: ḡ angeli intelligunt per ſpecies: non ergo per ſuam eſſentiam.

Quarto.

Itē Diony. dicit ꝙ angeli illuminantur rōnibus reꝝ: ergo cognoſcunt res ꝑ rōnes earum ꝛ non per ſuā eſſentiā.

In op.

In contrariū arguitur quia non minoris ꝑfectionis eſt intelligere ꝙ̄ intelligibilia repreſentare: ſed eſſentia angeli ꝙ̄uis ſit finita pōt oia intelligibilia intelligere: ḡ pōt ea repreſentare nō obſtante ꝙ ipſa ſit finita ſed ꝓpter aliud non negat ꝙ angel⁹ non intelligat alia per ſuā eſſentiā: ergo ꝛc.

I. Declaratio q̄ſtōis

Rñſio. Hec ꝓpoſitio ꝑ pōt denoīare principiū intellectiuū ſicut dicim⁹ ꝙ homo intelligit per intelectum: vel illud quod eſt ſubiecti repreſentatiuum: ſicut dicimus ꝙ hō intel-

ligit cãm per effectũ. primũ tenet ſe ex parte intelli
gẽtis: ⁊ ſcdꝫ ex pte intelligibil. primo mõ queſtio
ſoluta eſt in p̃cedẽte articulo vbi oñſum ẽ ꝙ intel-
lect⁹ angeli eſt ſua ſubſtãtia: ⁊ ſic angel⁹ intelligit
qd intelligit p ſuã ſubſtantiã tanq̃ p principiũ in-
tellectiuũ idẽ cãliuꝫ intellectõis: ⁊ iõ queſtio ſolũ
eſt dubia ſecũdo mõ: videlicet vtrũ angel⁹ intelli-
gat oĩa per ſuã eſſentiã tanq̃ p repreſentatiuum.
K. Sol. q̃ſt. ¶ Circa qd eſt aduertendũ ꝙ angel⁹ cognoſcit ſe
et alia a ſe: cognoſcẽdo ſe: ſeu ſuã eſſentiã nõ indi-
get alio rep̃ſentatiuo: ſed immediate cognoſcit ſe p
ſe ſeu p ſuã eſſentiã: Cui⁹ rõ eſt: q2 p hoc fit intelli
gere in nobis ⁊ in quibuſcũq; aliis ꝙ intelligibile ẽ
preſens itellectui: nihil aũt eſt adeo pñs intellectui
ãgelico ſicut ſua eſſentia: ergo angel⁹ itelligit ſe p
Inſtãtia ſuã eſſentiã. Et ſi dicat ꝙ eodẽ mõ cõcludit rõ de
intellectu nr̃o ꝙ intelligat ſe p ſuã eſſentiã: q2 eſt ſi
L. Solutio bi ipſi pñs. Dicẽdũ ꝙ nõ: q2 obiectũ primo pportio
natũ nr̃o intellectui eſt aliqd pus ſenſatũ: q2 intel-
lectus noſter eſt cũ ſenſu pp̃ter qd intellect⁹ noſter
(licet ſit ſibi pñs) nõ tñ in rõe primi intelligibilis ab
eo: q2 nõ eſt aliquid qd cadere poſſit ſub ſenſu. Sꝫ
intellectus angelic⁹ qui a ſenſu nõ depẽdet ſtatim
apprehẽdit oẽ intelligibile ſibi pñs. Eſſentia autẽ
angeli ſm ſe eſt intelligibilis: iõ ⁊c. Et in hoc ꝯſen
tiũt tã theologi q̃ philoſophi. ¶ De aliis ãt ab an
M. Opinio Auicẽne gelo qualit intelligant per ipm. Eſt aduertẽdum
ꝙ ſi opinio Auicẽne eſſet vera (videlicet ꝙ prima
cã creauit intelligẽtiã ſibi primã ⁊ imediatã: ⁊ illa
aliã: ⁊ ſic vſq; ad infimã q̃ creauit celũ: ⁊ mediante
celo oĩa inferiora. Et ſic poſſet dici ꝙ quilibet ãge-
lus cognoſcit oĩa p ſuã eſſentiã ſicut ⁊ cã prima: q2
ſicut cauſa prima rõe ſue cãlitatis repñtat ſufficien
ter oĩa (vt dictũ fuit libro primo) Sic quelibet itel-
ligẽtia repñtat ſufficient oĩa q̃ ſub ipa eſſent: q2 eẽt
cã eoꝝ: ⁊ oĩa que eſſent ſupra ipam q̃ eſſet cauſata
ab eis: et hanc viã tenet actor de cauſis q̃ dicit octa
ua ppoſitiõe ꝙ oĩs intelligẽtia ſcit id qd eſt ſub ſe:
⁊ illud qd eſt ſupra ſe: verumtñ ſcit illud qd eſt ſub
N. Alia op. ſe qm̃ eſt cauſa ei⁹ Et ſcit qd eſt ſupra ſe q2 acquirit
bonitates ab eo: ¶ Sed q2 hec opinio nõ eſt cõſo
na veritati: nec fidei idcirco queſtio maiorẽ hꝫ du-
bitationẽ. De qua quidã alii dicũt ꝙ angel⁹ itelli
git alia a ſe p ſpecies nõ quid a reb⁹ acceptas: ſed
cõcreatas: ſeu a deo influxas que repñtant intelle-
ctui angelico alias res tã ſpũales q̃ corpales: ⁊ rõ
nes iſtoꝝ tacte ſunt in arguẽdo ad queſtionẽ. Iſte
aũt ſpẽs originaliter introducte videnf eſſe pp̃ter
ſenſuꝫ viſus: ⁊ ſenſibilia illius ſenſus: Color ei vi
det facere ſpẽm ſuã in medio: ⁊ in organo ſicut ſẽ-
ſibilitas apparet in refractione que ẽ in ſpeculo. ni
ſi eñi iſtud fuiſſet forſitan nũq̃ fuiſſet facta mẽtio
de ſpeciẽb⁹ requiſitis ad cognitionẽ: Sed q2 quid
dicũt ꝙ ſpecies coloris in oculo repñtat colorẽ vi-
ſui cuius eſt ſpecies iõ ponũt tã in intellectu nr̃o q̃
angelico quaſd ſpecies ad repreſentanduꝫ res vt
O. Improb. opi. pre. cognoſcanf tã a nobis q̃ ab ãgelis. ¶ Hoc aũt nõ
reputo veꝝ eſſe: nec in ſenſu: nec in itellectu nr̃o:
nec in angelico Et ꝙ non ſit ponere ſpẽm in ſenſu
puta in viſu ad repreſentãdũ viſui colorẽ vt videat
pꝫ ſic oẽ illud eſt primo cognitũ p qd tanq̃ p repñ-
tatiuuꝫ potẽtia cognitiua fert in alteꝝ: Sed ſpẽs
coloris in oculo non eſt primo cognita: ſeu viſa ab
ipſo imo nullo mõ eſt viſa ab eo: ergo per ipam tã
q̃ per repñtatiuũ viſus fert in aliquid aliud. Pro
batio maioris q2 quicqd ſe hꝫ obiectiue ad potẽtiã
cognitiuã vt eſt cognitiua eſt ab ea cognoſcibile ſeu
cognitiuũ. Sed oẽ qd repñtat aliquid potẽtie co-
gnitiue ſe hꝫ ad eã obiectiue (Supplet eñi vicẽ rei
quã repñtat q̃ ſi hꝫ ſe pñs eẽt hẽret ſe obiectiue ad
potẽtiã cognitiuã) ḡ oẽ tale eſt cognoſcibile vel co
gnitũ: Et cũ ducat in cognitionẽ alterius eſt prius
eo cognitũ tpe: vl' natura. Et hec fuit maior: mi-
nor de ſe manifeſta eſt. Spẽs eñi coloris exñs in oculo
nullo mõ videt: nec videri põt ab ipſo ſicut quilibꝫ
experit: ergo ⁊c. ¶ Itẽ talis ſpẽs ſi duceret in co- P. Opi. ij.
gnitionẽ alteri⁹ hoc faceret rõe ſimilitudis: Unde
cõiter vocat ſimilitudo rei: ⁊ ſic hẽret rõnẽ imagis
imago aũt ducẽs i cognitionẽ illi⁹ cuius eſt imago
eſt primo cognita qd nõ põt dici de tali ſpecie: ḡ ⁊c.
Et ſine dubio de ſe videt abſurdũ ꝙ potẽtia cogniti
ua ducat in cognitionẽ alicui⁹ per tale rep̃ſentati-
uum: qd eſt ſibi totaliter incognitũ. Cõtrariũ eñi
veriſſimũ eſt: videlicet ꝙ p notũ ducat in cognitio
nẽ ignoti. Et ſic pꝫ ꝙ nulla ſpẽs eſt in oculo ad re-
pñtandũ viſui colorẽ vt videat. Quis eñi color im-
primat in medio: ⁊ in oculo ſuã ſpẽm pp̃ter ſimilẽ
diſpoſitionẽ diaphaneitatis q̃ eſt in eis illa tñ nihil
facit ad viſionẽ: nec; viſui repñtat colorẽ vt videat
¶ Qd aũt in intellectu nr̃o nõ ſit ponere ſpẽm ta- Q.
lẽ pꝫ p eandẽ rõnẽ: q2 oporteret ꝙ eſſet ab intelle-
ctu primo cognita cui⁹ oppoſitũ experimur. Item
ſi in itellectu eẽt talis ſpẽs: aut eſſet reſpectu primi
cogniti ſolũ: aut reſpectu oĩm: nõ reſpectu oĩm q2
ſpẽs in itellectu nr̃o ſiq̃ ſit: põt abſtrahi a fantaſma
tibus. Sed fantaſmata nõ ſunt oĩm: ſed ſolũ reꝝ
ſenſibiliũ: ⁊ q̃tũ ad accidẽtia ſm que ſolũ ſunt ſen
ſibilia: ḡ reſpectu alioꝝ nulla eſt in itellectu noſtro
ſpecies. Item cognitio rei p ſpẽm ſm ponẽtes ſpe
ciem nõ eſt diſcurſiua: ſed multa cognoſcunf a no
bis per diſcurſuꝫ: talia ḡ nõ cognoſcunf p ſpecieꝫ.
¶ Si aũt dicat ꝙ ſpecies requirat in itellectu reſpe R.
ctu primi cogniti. Cõtra: q2 in potentiis ordinatis
obiectũ pñtat poſteriori potẽtie per actũ prioris (ſi
cut appetitui repñtatur ſuũ obiectũ: videlicꝫ bonũ
per cognitionẽ preuiã: Per hoc eñi ſolũ preſentat
appetitui bonũ q2 eſt cognitũ: Sed ſenſus ⁊ intel
lect⁹ i nobis ſunt potẽtie ordinate: ḡ p ſolũ actũ pri
oris potẽtie (videlꝫ ſenſus) p̃ſentat ſufficient intel
lectui ſuũ obiectũ: nec; oꝫ ponere aliquã ſpẽꝫ. Itẽ
intellect⁹ cũ ſit virtus reflexiua cognoſcit ſe ⁊ ea q̃
ſunt in eo p certitudinẽ: ⁊ quaſi experimentaliter.
Unde experimur nos intelligere et hẽre in nobis
principiũ quo intelligim⁹: Si ergo in itellectu nr̃o
eſſet aliqua tal' ſpecies: videt ꝙ poſſim⁹ p certitu-
dinem cognoſcere eam e in nobis: Sicut cogno
ſcimus p certitudinẽ alia que ſunt in intellectu nr̃o
tã actus q̃ habitus qd nõ eſt veꝝ: Non videt ergo
ꝙ in itellectu noſtro ſit aliqua ſpecies ad rep̃ſentã
dũ ſibi ſuuꝫ obiectũ: nec in ſenſu vt prius pbatum
eſt: ergo ⁊c. ¶ Eſt tamẽ aduertendũ ꝙ licet i nulla S. Opi.
potẽtia ſenſitiua: vel itellectiua ſit ſpẽs ad rep̃ſentã
dũ ei ſuum obiectũ: Tamẽ in ſpeciẽb⁹ corporeis
non ſenſibilibus remanent quãdoq; ſpẽs: ſeu im
preſſiones ſenſibiles abeuntibus ſenſibilib⁹ q̃ duꝫ
nobis dormientibus: vel vigilantib⁹ obuiant or
ganis interioꝝ ſenſuum apprehendunf: et ſi i eis
ſiſtat cognitio: decipimur exiſtimantes reruꝫ ima
gines eſſe veras res exteriores. Si vero cognitio
non ſiſtat in eis: Sed apprehendanf vt imagines
aliarum reꝝ nõ decipimur: ſed ſunt nobis pncipiũ T.
memorandi. ¶ In ipſis autem organis ſenſuum

interiorum ſi fiãt ſpecies vel huiuſmodi impreſſio
nes nullo modo percipiuntur ab eis: nec alie res p
ipſas q: non ſe habẽt ad potentias cognitiuas ob=
iectiue. ſicut impreſſio quã aliqs videt in oculo alie
no nõ percipitur ab oculo in quo eſt / nec mediante
ipſa percipit ille oculus ſed bñ rem cuius ẽ ſpecies.
A. ¶ De intellectu aũt angelico de quo principaliter
queritur idem dicẽdum eſt videlicet ꝙ in ipo non
ſunt alique ſpecies per quas repſentãtur ei res q̃s
ꝯgnoſcit. Quod patet ſic ſpecies repñtans rem ali
quã ⁊ res cuius eſt ſpecies ſunt eiuſdẽ rationis ſpe
cifice licet differãt in modo eſſendi. ſed nulla ſpẽs
exiſtẽs in intellectu angeli cũ ſit accidẽs poteſt eſſe
eiuſdem rõnis ſpecifice cum ſubſtãtijs rerum / tam
ſpiritualiũ q̃ꝫ corporalium quas angelus intelligit
ergo ſaltem angelus nõ intelligit p ſpecies ſubſtã=
tias ſpirituales vel corporales. Minor de ſe patꝫ q:
ſubſtãtia et accidẽs nõ poſſunt eſſe eiuſdem rõnis
ſpecifice cũ differãt gñe. Sed maior probaẽ in ſen=
ſibili⁹ q̃ ſũt nobis notiora, et ex quib⁹ itroducte ſũt
B. ſpecies vt dictum eſt. Et primo ſic: ſicut ſe habꝫ lux
in corpe luminoſo ad lumen cauſatum in medio:
ſic videtur ſe habere color in corpore terminato ad
ſpeciẽ cauſatam in medio: quia ſicut ppriũ ſubie=
ctum lucis ſecũdũ ſuũ pfectum eſſe eſt corp⁹ den=
ſum (vñ et ſtella lucens dicitur eſſe denſior pars
ſue ſpere ſcdo celi) Sic propriũ ſubiectũ coloris
qui in ſe cõtinet aliquid de natura lucis ſecundum
ſuũ perfectum eſſe eſt perſpicuũ terminatũ p opa=
cum: ſubiectum autẽ vtriuſqꝫ ſm eſſe imperfectuꝫ
eſt pſpicuum non denſum nec determinatũ. ppter
quod ſicut ſe habet lux ad lumen ſic color ad ſpeciẽ
Sed lux in corpore denſo et lumen in medio ſunt
eiuſdem ratiõis ſpecifice licet differãt in modo eſ=
ſendi ſcdm rõnem pfecti ⁊ impfecti ppter diuerſi=
tatẽ ſubiecti recipiẽtis: ergo ſic ⁊ color i corpore ter=
minato ⁊ ſpecies eius in medio ſunt eiuſdem ratio=
onis ſpecifice: licet differãt ſcdm pfectum ⁊ impfe=
ctum ppter diuerſitatem ſubiectoꝝ recipientium.
C. ¶ Scdo pbatur eadẽ maior ſic. actio oim alioꝝ
ſenſibiliũ in medio ⁊ organo eſt vnica: calor eñ di=
ſtans ad hoc vt ſentiatur oportet ꝙ calefaciat me=
diũ vſqꝫ ad organũ et pſumet organũ vt expimur
⁊ idem eſt de ſapore ⁊ de quocunqꝫ alio ſenſibili: g̃
a ſimili videtur ꝙ actio caloris in mediũ ⁊ organu
ſic vniuoca ꝙ nõ eſſet niſi color et ſua ſpecies eẽnt
vnius ratiõis. Tertio q: ſpecies nõ ducit in cogni
tionem alterius (vt videt) niſi ratiõe ſimilitudinis
vñ et ſimilitudo dicitur p quãdam expreſſionẽ. Si
militudo autẽ nõ eſt differẽtiũ ſcdm ſpeciem. g̃ ſpe
cies que eſt mediũ. quo res cognoſcitur. ⁊ dr ſimi=
litudo rei nõ differt ſcdm ſpeciem a re quã immedi
D. ate repñtat. Et ſic pbata ẽ ſufficiẽter maior. ¶ Se
Reſolu- quiẽ ergo ꝯcluſio principalis ſcꝫ ꝙ ãgelus nõ intel=
tio quis. ligit ſubſtãtias rerum ſpiritualiuꝫ vel corporaliũ p
aliquã ſpeciẽ: et per eandẽ rationẽ nõ intelligit ac=
cidẽtia rerũ corporaliũ p ſpeciẽ: quia in ãgelo q̃ eſt
ſubſtãtia mere ſpũalis nõ pt eſſe aliquod accidens
eiuſdẽ ratiõis cũ accidẽtib⁹ corpalibus. ¶ Cõtra
rões autẽ prius poſitas ſunt aliq̃ inſtãtie q̃ ponẽ=
Per qd i- tur in q̃rto libro ⁊ ibidẽ ſoluẽtur. Per quid ergo in
telligitur telligit angelus alia a ſe. Dicẽdũ ꝙ nõ per aliud re
ab anglo pſentatiuũ q̃ꝫ p ipſãmet pñtiã rerũ in ſe vel in ſuis
alia ab ip cauſis vel vtroqꝫ modo. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã ſcien
ſo. E. dũ eſt ꝙ q̃uis in nobis ſit duplex cognitio (ſcꝫ ſen=
ſitiua et intellectiua) tamẽ in ãgelo eſt ſola intelle=
ctiua per quã perfectius ⁊ efficacius cognoſcat quic
quid cognoſcimus nos per ſenſum ⁊ intellectuꝫ q̃ꝫ
cognoſcam⁹ nos: Sicut ergo ſenſibilia ſcdm ſe pñ
tia ſenſui cognoſcũtur per ſenſum puta oĩa colo=
rata ⁊ oĩa lucẽtia q̃ ſcdm ſe pñtialiter obiciũtur vi
ſui ſtatim videntur / quia vnũ eſt viſiuum ⁊ aliud vi
ſibile ppter quod eis approximatio ſtatim ſequitur
viſio a quocũqꝫ ſit effectiue. Et ſilr eſt de alijs ſenſi
bus. Sic tam res ſpũales vt alij angeli q̃ꝫ corpales
vt celum ⁊ aſtra ⁊ hmõi q̃ ſcdm ſe ſunt pñtes intelle
ctui alicuius ãgeli ppter ordinẽ ⁊ gradũ quẽ ange=
lus habet inter partes vniuerſi ſtatim intuitiue co=
gnoſcuntur ab angelo abſqꝫ alio repñtatiuo: ¶ Et F.
in hoc cognitio angelica ꝯtinet modũ et pfectionẽ
nr̃e cognitionis ſenſitiue: et plus quia nõ ſe exten=
dit ſolum ad accidẽtia (vt ſenſus) ſed etiã ad quãti
tates ſubſtantiarũ: ſicut etiã pñtato intellectui nr̃o
aliquo obiecto p actũ ſenſitiue partis fit intellectio
a quocũqꝫ illa ſit effectiue: et ex illo cognito intelle
ctus noſter alia intelligit ppter habitudinem cau=
ſe ad effectum: vel ecõtrario / ⁊ ſic de alijs habitudi
bus: ſic angelus ex his que intuitiue cognoſcit per
ipſarum rerũ actualem preſentiam cognoſcit. Alia
ppter habitudinem quam habet ad prima cogni=
ta / ſiue illa habitudo ſit cauſe ad effectũ ſiue alia: ⁊
in hoc aſſimulaẽ nr̃e cognitioni intellectiue. ¶ Sꝫ G.
eam excedit in hoc ꝙ intellectus nr̃ cognoſcit vnuꝫ
per aliud diſcurrendo de noto ad ignotum: Intel
lect⁹ vo ãgelic⁹ licet cognoſcat vnum per aliud nõ
tamen diſcurrendo de noto ad ignotum. Sed ſta
tim ⁊ ſimul tempore vtrunqꝫ cognoſcit (licet vnum
per aliud. ¶ Ad primum argumentum dicenduꝫ H.
ꝙ eſſentia angeli non repreſentat ei oẽs alias res Ad pmũ
ab angelo cognoſcibiles ſed hoc nõ eſt ppter limi= pncipale.
tationẽ angeli ad certum genus ⁊ ad certam ſpeciẽ
ſicut bene probat argumentum factum in oppoſi=
tum: Sed hoc eſt ꝙ ipſa non eſt cauſa aliorum ſub
ſe quemadmodum, eſſentia diuina eſt cauſa oim
ſicut prius declaratum fuit libro primo diſti. xxxv.
¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ concludit equaliter I.
ꝙ angelus non cognoſcit alia a ſe per ſpecies ſicut Ad ſcdm.
concludit ꝙ non cognoſcat per eſſentiã ſuam ⁊ vtrũ
q̃ꝫ conceſſum eſt. Qꝫ autem ita ſit patet. quia ſi ſint
ſpecies in angelo per quas repreſentẽtur ei res in=
telligibiles cuꝫ ille ſpecies ſint ſemper ei preſentes
videẽ ꝙ ſemp intelligat oẽs res quarũ habet ſpẽs
ſicut ſi repſentarenẽ ei p ſuã eſſentiam. Nec valet ſi
dicaẽ ꝙ angel⁹ pt vti vna ſpecie ⁊ nõ altera / et qñqꝫ
nulla cũ ſit ſubſtãtia volẽs ⁊ libera: q: idẽ poſſet di=
ci de eẽntia ſua ꝙ nõ vtereẽ ea ad repñtãdũ res ni=
ſi qñ vellet quoꝝ neutrũ eſt verũ: q: lꝫ in ptãte ho=
minis vel ãgeli ſit qñqꝫ applicare / vel nõ applicare
ea qb⁹ applicatis neceſſario ſequiẽ actio (verbi gra
tia) In ptãte hois vel angeli eſt applicare ignẽ ſtu
pe, tñ nõ eſt in ptãte eoꝝ quin facta appliquatiõe ſe
quaẽ actio. ſic cũ ad pñtiã illius qđ ſufficiẽter repñ=
tat obiectũ potẽtie cognitiue ſequaẽ neceſſario co=
gnitio nõ eſt in ptãte ãgeli ꝙ nõ cognoſcat illud qđ
ei repñtaẽ ſicut non eſt in ptãte hois ꝙ repñtato ob
iecto i fantaſmate intellect⁹ nõ intelligat. Et iõ ſiue
res intelligibiles repñtenẽ angelo per ſubſtãtiã ſu
am / vel p ſpecies idem ſequiẽ: Nos tamẽ dicimus
ꝙ per neutrum eoꝝ eis repñtantur. ¶ Ad tertiuꝫ K.
dicendũ ꝙ nunqꝫ fuit intẽtio actoris de cauſis. q' i Ad ttm.
ãgelo vel intelligẽtia ſint ſpẽs de qb⁹ alij loquunẽ:
ſꝫ cum ipſe fuerit platonic⁹ poſuit tales formas eẽ

in intelligentijs quales ydeas poſuit Plato / quas
etiam quoqꝫ vocauit formas: Plato aūt ſcđꝫ verita
tem vocauit ydeas cognitiones rerū vel res vt co=
gnitas: et non aliquas formas intellectui inheren
tes vel per ſe ſubſiſtentes ſicut fabuloſe impoſuit
ei Ariſtote. et tales formas hoc eſt rerum cognitio
M. nes đt actor de cauſis eē i intelligētijs. ¶ Per idē
Ad.iiij. patꝫ ad quartū qꝛ ſcđm Dionyſiū āgeli illuminant
rationib⁹ rerū ⁊ cognitionib⁹ earū qꝛ ipſa cognitio
N. eſt earū illuminatio. ¶ Argumentū in oppoſitum
Ad arg. bñ ꝓbat ꝙ eſſentia angeli ꝑ hoc ꝙ ē limitata ad ge
in oppo. nus / ⁊ ad ſpeciē nō impeditur quin poſſit alias res
repñtare: qꝛ cū inter res diuerſorū generū ſit certa
habitudo vna pt ꝑ aliam repñtari. vñ et accidentia
magnā ptē ꝯferūt ad ꝯgnoſcēdū qđ quid eſt (vt đt
pmo de aīa) verūtñ ꝙ angelus cognoſcit ꝑfecte ⁊ di
ſtincte oēs res naturales / ſpūales / ⁊ corporales ad
talem diſtinctā ⁊ ꝑfectam repñtationē nō ſufficit eſ
ſentia angeli: qꝛ nō cōtinet alias res diſtincte / nec
formaliter nec virtualiter cum nō ſit eorum cauſa /
ſicut eſſentia diuina eſt cauſa oīm.

## Queſtio VII.

### Vtrū angelus cognoſcat ſingularia.

O. AD tertium ſic proceditur. et
Quō. vij. arguit ꝙ angelus nō cognoſcat ſingla
Arg.i. ria: qꝛ infinitū ſcđm ꝙ infinitū ſit ignotū
(vt dicit .iij. phiſicoꝝ) ſꝫ ſingularia ſcđm
ꝙ ſingularia ſunt infinita ſaltē ſucceſſiue: ergo ſūt
Argu. ij. angelis ignota. ¶ Itē angelus alia a ſe per eorū
pñtiam cognoſcit (vt dictū fuit prius i pcedēte qſtio
ne) ſed aliqua ſingularia ſaltē futura nō poſſunt eē
Arg.iij. pñtia āgelo: ergo nō ſūt ab eo cognita. ¶ Ad ideꝫ
eſt qđ cōiter allegatur ex dicto Boetij. ꝙ ſingula=
re eſt dum ſentit: vl'e dū intelligit: ſed i angelo nō
eſt cognitio ſenſitiua: ergo nō ꝯgnoſcit ſingularia.
In oppo ¶ In ꝯtrariū eſt qꝛ cognitio āgelica ꝑfectior eſt qꝫ
ſitum nr̄a ſed nos cognoſcim⁹ ſingularia: ergo in ꝯueni=
Scđo. ens ē dicere ꝙ āgeli nō cognoſcāt ea. ¶ Itē opati=
ones ſunt ſingularium ⁊ circa ſingularia: ſed āgeli
hñt circa nos opatiōes ⁊ actiōes cuſtodie ⁊ admi=
niſtratiōis ſm illud pš. Angelis ſuis deus mādа=
uit de te ⁊c. Et ad Hebreos .j. cap. Oēs ſunt admi
niſtratorij ſpūs et i miniſteriū miſſi: ⁊ hoc nō faciūt
niſi mediāte ꝯgnitione: ergo cognoſcūt ſingularia
P. ¶ Rñſio duo ſunt q̄ videtur facere difficultatē cir=
Deciſio q̄ ca queſtiōem iſtā. ¶ Primū eſt qꝛ videtur aliquib⁹
nis. ꝙ primū cognitū ab intellectu ſit vl'e quod ſe habꝫ
per indifferētiā ad plura ſingularia ꝓpt quod du=
biū eſt qualiter cognito vl'i cognoſcat determinate
hoc ſingulare vel illud. Scđm eſt qꝛ ſingulariū q̄=
dam ſunt neceſſaria ⁊ quedā ꝯtingētia / ⁊ qdā pñtia
et quedam futura: ⁊ futuroꝝ quedā depēdēt ex
cauſis pure naturalibus / quedē vero dependēt ex
lib. ar. in toto vel in parte: de quoꝝ oīm cognitione
Q. nō videtur ꝙ poſſit eadē ratio aſſignari. ¶ Ad tol
Articul⁹ lēdum ergo hec duo dubia aduertendū eſt qꝫtū ad
ſecūdus. primū ꝙ primū cognitū ab intellectu nō eſt vl'e ſed
ſingulare. Quod pꝫ primo qꝛ primū obiectū ⁊ oīs ꝑ
ſe conditio obiecti precedit actū potētie. Potentia
enī ꝑ ſuuꝫ actū nō facit ſuum obiectū ſed ſupponit /
ſicut viſus quo ad actū videndi preſupponit colo=
rem. Sed vniuerſale vel cōditio vniuerſalis non
precedit actum intelligendi immo fuit ꝑ actum in
telligēdi eo modo q̄ poteſt ſibi cōpetere fieri: eſſe

enī vniuerſale non eſt aliud qꝫ eſſe intellectū abſqꝫ
conditionib⁹ ſingularitatis ⁊ indiuiduationis ita
ꝙ eſſe vl'e eſt denominatio obiecti ab actu ſic itel=
ligendi ſicut dictum fuit prius lib. j. diſtinctiōe. xix.
ergo vl'e nō eſt primū obiectum itellectus: nec vni=
uerſalitas eſt eius cōditio per ſe: et ita primū intel=
lectū nō eſt vl'e. ¶ Si dicatur ꝙ eſſe vl'e non eſt ſic Inſtātia.
intellectum / immo precedit omnem intellectionē
quia ſcđm commētatorem intellectus agens facit R.
vniuerſalitatem in rebus: ⁊ ei⁹ actio precedit intel Solutio.
lectionem ſalteꝫ ordine nature: Non valet quia vt
viſum fuit libro. j. fictitiuꝫ eſt intellectum agentem
ponere: et friuolum eſt dicere ꝙ vniuerſalitas fi=
at in rebus: quia vniuerſalitas nō poteſt eſſē in re=
bus / ſed ſolum ſingularitas. Et ſi intellect⁹ agens
eſſet aliquid / ⁊ aliquid ageret illud ſemꝑ eſſet vnū
numero ⁊ ſingulare ⁊ nō vl'e. ¶ Et ſi dicatur ꝙ itel Inſtātia.
lectus agēs nō facit vniuerſale niſi quia cū fantaſ=
mate cauſat ſpeciē in intellectu q̄ repreſentat rem i
vniuerſali: Nō valet / quia probatū eſt ſupra ꝙ nul S.
la ſpecies eſt i intellectu que repñtat ei ſuum obie= Solutio.
ctum. ¶ Item omne reale repñtatiuū quod repñ=
tat naturaliter aliud / repñtat ipſū ſm ꝯditionē ei⁹
realem. Sed talis ſpecies ſi eſſet et aliquid repñta
ret / repñtaret ipſum naturaliter: ergo repñtaret ip
ſum qꝫtum ad eius cōditionem realem: Sed eſſe
vniuerſale nō eſt cōditio realis ſed rōnis: ergo ta
lis ſpecies nō repñtaret vniuerſale. ¶ Item in po T.
tētijs ordinatis vbi terminat actus prioris potētie
ibi incipit actus poſterioris: ſed ſenſus ⁊ intellect⁹
in nobis ſunt potētie ordinate. ergo vbi terminat
actio ſenſus tāqꝫ prioris potētie ibi incipit actio in=
tellectus. Sed actus ſenſus terminatur ad ſingu=
lare. ergo a ſingulari incipit actus intellectus. ¶ Iteꝫ
vniuerſale eſt vnum ꝑ abſtractionē a multis et de
multis de quib⁹ dicit: ⁊ in hac abſtractione ſingula
ria a quibus fit abſtractio habent rationē q̄ſi termi
a quo ⁊ vl'e rationē termini ad quē. Sed termin⁹ a
quo pcedit terminū ad quē: ergo intellectus abſtra
hēs prius intelligit ſingularia qꝫ vl'e. Et ad hāc in=
tētionē dicit Ariſt. primo de anima ꝙ aīal vl'e aut
nihil eſt aut poſteri⁹ eſt ſuis ſingularib⁹. ¶ Iteꝫ ſi V.
intellectus nr̄ nō intelligeret prima intellectiōe ſin
gulare hoc eēt / aut qꝛ nō repñtaret ei aut qꝛ nō poſ=
ſet aut quia nō vellet. ¶ Primū nō poteſt dici quia
prima repñtatio q̄ fit itellectui noſtro fit per fantaſ=
ma quod eſt repñtatiuū rei ſingularis: ⁊ ſine ea intel
lectus nihil pt de nouo intelligere. Nec ſcđm qꝛ cō=
ſtat ꝙ potētia intellectus noſtri ſe extēdit ad cogni
tionē ſingulariū alioquin de eis nō diſputarem⁹
nec aliquid faceremus per li. ar. Cum factiōes ſint
ſingularium / et circa ſingularia. Nec tertiū qꝛ velle
ſequitur cognitionem. Si ergo intellect⁹ vellet nō
intelligere ſingularia: vel nollet intelligere ea: ſeq
retur ꝙ precognoſceret ea: et ſic ſequeretur oppoſi
tum poſiti. Relinquit ergo ꝙ intellect⁹ noſter pri=
ma intellectione intelligit ſingulare. ¶ Item patꝫ X.
ſpecialiter ſcđm alios q̄ ponūt ꝙ intellect⁹ ꝑ ſe mo=
uetur ab obiecto qꝛ illud ꝑ ſe ⁊ primo itelligit qđ ꝑ ſe
et primo mouet intellectū ad intelligendū: Mouet
enī cauſando cognitionē ſui prius ⁊ principalius qꝫ
alterius: Sed ſingulare primo et per ſe mouet: et
non vniuerſale. Quia actiones ſunt ſingularium
et non vniuerſalium: ergo ſingulare primo et per
ſe intelligitur: quod concedendū eſt quicquid ſen
ſerit / vel dixerit Ariſtoteles per verba obſcura

A. et inuoluta ꝗ ponit. iij. de aīa. ¶ Item quicquid eſſet
de itellectu nr̄o tm̄ de itellectu āgelico oporteret di-
cere ꝙ directe ꝛ perfe intelligat ſingularia: qꝛ vni-
ca cognitio angeli ꝗ eſt intellectiua efficacior eſt ꝙ̄
noſtra. duplex cognitio ſenſitiua / videlʒ ꝛ intellecti
ua vt dictū fuit prius. Sed ꝯſtat ꝙ nos primo ꝛ di
recte cognoſcimus ſingularia ꝑ cognitionē ſenſiti
uam que eſt prima oīm cognitionū noſtre intelle-
ctiue: ergo cognitio intellectiua angeli quatenꝰ cō
prehēdit perfectionem noſtre cognitionis ſenſiti-
ue eſt per ſe et directe ſingularium. Et cōfirmatur
qꝛ illud qđ magis habet de entitate magis eſt cogno-
ſcibile: ſed ſingularia plus habēt de entitate ꝙ̄ vni
uerſalia: ergo magis ſūt cognoſcibilia. Sed ex ꝑ-
te virtutis cognitiue ipſius āgeli nō poteſt eſſe de-
fectus cum ipſa ſit perfecta: ergo angelus cognoſ-
cit prius ꝛ perfectius ſingulare ꝙ̄ vniuerſale. et ſic
excluſum eſt primum dubium. ¶ Quantum ad ſe
B. cūdū eſt ſciēdum ꝙ ſingularia ſe habent in duplici
Primus differētia: quedā eīm dependēt ꝗ̄tum ad ſuum eē
articulus. et fieri ſolum ex cauſis naturalibus: quedā aūt de
pendēt vel ꝗ̄tum ad eē vel ꝗ̄tum ad fieri ex li. ar.
Singularia autem que dependēt ſolum ex cauſis
naturalibus ſi ſint pn̄tia cognoſcūtur infallibiliter
ab angelo: nec eſt alia cauſa querēda niſi quia ſunt
ei pn̄tia. Sicut nō eſt querēda cauſa quare viſus
percipit colorem ſibi preſentem / ꝛ auditus ſonum.
Si vero ſint preterita vel futura cōtingētia vl' ne-
ceſſaria adhuc cognoſcuntur infallibiliter ab ange
lo per hoc ꝙ talia ſunt pn̄tia cognitioni āgelice: nō
quidem in ſe ſed in ſuis cauſis naturalibus ꝛ ange
lus perfecte cognoſcit totum ordinem cauſaꝝ na-
turalium vniuerſi. quod patet ſic. ſicut a cauſa ne-
ceſſaria infallibiliter ſequit̄ effectus, ꝛ in ea cognoſ
citur quid ſit, et an ſit ſic a cauſa cōtingente et impe
dibili ſi nō ſit impedita infallibiliter ſeqt̄ur effectꝰ /
et in ea cognoſcit̄ quid ſit: et an ſit. Cum igit̄ ange
lus cognoſcat perfecte oēs cauſas naturales ne-
ceſſarias ꝛ cōtingētes ſeu impedibiles / ꝛ oēm cau
ſarum habitudinē ac per hoc ſciat que cauſa aliam
impediet vel non impediet manifeſtum eſt ꝙ per
hoc cognoſcit oēs effectus pure naturales neceſ
ſarios ꝛ cōtingētes quid ſint: ꝛ an ſint: ſiue ſint pre
teriti: ſiue preſentes vel futuri. iſtud aūt plenꝰ de
ductum fuit li. j. diſt. xxxviij. quo ad cognitionē di-
uinam et idem eſt de cognitiōe angelica ꝗ̄tum tā-
C. git ad propoſitum. ¶ De ſingularibus aūt que vl'
quantū ad eſſe vel ꝗ̄tum ad fieri dependēt a li. ar.
eſt maior difficultas circa quam ſunt duo cōſiderā
da. Unum eſt ꝙ taliū ſingularium quedam ſunt fu
tura / quedā preterita / quedam pn̄tia. Aliud eſt ꝙ
lib. ar. reperitur in deo ꝛ in angelis ꝛ in nobis. Fu-
tura autem que ex ſolo lib. ar. diuino depēdent nō
poſſunt ab āgelis cognoſci quid ſint: vel an ſint ni-
ſi per reuelationem: de his ſunt illuminationes vt
patebit inferius: vñ miniſteria gratie (ſicut incar-
nationem chriſti ꝛ ſimilia) nō cognouerunt angeli
a principio niſi quibus reuelatum eſt: ꝛ qui de hoc
illuminati fuerunt. Et cauſa eſt quia rationes tali-
um nullo modo exiſtebant in cauſis naturalibus:
ſed ſolū in mēte diuina que ſibi ſoli pleniſſime no-
ta eſt. futura autem que dependēt ex lib. ar. angeli
poteſt angelus cognoſcere ſicut ꝛ vnuſquiſqꝫ ſuam
affectionem cognoſcit et ea que per affectionē ſeu
voluntatem vult producere / que autem dependēt
ex lib. ar. alterius angeli vel noſtro nō poteſt ange
lus ꝑ certitudinem cognoſcere / nec in ſe cū nōdum
ſint. nec in cauſis ſuis hoc eſt in affectiōe alterꝰ an
geli vel noſtra añq̄ iſte affectiones ſint in angelo /
vel in nobis per eandem rōnem. ¶ Sed poſtq̄ in D.
affectione alicuius āgeli vel in noſtra eſt actualiter
velle facere aliquid in futuro. Alius angelus po-
teſt hoc precognoſcere inquātum poteſt cognoſce-
re noſtram affectionem / vel alterius angeli. qualit-
ter autem et quātum poſſit vnus angelus cognoſ-
cere affectionem alterius angeli / vel noſtram dice
mus inferius. ¶ Que autem ſunt iam preterita vl' E.
pn̄tia per lib. ar. diuinum facta: et ſunt ſupernatura
lia (vt incarnatio) non puto ꝙ poſſint cognoſci ab
angelo quid ſint vel an ſint niſi per reuelationem.
Et eſt eadem ratio que prius. quia rationes taliuʒ
nullo mō ſunt in cauſis naturalibus vnde nec chri-
ſtus agnitus eſt a demonibus niſi per reuelationē
vel per aliquam cōiecturam ex miraculis et operi-
bus eius ſumptam. ꝗuis eīm cognoſcerent huma-
nitatem chriſti tamē quod ei eſſet vnita diuinitas /
neſciuerunt per certitudinem. Que autem nō ſunt F.
ſupernaturalia ſed infra naturam (vt opera noſtra
vel angelica) cognoſcūtur ab angelo per certitudi-
nem ex eorum actuali preſentia. Cum eīm talia ſint
a nobis cognoſcibilia per ſenſum ꝛ intellectū mul-
to fortius poſſunt cognoſci per angelum cuius co-
gnitio vnica exiſtens perfectior eſt omni cognitio-
nē noſtra tam ſenſitiua ꝙ̄ intellectiua. ¶ Ex his pꝫ G.
qualiter ſit intelligēdum verbum yſidori quod po
nitur infra diſt. vij. ſcʒ. ꝙ demones (ꝛ idē eſt de oi
bꝰ āgelis) vigēt triplici acumine ſciētie: ſubtilitate
nature: experiētia temporꝝ / reuelatiōe ſuperiorum
ſpirituū. ſubtilitate nature ꝛ eīm ꝯgnoſcūt effectus i
ſuis cauſis ꝛ cauſas i effectibꝰ. Experiētia temporꝝ
cognoſcūt effectus pn̄tes qui in ſuis cauſis nullam
ꝓhibēt determinationē vt ſunt effectus noſtri li. ar.
¶ Per reuelationē aūt cognoſcūt effectꝰ ſupnatu- H.
les. ¶ Ad primū argumētū dicēdū ꝙ qđlibet ſingu Ad primū
lare eſt ſcđm ſe finitū ꝗuis ſucceſſio ſingularium pncipale.
poſſit ꝓcedere i infinitū accipiēdo vnū poſt aliud:
et iō qđlibet ſingl'are pt̄ eē notū angelo: Et oīa ſin
gularia ſil' ſumpta qꝛ illa ſunt finita. Sʒ ipa ſucceſ-
ſio ſingulariū vt potēs ꝓcedere i infinitū nō eſt no
ta angelo niſi ſicut infinitū ſucceſſiue pt̄ ei vl' no-
bis eſſe notū: videlʒ illud qđ eſt acceptū eſt vere co
gnitū: qꝛ illud eſt finitū ꝛ determinatū: ſed illud qđ
reſtat accipiēdū eſt indetermiatū: qꝛ quodcūqꝫ da-
to adhuc poſſibile ē dari aliud: ꝛ iō indeterminate
cognoſcat̄ ꝛ ſolū in gn̄ali ſcʒ ꝙ poſſibile eſt plus acci
pi. Et qꝛ ſcđʒ hoc attēdit̄ infinitas iō infinitū ſcđm
qđ infinitū đr ignotū. ¶ Ad ſcđʒ dicēdū ꝙ ſingula I.
ria futura ꝗuis nō ſint ſcđm ſe pn̄tia āgelo ſūt tm̄ ei Ad ſcđʒ.
pn̄tia rōe cauſaꝝ ſuaꝝ naturaliū i qbꝰ ꝓexiſtūt et ſic
pn̄t ab āgelo ꝓcognoſci. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ intē K.
tio boetij nō fuit ꝙ itellectꝰ nō poſſit ꝯgnoſcere ſin Ad. iij.
gularia ſicut ꝛ ſenſus: ſʒ ꝙ vniuerſale nō cognoſci-
tur / niſi per ſolum intellectum.

## Queſtio IIII.

### Vtrum intellectus angelicus ſit qñ-ꝙ in potentia.

AD quartum ſic proceditur.
Et videt̄ ꝙ itellectꝰ āgelicꝰ ſit qñqꝫ i po- L.
tētia: qꝛ ꝯtingit ſcire multa itelligere vo Quō. iiij.
vnū ſolū. ij. thopi. igit̄ angelꝰ nō ſil' oīa Arg. i.

intelligit: ergo intelligẽdo vnū qđq; ē ſimł' in potē-
Arg. ſ. tia ad intelligẽdū alia. ¶ Itē intellect⁹ q nō eſt qñ
q; in potētia ſed ſemꝑ in actu eſt actus pur⁹ ſed nul
In oppo. lus act⁹ eſt talis niſi diuinus / q̄re ꝛc. ¶ Cōtra in oī
natura intellectiua q̄ qñq; eſt in potētia qñq; ī actu
eſt inuenire intellectū agẽtem ꝛ poſſibilem / ſꝫ in an
M. gelo nō diſtinguim⁹ hos duos intellectus / q̄re. ꝛc.
Deciſio q̄ uis. ¶ Riſſio. hec q̄ſtio / et illa qua q̄rit. An angelus ſil'
omnia intelligat q̄ ſubſunt ſue naturali cognitioni
Pma op. videnť mutuo ſe includere ꝛ quaſi vna q̄ſtio eē. Et
ideo notandū ſoluẽdo vtrāq; queſtionē q; cū potē
tia dicatur in habitudine ad actū ꝛ actus ſit duplex
ſcꝫ pum⁹ et ſecūd⁹: eſt etiā duplex potentia ſcꝫ ad
actū primum ꝛ ad actū ſecundū. act⁹ primus vt qui
dā dicūt eſt forma intelligibilis vel ſpēs. Actus ſe-
cundus eſt cōſiderare ad actū primū. Intellect⁹ an
geli nūq̄ eſt in potētia. q: illum gradū tenēt angeli
in ſpiritualib⁹ ſubſtātijs quē tenēt corpora celeſtia
in corporalib⁹. Corpora autē celeſtia nō ſunt in po
tētia ad formā q̄ nō ſit completa per actum: ḡ nec
potētia intellectiua āgeli eſt q̄ nō ſit totaliter cōple
ta per formas intelligibiles. Ad actū autē ſcđm q̄
eſt cōſiderare eſt ī eis potētia ſepata ab actu nō eñ
ſemꝑ actu cogitāt omnia quoꝝ ſpecies habēt. Sꝫ
N. poteſt angelus cum ſit ſubſtātia volēs et libera vti
Im pbatio pced. opinio. vna ſpecie ꝛ nō altera ad intelligendum vnū et nō
aliud. ¶ Hec autē opinio ponit q; angelus intelli-
gat ꝑ ſpecies quod prius improbatū eſt. Et adhuc
improbari poteſt cōmuni rōne que talis ē. ſicut cor
pus nō pt ſimul figurari diuerſis figuris ſic vł vi-
detur nec intellectus noſter vel angelicus pt ſimul
informari diuerſis ſpeciebꝰ. Nec valet ſi quis dicat
q; non ſunt ibi in actu ſimpliciter / nec ſimpliciter in
potētia ſed medio modo ſcꝫ ī habitu quomō nihil
ꝓhibet plures ſpecies eſſe in eodē q: q̄tū ad actū
O. informādi oēs ſpēs ſunt ſimplr in actu ſiue intelle
Op. doc. ct⁹ cōſideret actu ſiue nō. ¶ Dicendū eſt ḡ q; ange
lus ſicut dictū eſt intelligit ſe ꝛ alia a ſe. Reſpectu āt
ſui ſemꝑ ē in actu ſcđo: q: vnūqđq; ꝑ hoc intelligi-
tur q: pñs eſt intellectui: angelus aūt ſemꝑ ſibiipſi
pñs eſt q̄re ꝛc. Et idem ē de oībus incorruptibilib⁹
q: ſemꝑ ſunt ei pñtia. ¶ Reſpectu aūt futuroꝝ q̄ de
pendent ex ſolis cauſis naturalib⁹ angel⁹ ſemꝑ eſt
in actu ſcđo q: ꝛ ſi talia nō ſint pñtia nature āgelice
ſcđꝫ eē ꝓprie exiſtēte tñ ei pñtia ſūt ſcđm eē qđ hñt
in cauſis ſuis. q̄ aūt depēdēt ex li. ar. nr̄o vel angeli
dū futura ſūt nō ſūt actu cognita ab angelo niſi for
te ꝑ aliquā cōiecturā. Dū aūt ſūt actu / cognoſcūtur
ab āgelo: q̄ aūt ſūt ſupnaturalia ꝛ ex ſola voluntate
dei depēdēt / nec futura nec pñtia cognoſcūtur ab
āgelo niſi ꝑ reuelationē: ꝛ hoꝝ oīm reddite rōnes
Q. ſunt in ꝓcedēte q̄ſtiōe. ¶ Emergit aūt hic vna du-
bitatio. ſicut eī vnitas mot⁹ req̄rit vnitatē termi / ſic
vnitas opatiōis req̄rit vnitatē obiecti: ḡ nō videť
R. poſſibile q; āgel⁹ vno actu ꝛ ſil' itelligere pl'a poſſit
quod ē ꝯtra ea q̄ dicta ſunt. ¶ Et dicēdū q; cū intel
ligere fiat in nobis ꝑ hoc q; intelligere ſit pñs intel-
lectui: ꝛ ſilr in āgelo quā pñtiā iā facit non ſitus ſed
ordo ſicut dictū fuit prius: oīa illa hñt rōnē vni⁹ in
telligibilis et vno actu intelligi pñt ab angelo q̄ ſub
vno ordine ꝛ in ordine ad vnū preſentanť eidē / vi-
delicet in ordine ad eſſentiā ſuam q̄ talem gradū
tenet in entibus q; alia tam ſuperiora q̄ inferiora
ſunt ei preſentia vel in ſe / vel in cauſis ſuis: Et iđo
poſſunt ſimul ꝛ vnico actu ab angelo ꝯgnoſci. Per
Ad ſ. pri. hoc patet ergo ad primū. ſunt eñ vnum intelligibi

le que ſub vno ordine cōtinentur ꝛ que habēt ordinē
ad vnum qualia ſunt omnia naturaliter intellecta.
ab angelo. ¶ Ad ſecundū dicēdum q; nullus intel S.
lect⁹ niſi diuinus eſt quin ſit quādoq; in potētia ad
intelligēdū aliqua (ea ſcꝫ) que dependēt ex li. ar. et
que ſciūtur per reuelationem.

## Diſtinctio .IIII.

## Sentētia huius diſtinctiōis quarte In generali & ſpeciali.

Poſt hoc videndum eſt. &c.
Superius oſtēdit magiſter quales cre- Diſt. iiij. Snia in generali.
ati ſunt angeli q̄tum ad dona gratuita:
Hic oſtēdit quales creati ſunt q̄tum ad
dona perfecta. Et diuiditur in tres partes. ¶ Pri- T.
mo mouet queſtionē. ſcđo ſoluit. tertio recapitulat
determinata. ſcđa incipit ibi Ad hoc autem q;. ter-
tia: quales fuerūt angeli. Scđa iſtarū diuiditur in
duas ſcđꝫ duas q̄ſtiones quas ſoluit. ſcđa: ibi dicit
nāq; perfectum. Prima principalis diuidiť in tres
Primo ſoluit queſtionem q̄tū ad malos. ſecundo
q̄tum ad beatos opponēdo ꝛ veritatē determinā
do. Tertio ꝯcludit q̄tum ad vtroſq;. ſcđa boni ve
ro qui perſtiterūt. tertia Ex predictis conſequitur.
Hec eſt diuiſio in generali. ¶ In ſpeciali ſic proce- V.
dit magiſter: Et proponit primo querendo an āge Snia diſt. in ſpeciali
li ſint creati beati an miſeri: perfecti na imperfecti.
Deinde reſpondet ad primum dicēs / q; angeli nō
fuerunt creati mali vel miſeri quia non ſtatim pec-
cauerunt Miſeria autem peccatū cōſequitur: ꝛ qui
peccauerunt et qui ceciderunt non fuerunt creati
beati / quia certitudinem euētus ſui non habuerūt.
Poſtea reſpondet quantum ad bonos opponens
ꝑ Aug. q; boni ſuum ſtatum perſeuerunt mali ve-
ro nō. Sed magiſter dicit q; Auguſti. loquitur in-
q̄rēdo nō aſſerendo. Ante peccatum eñ nulla fuit
diſcretio malorum angelorum a bonis / ꝛ ideo vtri
q; erant ſui ſtatus incerti. ¶ Poſtea reſpondet q;
illi qui corruerunt nunq̄ boni fuerūt niſi perfectio
ne naturali. Illi vero qui perſtiterūt aut beati fue-
runt in ſpe / quia aliquo modo beatitudinem preſci
uerūt: aut īcerti ſui euētus et tūc nec aliť q̄ alij erāt
beati: et hoc probabilius videtur. Deinde reſpon-
det ad ſecundam queſtionē dicēs q; triplex eſt per-
fectio q̄dam ſcđm tempus / quedam ſcđm naturaꝫ
q̄dā vniuerſalr. Primam habuerunt in creatione.
ſecundam in confirmatione. tertia vero ſolius dei
eſt. ideo quo ad aliquid fuerūt perfecti / quo ad ali-
quid imperfecti: vltimo recapitulando cōcludit ea
que dicta ſunt.

## Queſtio .I.

## Vtrum angeli fuerunt creati beati an miſeri.

IN hac diſtinctiōe agitur de
ſtatu in quo fuerunt creati angeli circa X.
quā queruntur tria. ¶ Primū eſt vtrum Quõ. Arg.
creati fuerit beati an miſeri. Et videtur
q; fuerunt creati beati quia eſſentia beatitudinis
in dei viſione cōſiſtit Johannis. xvij. Hec eſt vita
eterna vt cognoſcant te ꝛc. Sed angeli in principio

ſue creatiōis viderūt deū alioquin non habuiſſent cognitionē matutinā q̄ eſt cognitio rerū in verbo cui⁹ ɔtrariū ponit Auguſt. ſup Gen. ad litam igitur. ꝛc. ¶ Itē cognoſcere deū p eſſentiam ꝛ abſq; vllo me-
Argu. ij. dio eſt ſolū beatoꝝ: ſed āgeli ex ſolis naturalib⁹ cognoſcūt deū abſq; vllo medio/ q2 abſq; ſpecie vl quocūq; alio vt deductū fuit in pcedēte diſtinctione q̄re ꝛc.
In op. ¶ Cōtra āgeli nō potuerūt creari miſeri (vt infra pbabit) ḡ nec beati.
A. ¶ Rñſio beatitudo tam noīa q̄ angeli ɔſiſtit in opatione intellect⁹ et volūtatis circa ſupmū obiectū .ſ. deū. Et hoc tam ſcđm theologos q̄ ſcđꝫ phos. Hec āt ē duplex: vna ad quā poſſunt ex naturalib⁹ attingere. Alia quas nō ſequuntur niſi ex dono ſuperioris nature. Si loquamur de prima: dicendū q̄ in ea vel cū ea creati ſunt angeli. Cuius ratio eſt: q2 vt ſepe dictū eſt per hoc ſit intellect⁹ in actu ſcđo q̄ fit ei pñs intelligibile: ſed intellectui angelico ſemp eſt pñs ſupmū intelligibile qđ eſt de⁹: q̄re ꝛc. Aſſumptū pbat quia pñtiam intelligibilis intellectui angelico facit ordo vni⁹ ad alterū (vt deductū fuit) ſemp aūt extat ordo dei ad alterum/ et ecōtrario q̄diu angelus eſt: q̄re ꝛc. Si autē loquamur de ſcđa beatitudine illa cōſiſtit in duobus ſcꝫ in adeptiōe oīs boni p manifeſtā fruitionē (ſicut dictū fuit in op̄i oſtēdēdo vbi oē bonum) ꝛ in carētia omnis mali. ¶ Quantū ad pri-
B. mū nō fuerūt angeli creati in beatitudine q2 quicūq̄ ſic beat⁹ eſt/ habet quicqd vult ſicut dicit Augu. Sicut eīn eſt ſic beato pñs diuina eſſentia in qua ē omnis ratio veri q̄tū ad cognitionē: ſic eſt ei ipſa eadem (in qua eſt omnis ratio boni) pñs quo ad dilectionē. Sed cōſtat q̄ angeli in principio ſue creationis nō habuerūt quicqd voluerunt: aliquid eīn appetijt āgelus qui fact⁹ eſt malus qđ tūc nō habuit: q̄re ꝛc. ¶ Quantū ad carentiā omnis mali culpe
C. et pene creati ſūt in beatitudine. Et de carētia mali culpe oſtendetur infra/ De carentia autē mali pene: patet quia omnis pena vel eſt p ſubſtractionē alicuius pfectiōis debite vel habite/ quo ad penam damni/ vel per immiſſionē alicui⁹ diſpoſitionis cōtrarie quo ad penam ſenſus: Angelis aūt in ſua creatione nihil ſubſtractū eſt qđ ab eis eſſet habitū: quia añq̄ crearent nihil habere poterant: nec aliquid qđ eis eſſet debitū: quia ſi ponerentur angeli in ſolis naturalibus creati/ adhuc nichil eſt eis ſubſtractū qđ eſſet eis debitū: quia nature nichil debet preter naturalia. Si vero ponātur in gratia creati multo melius habem⁹ ppoſitū: q2 eis conue-
D. niens eſt additū ꝛ nihil debitū ſubſtractū. ¶ Item nec in eis fuit malū pene p immiſſionem alicuius diſpoſitionis cōtrarie q2 ſublimioris nature eſt natura angelica q̄ celum: ſed celū nō eſt ſcđm naturā ſuſceptiuā peregrine impreſſiōis (vt dicit .j. metheoroꝝ) ḡ multo min⁹ nautura angelica. ¶ Loquor ſcđm naturā: q2 forte aliud ē ſcđm diuinā iuſtitiā vbi ponūt aliqui in demonibus ꝛ animab⁹ damnatoꝝ q̄ patiātur nō ſolū p detentionē/ ſed p immiſſionē: de quo inquiret. ¶ Ad primū argumētū di-
E. cendū q̄ angeli in principio ſue creationis deū nō
Ad pmū pricipale. viderūt viſione beata: Et qđ opponit de cognitione matutina q̄ eſt rerum in verbo.
Nota de cognitiōe matutina ꝛ veſptina. ¶ Notādū q̄ hec noīa matutinū ꝛ veſpertinū inuēta ſunt ab Aug. ſup Gen. ad litam/ qui cū poſuiſſet q̄ opa ſex dierū ſic facta fuiſſent (iuxta illud Eccli. xviij. Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul) neceſſarie habuit exponere quomō intelligant illi ſex dies in quib⁹ ſcđm litterā videtur q̄ res p quādā ſucceſſionē fuerint create: vbi exponit ſex dies p cognitionē angelicā ſex rerum generib⁹ pñtatā. Et ſicut in vſitato die ē mane ꝛ veſpe/ ſic ponit ipſe circa cognitionē angelicā mane ꝛ veſpe id eſt cognitionē matutinā ꝛ veſptinam. Nō vocat autem veſpertinā cognitionē rerū in proprio gñe: ꝛ matutinā cognitione earū in verbo glorioſam: vt exponūt quidā iuxta quā expoſitionē procedit argumētū: q2 ſi cognitio angeloꝝ matutina eſſet glīoſa omnes p certo fuiſſent bti: cum omnib⁹ indita fuerit cognitio rerū ſex dieb⁹ pductarū/ etiā añq̄ pducerētur ordine nature in quoꝝ q̄libet die diſtīguit māe ꝛ veſpe. ſed vocat ɔgnitio veſpertina vt ibi expreſſe dicit cognitio quā hꝫ angelus de ſe/ aut de alia re/ qđ ſit aliud a creatore. F. Cū autē hanc cognitionē refert ad laudē creatoris qui Nota. lux eſt: vt alteri⁹ rei fiende cognitionē accipiat dicitur matutina: mane eīn creſcit procedendo verſus lucē. Et hec matutina cognitio nō arguit angelos G. fuiſſe beatos. ¶ Ad ſcđm dicēdū: q̄ licet angelus Ad ſcđꝫ. nō ſit cauſa rerum q̄ ſub ipo ſūt/ ppter quod ex cognitione ſue eſſentie nō pt eas cognoſcere ſicut cognoſcitur effectus p cauſam/ ſed ſolū modo in pcedētibus expoſito: tamē angel⁹ creat⁹ eſt a deo ꝛ ſic per cognitionē eſſentie ſue tāq̄ p effectū cognoſcit deuꝫ: ꝛ hec cognitio eſt naturalis: nec extēdit ſe ad pfectionē cognitiōis beate p quā ɔgnoſcitur deus ſine medio cognito ꝛ q̄tum ad diſtinctionem pſonarū q̄ nō pt per aliquā cauſalitatē ſciri.

## Queſtio .II.

## Vtrum omnes angeli creati fuerint in gratia.

H. Quō. ij. SEcūdo queritur: vtrum omnes āgeli fuerint creati in grā. Arg. j. Et videt q̄ nō quia volūtas angeli nō auertit ab eo cui adheret. Ex hoc eīn reddit a q̄buſdā cauſa obſtinatiōis demonū. Sꝫ volūtas angeloꝝ auerſa eſt a deo p culpā: ergo nūq̄ adheſit ei p gratiā. Arg. ij. ¶ Itē qđ ineſt alicui a creatiōe ineſt naturaliter: ſꝫ grā nō ineſt naturlr/ alioquin nō eēt grā: q̄re ꝛc. In oppoſitum ¶ In ɔtrariū ē qđ dt Aug. de ciui. dei lib. xij. q̄ de⁹ in eis erat condēs naturā ꝛ largiēs gratiā ꝛ loquitur de angelis: Etiā Hieronim⁹ ſup oſee .3. cap. dicit q̄ demones in magna pinguedine ſpūſſci creati ſunt. I. Reſpōſio ¶ Rñſio q̄tuis p certitudinē ſciri nō poſſit q̄ ps q̄ſtiōis ſit verior (cū q̄ſtio ſit de facto) qđ ex ſola voluntate diuina depēdet: Tñ pbabilius videt q̄ angeli fuerint in grā creati. Tū q2 ad hoc ſunt ſanctorū auctoritates expſſe q̄ i opponēdo tacte ſūt. Tū q2 rōnes ſatis pbabiles hoc cōuincūt. Nō eīn minoris dignitatis fuerit āgeli q̄ prim⁹ hō: ſꝫ ille fuit i grā creat⁹: ḡ et angeli. Minor pbat quia ſcđm ſcđos primus homo creatus fuit cū iuſtitia originali: ſed iuſtitia originalis nō videt fuiſſe ſine grā cōcomitāte cū nō potuerit amitti niſi p culpā: q̄re ꝛc. K. ¶ Item ſicut ē in eē nature ſic ſuo mō dꝫ eē in eſſe ſupernaturali: ſꝫ ſic ē in eē nature q̄ q̄cūq; pceſſu tpis pducta ſūt in ſe a pricipio fuerūt pducta ſcđꝫ ſuas rōnes ſeminales vt ponit Auguſ. ſup Gen. ergo ſicr in eē ſupnaturali grā q̄ proceſſu tpis creaturis rationalib⁹ ē data fuit a pricipio ſcđꝫ principiū ſeminariū producta. ſed ſeminariū grē eſt grā: quare a principio fuit hoi ꝛ angelo cōcreata. Si que autem

auctoritates videtur differre q̧ prius fuerũt ãgeli creati q̃ʒ haberẽt gratiã exponẽde ſunt de prioritate nature nõ tpis.

L. Ad pmũ priapale. ¶ Ad primũ argumentũ dicẽdũ q̧ volũtas angeli nõ auertit ab eo cui adheret per electionẽ: forſan autẽ angel⁹ mal⁹ ſolũ habuit gratiã in munere vl' in habitu ⁊ nũq̃ʒ in vſu. vñ nũq̃ʒ p aliquẽ actũ gratuitũ vel meritoriũ deo adheſit: primũ dubiũ eſt vt infra patebit.

M. Ad ſcõm ¶ Ad ſcõm dicẽduʒ q̧ nõ oẽ q̃d ineſt a principio alicui rei ineſt ei naturaliter niſi ex neceſſitate ſeq̃tur principia nature. Alioq̃n vnio hũane nature ad ſuppoſitũ diuinũ fuiſſʒ hoi xp̃o naſalis: q̃d falſum eſt ⁊ ſimiliter eſt de gratia angelis concreata.

## Queſtio .III.

## Vtrum boni angeli fuerũt preſcii ſue cõfirmationis et mali ſui caſus.

N. Quõ. iij. Solutio. TErtio queritur. Vtrum boni angeli fuerĩt p̃ſcij ſue ↄfirmatõis et mali ſui caſus. ¶ Rñſio dicẽda ſunt duo. Primũ eſt q̧ tã boni q̃ʒ mali ãgeli potuerĩt p ↄiecturã credere ſe habituros btitudinẽ: ſʒ nõ p certitudinẽ. Scõm ẽ q̧ mali nullo mõ potuerũt caſum ſuũ p̃ſcire, neq̃ʒ p cõiecturã neq̃ʒ p certitudinẽ. Primũ pʒ: q: effect⁹ q̃ nõ puenit a cã neceſſaria ſʒ cõtingẽte determinata tñ ad pducendũ effectũ magis q̃ʒ ad oppoſitũ p̃t ſciri p pbabilẽ cõiecturã, ſed nõ p certitudinẽ: ſʒ btitudo ẽ hmõi q: nõ depẽdet a cauſa neceſſaria, ſed cõtingẽte ſcʒ li. ar. determinato tñ magis ad ↄſeq̃ndũ btitudinẽ q̃ʒ ad oppoſitũ.

O. Tũ q: natura ãgeli ẽ ad hoc creata, ⁊ inclinationẽ hʒ: tũ q: inerat adiutrix grã q̃re ⁊c̃. Scõm pʒ q: malũ p̃cognitũ aut cõplacet volũtati aut nõ: Si cõplaceat iã culpa ineſt: Si nõ cõplaceat pena ineſt. ſʒ impoſſibile ẽ añ primũ pctm̃ ãgeli infuiſſe culpã, aut penã: q: primũ implicat ↄtradictionẽ. Scõʒ videt importare iniuſtitiã (.ſ. q̧ pena p̃cedat culpã) q̃re ⁊c̃. Si aũt reuelat⁹ fuiſſet eis caſus ſu⁹ accepiſſet vtiq̃ʒ dictũ ſcõʒ ↄminationẽ ⁊ nõ ſʒ preſcientiam.

## Sententie huius diſtinctionis quinte in generali & ſpeciali.

P. Diſt. v. Sñia in gñali. POſt hec cõſideratio adducit ingrere. Supi⁹ determinauit mgr̃ de ↄditiõe vel q̃litate angeloꝝ. Hic ṽo determinat de coꝝ ↄuerſiõe ⁊ auerſione. Et primo facit hoc. Scdo de his q̃ ad coꝝ cõuerſionẽ vl' auerſionẽ ↄſeq̃nt. Scda incipit in principio. viij. diſtinctiõis p̃terea ſciri opʒ. Prima i duas. Primo in q̃rit in gñali cãm cõuerſiõis ⁊ auerſiõis. Scdo ſpecialr̃ cãm ↄuerſiõis. Scda ibi hẽbãt. n. oẽs. lib. ar. Et iſta diuidit in tres. Primo mouet q̃ſtionẽ vnã, ⁊ iſtã pſequit. Scdo remouet quoddã incõueniẽs q̃d inſeq̃ poſſet. Tertio mouet quãdã aliã q̃ſtionẽ ⁊ determinat. Scda ibi. ṽo a q̃buſdã dici. Tertia hic q̃ ri ſolʒ. Hec ẽ diuiſio lec. i gñali.

Q. Sẽtentia in ſpãli. ¶ In ſpãli mgr̃ ſic pcedit ⁊ xponit ſic prio q̧ ppt creationẽ ãgeloꝝ q̃dã fuere cõuerſi ⁊ deo p caritatẽ adherẽtes illũinati. alij ṽo nõ ſʒ deũ hñtes odio excecati ſũt ⁊ coꝝ a bono auerſio ipos iniuſtos: ⁊ alioꝝ ad bonũ cõuerſio iuſtos fecit. Poſtea d̃t q̧ ãboꝝ fuit libertas lib. ar. Per quã bonũ vl' malũ elegerũt. Deĩn q̃rit vtrũ ãgelis ⁊ ad q̃d añq̃ʒ ↄuerterent data ſit grã. Et oſtẽdit q̧ nõ indigebãt grã iuſtificãte, ſʒ grã eos ad bonũ pmouente p quã grãʒ cõuerſi ſunt. Poſtea d̃t q̧ ſʒ iſta in ptãte angeloꝝ nõ eẽt tñ aliq̃b⁹ imputat ad culpã nõ q: cõuerſi nõ ſunt. ſed q: auerſi ſunt: q: hr̃e eã potuerãt et appoſita eis fuiſſet ſi pſtitiſſent. ¶ Itẽ q̃rit vtrũ in ipa cõfirmatiõe btĩ fuerũt ãgeli et vtrũ btitudinẽ p gratiã tũc eis datam meruerĩt. ¶ Primũ iſtoꝝ cõcedit: De ſcdo tãgit duas opiniones. q̃dã eñ dicunt ipſos mereri btitudinẽ quã in principio receperũt p obſeq̃a q̃ faciũt hoib⁹. Et hanc opinionem magiſter approbat, in his aũt conſiſtit tota ſententia lectionis.

## An angelus peccare poterat in principio. Queſtio .I.

R. Quõ. i. CIrca diſtinctionẽ iſtã queritur de duob⁹ in gñali de auerſiõe malorũ angeloꝝ: ⁊ de ↄuerſione btõꝝ. Circa

Argu. i. primũ q̃rit de duob⁹. ¶ Primũ ẽ an angel⁹ peccare poterat. Scdõʒ ẽ an peccare potuerit i inſtãti ſue creatõis. ¶ Circa primũ ſic pcedit. Et videt q̧ angel⁹ peccare nõ potuerit q: digniores ſunt ãgeli q̃ʒ corpa celeſtia: ſʒ in illis nõ ẽ malũ ſm phõs: g̃ nec i angelis. q̃re nec pctm̃ cũ oẽ pctm̃ ſit malũ.

Argu. ij. ¶ Item nulli⁹ peccat appetẽdo illud q̃d vere bonum ẽ ſicut null⁹ errat cognoſcẽdo q̃d verũ ẽ. ſʒ angel⁹ nec appetijt nec appetere potuit niſi verũ bonũ: g̃ angel⁹ nõ peccauit nec peccare potuit. Maior pʒ q̃ʒtum ad hoc q̧ angel⁹ nõ appetat niſi verũ bonũ, q: ſm ſanctos ſi pſtitiſſet obtinuiſſet illud quod appetijt: ſʒ nõ obtinuiſſet niſi verũ bonũ: g̃ illud ſolũ appetijt.

Argu. iij. ¶ Itẽ nec aliud appetere potuit q̃ʒ verũ bonũ, q: volũtas nõ p̃t ferri niſi in cognitũ: ſʒ intellect⁹ ãgeli nõ potuit iudicare illud eẽ bonũ q̃d nõ fuit bonũ alias fuiſſet in eo error q̃ nõ fuit añ pctm̃ q̃re ⁊c̃.

In oppo. In ↄtrariũ eſt q̃d d̃r Job. iiij. In ãgelis ſuis repit prauitatẽ.

Rñſio. ¶ Rñſio vidẽda ſunt duo. Primũ eſt an angel⁹ peccare potuerit. Et ſcdõʒ eſt q̃d appetẽdo peccauit: vtrũ. ſ. eq̃litatẽ dei appetijt.

S. Primus articulus. ¶ Quãtũ ad primũ dicẽdũ q̧ angel⁹ potuit peccare ⁊ peccauit ſicut pʒ ex multis locis ſcripture ſacre. Hec aũt poſſibilitas pbat hoc mõ: illa volũtas p̃t peccare q̃ innitit rõe q̃ p̃t deficẽ: p: ſi rõ p̃t deficẽ ⁊ rñdi. Defect⁹ ãt volũtati⁹ ẽ pctm̃: ſʒ oĩs volũtas creata tã hoĩs q̃ʒ ãgeli ẽ hmõi: g̃ ⁊c̃. Minor pbat. q: rõ ãgeli cui innitit volũtas ẽ intellect⁹ vel rõ. q: voluntas nõ fert niſi in illud q̃d ẽ ſibi oñſum p itellectũ ⁊ rõnẽ. In oĩ aũt intellectu creato p̃t incidẽ defect⁹ ⁊ ſi nõ erroris vl' ignorãtie tñ icõſideratõis.

T. ¶ Iuxta q̃d ẽ notãdũ q̧ i hoc differunt error ignorantia ⁊ incõſideratio. Error eſt ſlm̃ approbare p veris ſcdõʒ auguſti. vñ ſp i̇ↄcludit falſã exiſtiatiõeʒ. Ignorãtia ṽo ẽ neſcia eorũ q̃ q̃s p̃t ⁊ tenet ſcire. Incõſideratio ẽ ſolũ defect⁹ actua' ↄgnitionis coꝝ q̃ q̃s ſcit in hitu. In angelis vero q̃uis non ponatur proprie error aut ignorantia ponitur tamen in eis inconſideratio: quia non eſt neceſſarium q̧ omnia que nata ſunt circunſtantionare et rectificare voluntatem angeli in his que occurrunt agenda, vel eligẽda ſubſint ſemper ſue actuali cõſiderationi p̃cipue q̃ʒ ad ea q̃ ſũt ſupra naturã ãgeli vt ſũt iſta p q̃ tẽdit in btitudinẽ. Et propter defectũ hui⁹ ↄſideratõnis potuit defect⁹ eẽ in electiõe ãgeli dũ appetijt illud quod de genere ſuo erat bonũ nõ appetendo cum circũſtantia ſine qua non erat appetẽdũ. Q: aũt cũ circũſtantia illa non

appetierit cauſa fuit q2 de illa nō ꝯſiderauit: ⁊ ſic po
A. nit angel⁹ ꝑ eccaſſe. Sʒ ꝯtra hoc opponit̃ ſic ſicut in
Inſtātia. tellect⁹ ē ver⁹ vel falſus ĩ intelligēdo: ſic appetit⁹ ē
bon⁹ vel malus ĩ appetēdo. Sʒ intellect⁹ app̄hen-
dēs vnū eoꝝ q̄ ĩ re cōiūcta ſūt nō app̄hēdēdo alteꝝ
nō ē falſus niſi iudicaret vnū eē ſine altero: Tunc
eñ eēt falſus dicēdo ꝯpoſita nō eſſe cōpoſita ſʒ di-
uiſa: ergo ſil'r appetit⁹ rōnalis vel itellectualis ap-
petēs rē aliquā de ſe bonā nō appetendo eā cū ſua
circūſtātia (puta appetēs finē (ſcʒ btitudinē) nō ap-
petēdo ea q̄ ſūt ad finē (.ſ. merita) vel aliq̄d tale) nō
ꝓpter hoc ē mal⁹ niſi appeteret habere finē exclu-
dēdo ea q̄ ſunt ad finē. Sʒ ſcd̄m poſitionē ꝑdictaꝫ
angel⁹ non appetit btitudinē ꝑdictā abſq3 meritis
excluſiue, ita q̄ vellet habere btitudinē ⁊ vellet nō
hr̄e merita: Q2 cū volūtas nō ferat̃ niſi in cognitū
oportuiſſet q̄ āgel⁹ exiſtimaſſet illud fuiſſe poſſibi
le ⁊ tūc fuiſſet error ĩ cognitiōe āgeli anq̄ peccaſſet
qđ negat̃ a multis. Appetiit ergo btitudinē abſq3
meritis excludēdo ea ſʒ nihil ꝯſiderādo de eis: ⁊ ꝑ
B. ꝯſeq̄ns nihil de eis volēdo: ĩ hoc aūt nō videt̃ eſſe
Solutio. aliq̄ culpa (vt dictū ē) quare ⁊c̄. ¶ Et dicēdū ad hoc
q̄ nō eſt ſil'e de intellectu ⁊ volūtate: q2 obiectū ītel
lect⁹ ē natura rei (ſeu q̄dditas): plures aūt q̄ddita-
tes rei q̄uis ꝯiungant̃ in vno ſuppoſito ſcd̄ʒ exiſtē
tiā: ſemꝑ tñ diſtingunt̃ ſcd̄ʒ ſuas naturas ſicut albe
do ⁊ dulcedo ĩ lacte: ⁊ iō intellect⁹ p̄t ſubſtātiā lacti
ꝯparē ad qualitatē dulcedinis nō cōꝑando ad q̄li-
tatē albedinis: q̄uis illa ſit habita a lacte ſicut ⁊ dul
cedo: ⁊ eſt ꝟa ꝯpatio nō excludens aliam: ſed ſolū
nō includēs. Volūtas vero ꝑ actū electionis tēdit
in rē electā ⁊ volitā vt habet̃ ſcd̄ʒ qđ ē in re, ſicut vo
lens cōedere lac (q2 dulce) tēdit ad habēdū lac ꝑut
exiſtit in re: Et q2 q̄libet res exiſtit cū oīb⁹ circūſtā-
tijs ſuis ideo volūtas ꝑ electionē tēdit in rē cū om
nib⁹ ſuis circūſtātijs: q̄uis rō tēdendi ſit ſolū vna.
ꝓpter qđ ſi circūſtātia nō ꝯſiderata ponit in re vo-
lita rōnē mali: actus electiōis erit malus, ſicut ſi al-
bedo ĩ lacte eēt cōditio mortifera, eligens cōedere
C. lac q2 dulce nō ꝯſiderando de circūſtātia albedinis
Scda in- mortifere male eligeret ⁊ peccaret. Sʒ adhuc iſur-
ſtantia git alia dubitatio q2 ſcd̄m hāc viā videt̃ q̄ in āgelo
ꝑcedat error ꝓꝑie dict⁹ malā electionē: q2 volun-
tas nō eligit niſi qđ intellect⁹ d̄t eē bonū. Sed itel-
lect⁹ dicēs aliq̄d eē bonū ex cōſideratiōe rei ſcd̄ʒ ſe
vel ꝯſideratiōe vni⁹ circūſtātie nō ꝯſiderando de
alijs circūſtātijs errat, cū bonū ſit ſcd̄m Dionyſium
ex tota cā: Malū v̄o ex ꝑtib⁹ deficiētib⁹: ğ volun-
tas ſeq̄ns talē intellectū h̄ʒ errorē ꝑcuiū: q2 intelle
ct⁹ d̄t illud eē bonū qđ nō ē bonū: q2 nō h̄ʒ circūſtā-
D. tias oēs ad bōitatē ei⁹ req̄ſitas. ¶ Et dicēdum ad
Solutio. hoc q̄ cū d̄r q̄ ĩ intellectu āgeli vel ꝑmi hoīs nō fu
it error añ pctm̄, intelligēdum ē hoc de errore circa
ꝑ̄cipale obiectū ſicut error hoīs intꝑātis q̄ iudicat
oēm fornicationē eē bonā ꝓpter vicioſū habitū in-
tꝑantie. Vel ſicut ē error incōtinētis q̄ l3 habeat re-
ctā rōnē in vl'i: tñ ſupueniēte paſſiōe abſorbēte re-
ctā exiſtimationē prudētie iudicat hāc fornicatōē
eē bonā. Talis ei error fuit ĩ āgelo añ pctm̄ vt iudi
caret illud eē bonū qđ ex ſuo gñe malū ē: q2 ĩ eo nō
fuit hit⁹ vicioſus, nec paſſio abſorbēs rectū iudiciū
ītellect⁹: ſʒ error q̄ ꝓuenit ex neſcia, v'l ex icōſidera
tiōe q̄ errore iudicat̃ aliq̄d eē bonū ⁊ eligēdū qđ eſt
bonū ex gñe: ⁊ ſic nō errat̃ circa ꝑ̄cipale obiectū: ſʒ
nō eſt bonū ex omib⁹ circūſtātijs: ⁊ iđo nō ē ſimpli-
citer bonū, nec ſimpliciter eligēduꝫ q̄ error ꝓuenit

ex neſcientia vel ex incōſideratione aliquaꝝ circun-
ſtātiarū q̄ bñ fuit in angelo vel in ꝑmo hoīe ante
pctm̄ ſicut ꝓbat argumētū: ⁊ ſic ꝑꝫ ꝑmū. ¶ Quan E.
tū ad ſecundū ſcʒ an angel⁹ appetijt eq̄litatē dei d̄r Scdm ar.
cōiter q̄ ſic. Sʒ illa eq̄litas exponit̃ tripl'r. ¶ Pmo
q̄ angel⁹ appetijt ꝓꝑie eq̄litatē cuꝫ deo ita ſcilicet
q̄ eēt tante excellētie in potētia ⁊ ſciā ſicut de⁹. Se
cūdo exponit̃ q̄ ꝓꝑie hoc nō appetijt, ſʒ indirecte,
q2 appetijt deo nō ſubeſſe ⁊ ĩ hoc quodammō appe
tijt ei equari, ſicut ecōtrario: ille q̄ eſt ſubdit⁹ nō d̄r
eq̄ri illi cui ſubijcit̃. Tertio exponit̃ q̄ appetijt eq̄li
tatē diuinā nō aliq̄ dictoꝝ modoꝝ: ſʒ ſolū ſcd̄ʒ q̄d ⁊
interꝑ̄tatiue vt poſtea exponetur. ¶ Pma et ſe-
cūda expoſitiōes nō poſſunt ſtare. Pmo q2 oē il-
lud qđ aliq̄s appetit appetitu ſimpl'r electiuo eſtiat
poſſibile: q2 electio nō ē niſi poſſibiliū. Sʒ āgelus
nō potuit eſtimare tāq̄ poſſibile q̄ eq̄ret deo in po
tētia vel ſciā, aut q̄ ei nō ſubeſſet: cū angel⁹ ſit ꝑdi-
tus cognitiōe naturali ꝑ quā ſcit certitudinaliter q̄
impoſſibile eſt creaturā eq̄ri creatori, aut ꝑmanere
niſi ſubſit diuine virtuti: ğ angel⁹ nō potuit appe-
tere appetitu ſimpliciter electiuo q̄lis fuit appetit⁹
quo petijt eq̄litatē dei ꝑdictis modis ¶ Itē ſanct⁹
dicit q̄ āgel⁹ illud appetijt qđ obtinuiſſet ſi ꝑſtitiſ-
ſet: Sed āgel⁹ nunq̄ obtinuiſſet eq̄litatē cū deo in
ſciā vel potētia, aut q̄ nō fuiſſet ei ſubdit⁹: ergo id nō
appetiuit. Sed tertio mō, ſ. ſcd̄m q̄d ⁊ interꝑ̄tatiue F.
appetijt eq̄litatē dei inq̄tū appetijt aliquā excellen
tiā nō recurrēdo ad deū apud quē merēdo: ⁊ ex cu
ius dono illā deberet obtinere. Sed attēdēdo ad
dignitatē ſuoꝝ naturaliū, nō quidē q̄ eſtimaſſet
illā excellentiā ſe poſſe habere ſine deo. Sʒ q2 nō
ꝯſiderauit de modo habendi eā ꝑ meritū ⁊ a deo:
Et in hoc poteſt dici q̄ appetijt equalitatē dei: q2 ſi-
cut deus habet excellentiā non ab alio, ſic angelus
appetijt excellentiam nō appetendo eam ab alio.
¶ Poteſt etiam alio modo appetiuiſſe equalitatē
dei inq̄tum aliquam excellentiā appetijt que erat G.
ei prohibita appeti, vel mō quo erat ei ꝓhibita, nō
cōſiderādo de ꝓhibitione: ſed ſolū conſiderando
de excellētia ſue nature. Et iſtum modū videt̃ tan
gere magiſter ſentētiarū li. ij. diſtin. v. vbi innuit q̄
ſicut ꝑmo homini ſtatim vt creatus fuit, data fuit
lex cuiuſdam obediētie: ſcʒ q̄ nō comederet de li-
gno vetito vt dicit̃ Geñ. ij. Sic āgelis data fuit ali-
qua lex obediētie vt pari lege viuerēt qui ad parē
gloriam facti erant. vñ dicit ſic loquens de homini
bus ⁊ angelis vtriſq3 regulā proponens obedien-
tie quatin⁹ illi ab eo vbi erant non caderent (ſcilicꝫ
angeli de celo) et iſti ſcilicet hoēs vbi ab[i]coerāt. ſcʒ
a paradiſo terreſtri, ad illud vbi non erant ſcilicet
ad paradiſum celeſtē aſcenderunt: et ſcd̄m hoc ſi-
cut peccauit ꝑmus homo appetendo illud quod
erat prohibitum, quod tamen non erat ſcd̄m ſe ma
lum non conſiderans actu de diuina prohibitione
ſed ſolum conſiderans vt quadā benignitate vro
ri cōdeſcenderet: ſic peccare potuit angelus appe-
tendo quod erat prohibitum, vel modo quo erat
ei prohibitum non conſiderans de prohibitiōe de-
lectatus in cōſideratiōe ꝓꝑie excellentie: quale
autem fuit preceptum obedientie datum angelis
neſcimus, nec ſcriptura loquitur. Et q2 inobediēs
videt̃ parificare ſe ĩ hoc ꝑ̄cipiēti: q2 nō vult ei ſubij-
ci: iō d̄r appetiuiſſe eq̄litatē dei. ¶ Et eſt aduerten H.
dū: q̄ niſi poneremꝰ in angelo fuiſſe aliā cognitio-
nē q̄ naturalē, forte nō poſſemus ei attribuere talē

inconſiderationem: q: ſicut in ſpeculabilibus ꝑ naturã ab angelo cognitis: angel⁹ cognoſcẽdo ſubiectũ ſtatĩ cognoſcat hoc qḋ ſubiecto attribuit / ⁊ ab eo remouet ꝓpter qḋ nõ intelligit cõponendo ⁊ diuidẽdo: ⁊ intellecto principio ſtatim intuet̃ ↄcluſionẽ in ipſo: Et iõ non intelligit diſcurrendo ſicut in eligibilibus et opabilib⁹ ab angelo in puris naturalibus ↄſiderãdo: videtur ꝙ cognoſcendo eligibile / vel agibile ſtatim cognoſcat oẽs circũſtantias que poſſunt eũ rectificare in eligẽdo. Et ideo nõ p̃t circa hec errare: nec ꝑuerſe eligere ſicut magis patebit infra diſtinctiõe. xxiij.

I. Ad ꝑmũ pũcipale. ¶ Ad primũ argumẽtũ dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile de corporib⁹ celeſtibus ⁊ angelis niſi q̃tum ad ea q̃ ſunt nature: q: q̃tũ ad hoc ſicut nõ eſt aliqḋ malum nature in corporibus celeſtibus. ita nec in angelis. Sed q: angeli ſunt liberi arbitrij: ideo in eis p̃t eſſe malũ electiõis et p̃cipue reſpectu ſupnaturalium qḋ maluȝ nõ poteſt eſſe in eis que nõ ſunt liberi arbitrij / vt eſt celũ.

K. Ad ſcḋm. ¶ Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ angel⁹ peccauit appetẽdo illud qḋ nõ erat bonũ ex oĩbus circũſtãtijs / licet eſſet bonũ ex gñe: nec fuit in eo error circa appetibile ſcḋm ſe: q: illud erat bonũ: ſed fuit ſolũ error ex neſcientia vel inconſideratiõe circũſtantiarũ qui error potuit eſſe: et neceſſario fuit in primo homine: et angelo ante peccatum.

## Queſtio. II.

## Vtrũ angelus potuerit peccare in primo inſtanti ſui eſſe.

L. Quõ. ij. Argu. j. AD ſecundũ ſic proceditur. Et videt̃ ꝙ angel⁹ potuit peccare in primo inſtãti ſue creationis: q: pccm̃ opponit̃ merito ſed natura intellectualis ĩ primo inſtãti ſue creatiõis potuit mereri / ſicut ponit̃ de aĩa xp̃i: ḡ pari rõne angeli in primo inſtãti ſue creatõis potuerit peccare.

Arg. ij. ¶ Itẽ aĩa in primo inſtãti p̃t pctõ maculari: igit̃ ⁊ angel⁹.

In oppo. ¶ In ↄtrariũ arguit̃. q: tã meritũ q̃ꝫ pccm̃ nõ videt̃ poſſe eſſe ſine actu libero q̃ videt̃

M. reqrere deliberationẽ. Sȝ deliberatio nõ p̃t eſſe in inſtãti: ergo angel⁹ nõ potuit peccare / vel mereri ĩ primo inſtãti.

¶ Reſpõſio. fere oẽs concordãt in hoc ꝙ angelus in primo inſtanti ſue creatiõis non

Pma op. potuit peccare. Hui⁹ aũt varie aſſignãtur rõnes. Quidã dicũt ſic ꝙ cũ voluntas non ſit niſi boni apprehenſi / nõ p̃t eſſe aliqḋ volitũ niſi apprehendatur vt bonũ: quod ſi vere bonũ eſt non eſt pccm̃ in appetitu: oportet ergo ꝙ ſi pccm̃ eſt ꝙ ſit veriſil'e bonũ / et nõ vere bonũ. Sed ſm̃ Augu. cõtra academicos nõ p̃t aliquid iudicari veriſimile bonuȝ niſi prius vere cognitũ: oportet ergo ꝙ intellectus veri boni p̃cedat intellectũ veriſimilis boni: et ſic appetitus eſtimati boni (quo malus fit angel⁹) nõ p̃t ſequi primũ actũ intellect⁹ q̃ verũ bonũ ↄſiderat̃: ſed ſequit̃ ſcḋȝ q̃ cõſiderat̃ veriſil'e bonũ. et ſic nõ potuit in primo inſtãti peccare.

N. Improbatio p̃ceḋ. poſiti. Hec aũt poſitio videt̃ ĩ duob⁹ peccare. ¶ Primo ĩ hoc ꝙ dicit ꝙ ĩ appetẽdo verꝫ bonũ nõ eſt pccm̃. Cõtingit eñ peccare ĩ appetẽdo verꝫ bonũ ſi appetat̃ abſq3 debitꝫ circũſtãtijs (vt dictũ ẽ in q̃ſtiõe p̃ceḋ.) Iſti etiã et oẽs alij ponũt angelũ peccaſſe appetẽdo verꝫ bonũ. Scḋo deficit ĩ hoc ꝙ veriſil'e bonũ nõ p̃t eẽ primũ apprehẽſuȝ ab itellectu: q: ⁊ ſi veriſil'e bonũ nõ poſſit eẽ primũ apprehẽſũ ſub rõne q̃ ſil'e: q: veriſil'e bonũ nõ ḋr tale niſi q: ẽ vero bono ſil'e ⁊ iõ ſupponit cognitionẽ veri boni. Iuxta quã ſniam loquitur Aug⁹ cũ talẽ apprehẽſionẽ veriſil'is boni / eq̃ parꝫ ſequtur electio mala ſicut apprehenſionẽ veri boni: q: ille q̃ apprehẽdit aliqḋ nõ eẽ verũ bonũ / ſed ſil'e vero bono eque parꝫ decipitur ſicut ille q̃ apprehẽdit verũ bonũ. Et iõ ſi pccm̃ in electione ſeqtur defectũ in cognitiõe: ita parũ p̃t peccare vn⁹ ſicut ali⁹.

O. Opi. ij. Alius mod⁹ ponit̃ ad eandem cõcluſionẽ ꝙ angel⁹ peccare nõ potuit in primo inſtãti ſue creatiõis ꝓ tanto q: opatio q̃ ſimul incipit cũ eſſe rei ineſt ab agẽte a quo hȝ eſſe: ſicut moueri ſurſum a generãte. Sed actio pcti nõ p̃t angelo ineẽ a deo creãte angelũ / q: act⁹ defectuoſus nõ ẽ niſi a defectuoſo agente / ſicut claudicatio naturalis tibie ex debilitate v̾tutis ſemĩs. In deo aũt nõ poſſum⁹ ponere alicui⁹ v̾tutis defectũ: q̃re impoſſibile eſt actionẽ q̃ ſimul incipit cuȝ eſſe angeli creati a deo eẽ malã.

P. Improbatio rõnis p̃ceḋ. op. ¶ Nec iſta ratio facit fidẽ: q: ꝙ actio q̃ ſimul incipit cũ eſſe rei attribuat̃ agẽti vl' generãti ⁊ ei imputet̃: hoc ſolũ eſt in illis in q̃b⁹ nõ eſt principiũ actiuũ: ſed ſolũ paſſiuũ. nõ liberꝫ: ſȝ naturale ſicut ĩ grauib⁹ ⁊ leuib⁹. qḋ pȝ: in eodẽ eñ inſtãti in quo ẽ ignis illuminat domũ. Et hec actio attribuit̃ igni in q̃ eſt actiuũ principiũ illuminatõis: nec attribuit̃ generãti ignẽ niſi ſicut cauſe remote. In grauib⁹ et leuibus in q̃bus nõ eſt actiuũ principiuȝ ſui mot⁹ ſed ſolũ paſſiuũ oportet ꝙ ſit extra ip̃a: et hoc eſt generãs qḋ eſt prima cauſa ꝑ ſe mouẽs grauia et leuia vt docet Ariſtoteles viij. phiſicorꝫ. in q̃bus etiã eſt ſolũ p̃ncipiũ paſſiuũ non naturale ſȝ liberũ: ſi tñ aliqḋ principiũ paſſiuũ liberũ eſſe p̃t: actio nõ imputat̃ agenti q: generãs non cauſat actionẽ niſi dãdo tale p̃ncipiũ ſicut generãs nõ mouet g̃ue niſi dãdo ei formã g̃uitatis ad qḋ ſeq̃t naturl'r eẽ deorſuȝ niſi ſit aliqḋ ꝓhibẽs: Sȝ ſi p̃ncipiũ datũ a ꝓducẽte ſit liberũ / actio ſeq̃t ad tale p̃ncipiũ ꝑ indifferẽtiã ꝓpter qḋ determinatio actõis ad hoc vel illud bonũ vel malũ nõ debȝ iputari ꝓducẽti ſȝ rei ꝓducte q̃ rõne libertatꝫ ſue ad alterũ ſe determinat: ergo ĩ re ſolũ actio attribuit̃ gñanti vel ꝓducẽti in q̃b⁹ nõ eſt p̃ncipiũ actiuũ ſȝ ſolũ paſſiuũ: naturale ⁊ nõ liberũ. Sȝ in ãgelo vel ẽ p̃ncipiũ actiuũ ſui primi velle: vl' ſi ſit paſſiuũ eſt tñ liberum q̃re primũ velle ãgeli nõ dȝ attribui deo creãti.

Q. ¶ Itẽ q̃ñcũq3 actio q̃ ſil' incipit cũ eẽ rei attribuit̃ generãti oẽs actiones eiuſdẽ rõnis attribuũt̃ eidẽ: ſicut pȝ in g̃uib⁹ ⁊ leuib⁹. Nõ eñ ſolũ mouet̃ graue deorſũ a generãte qñ fit g̃ue: ſed etiã poſtq̃ꝫ ẽ actu graue / ⁊ eſt extra locũ ſuũ mouet̃ ꝑ ſe a generãte: ꝑ accidẽs aũt a remouẽte ꝓhibẽs (vt docet̃. viij. phiſicorꝫ) Si igit̃ primũ velle angeli attribuit̃ deo creãti: ⁊ oĩa velle ſeq̃ntia attribuẽtur eidẽ: ⁊ ita nũq3 poterit peccare ãgel⁹ qḋ eſt fl̃m.

R. Op. ꝓ. ¶ Iõ dicẽdũ ẽ alr̃ ꝙ ãgel⁹ fuit creat⁹ ĩ gr̃a aut nõ. Si ĩ gr̃a (cũ impoſſibile ſit eidẽ ſil' ineẽ gr̃aȝ ⁊ culpã) ipoſſibile ẽ ꝙ in inſtãti ſue creatõis in q̃ habuit g̃ rã ↄmiſit culpã. Si aũt nõ fuit creat⁹ in gr̃a aut habuit ĩ ſua creatiõe ſolã ↄgnitionẽ natalẽ aut p̃ter eã habuit aliquã ſupadditã. Si habuit ſolã cognitionẽ naturalẽ peccare nõ potuit q: ſcḋm eã nõ poſſum⁹ ĩ angelo ponẽ incõſiderationẽ aliquã: cũ ãgel⁹ nouerit plene oẽs circũſtãtias cuiuſcũq3 agibil' vel appetibil' ab eo intuẽdo naturã rei vtã dictũ ẽ. Si aũt ĩ ſua creatiõe habuerit aliquã ſupnatal'ẽ ↄgnitionẽ idẽ ſeq̃t q: pccm̃ ãgeli nõ potuit eẽ niſi ꝑ incõſiderationẽ.

S. Impoſſibile ẽ aũt ⁊ ↄtradictõeȝ iplicãs ꝙ ĩ iſtãti in q̃ data ẽ ãgelo ſupnatalis cognitio ſeoꝝ

dem fuerit in eo inconſiderato. Nullus eñ accipit
nouã cognitionẽ niſi ꝑ actualẽ cõſiderationẽ iõ ꝛc.
A. ¶ Sʒ ɔtra hoc põt ſic iſtari: nã nullũ pctñ eſt aſſen
Inſtãtia. tire his q̃ reuelant̃ ꝑ fidẽ: ſed ſi inſtãti in quo crea-
tus eſt angelus ſint propoſita aliqua ſupernatura-
lia: vel reuelat ꝑtinentia ad fidẽ (vt ponit predicta
poſitio) potuit eis angelus nõ aſſentire cũ nõ eẽnt
ei manifeſta. ergo non aſſentiẽdo potuit peccare:
et hoc etiã pctñ ꝓueniſſet ex quadã neſcientia an-
geli qui ignorat quãtũ eſt de ſe ea que ſunt ſupna-
B. turalia. ¶ Sed illud nõ valet qꝛ ꝙ angelus nõ aſ-
Solutio. ſentiret deo reuelãti hoc eſſet vel qꝛ illud quod eſt
reuelatũ a deo reputaret falſum. vel ſaltẽ dubium
vtroqꝫ autẽ modo poneret̃ error in angelo. qd̓ eẽ
nõ põt: quare tenẽdũ eſt ꝙ angelus in primo inſtã
ti peccare nõ potuit: qꝛ nõ potuit in illo inſtanti hr̃e
incõſiderationẽ illã que ad eius pctñ reqrit̃. Iteʒ
patet tenẽdo aliã viã (ſcʒ ꝙ angelus peccauit appe
tendo illud quod malum erat nõ ſcd̓m ſe ſed quia
prohibitũ: qꝛ pctñ angeli ꝓuenit ex incõſideratiõe
vt dictum eſt. Sed angelus in inſtãti in quo crea-
tus fuit nõ potuit hr̃e icõſiderationẽ ex prohibitio
ne ſibi facta: qꝛ vl̕ tũc ſibi facta fuit ꝛ ſic eã tũc agno
uit: vel poſtmodũ ꝛ ſic in primo inſtãti eam tranſ-
C. gredi nõ potuit qꝛ nũdũ eã accepãt: q̃re ꝛc. ¶ Ad
Ad pri- primũ argu. dicẽdũ ꝙ nõ eſt ſimile de merito et de
mũ prin. pctõ pro primo inſtãti creationis angeli. Quia eñ
in pᷓo iſtãti nõ põt eẽ in ãgelo defect⁹ icõſideratio
nis reſpectu ſupnat̃aliũ reſpectu q̃rũ pt peccare iõ
in eo non põt eẽ vitiũ electionis. potuit tñ in eo eẽ
recta ꝛ libera electio ꝓpter quã mereri potuit ſi tñ
D. aliquẽ actũ liberũ tũc habere potuit. ¶ Ad ſcd̓m di
Ad. ij. cendũ ꝙ nõ eſt ſimile de aĩa ꝛ de ãgelo: qꝛ aĩa nõ cõ
trahit pctñ originale ex ꝑſonali electiõe: ſʒ ex vnio
ne ſui cũ corpore cui vnitur ſtatim qñ creat̃: pctñ au
tẽ angeli (ſi qd̓ fuiſſet) ꝓueniſſet ex ꝑſonali electio
ne q̃ nõ potuit eſſe mala in primo inſtãti. qꝛ non
potuit tũc eſſe defectus incõſiderationis. ¶ Ad ar
E. gu. in oppoſitũ licet ſit pro concluſione iſta: tñ aſſu-
Ad rõnẽ mit vnũ qd̓ a paucis cõcederet̃ videlʒ ꝙ electio an
i oppſitũ. geli bona vl̕ mala ſequat̃ deliberationẽ diſcurſiuã
et requirẽtẽ tp̃s: qꝛ ſicut deus aliqua libere voluit
ab eterno ita angelus ab inſtãti ſue creationis aliq̃
libere velle potuit. ꝓpter qd̓ potuit mereri bñ volẽ
do: ꝛ demereri ſi potuiſſet ineſſe pro illo inſtanti
defectus inconſiderationis.

## Queſtio. III.

F. Que. iij.

## Vtrum angeli beati ſuam beatitudinem meruerunt.

Arg. j. AD ſecundũ principale ſic ꝓcedit̃ ꝛ videt̃ ꝙ angeli beati ſuã beatitu
dinem nõ meruerũt: qꝛ meritũ aut attẽ-
ditur ẜm opis difficultatẽ: aut valorẽ: nõ ẜm diffi-
cultatẽ qꝛ in angelis nulla fuit difficultas ad bonũ
nec ẜm operis valorẽ qꝛ tunc mererent̃ ꝑ actũ bea-
titudinis q̃ eſt ſummi valoris qd̓ tñ falſum eſt: qua
Arg. ij. re ꝛc. ¶ Preterea ſicut gl̕ia cadit ſub merito con-
digni ſic prima gr̃a ſub merito congrui: Sed an-
geli nõ meruerũt primã gr̃am de congruo cũ in eã
In opp. creati fuerint: ergo nec gl̕iam de cõdigno. ¶ In
cõtrariũ eſt qꝛ premiũ rñdet merito ſicut pena de-
merito ſed mali angeli nõ habuerũt penã ſine de-
merito: ergo nec boni habuerũt premiũ ſine meri-
to. ¶ Reſponſio. dicenda ſunt tria. Primũ eſt ꝙ
beati angeli ſuã beatitudinẽ meruerũt. Scd̓m eſt
ꝙ poſt vnicũ actũ meritoriũ eã habuerũt. Tertiuʒ
eſt ꝙ nõ ſolũ natura immo tp̃e meritũ preceſſit pre
G. miũ. ¶ Primũ patʒ qꝛ in q̃bus inueniũt aliqua ꝑfe- 
Primus ctio eiuſdẽ rationis in eis eſt idẽ modus cõſequẽ-
articulus di ꝑfectionẽ illã: Sed in angelis ꝛ hoĩbus eſt bea-
titudo vnius rationis. vñ Apocal. xxj. Dicit̃ ꝙ in
illa celeſti hieruſalẽ mẽſura angeli eſt mẽſura hoĩs
ergo cũ hoĩes abſqꝫ merito nõ ꝑueniãt ad beatitu
dinem: videt̃ ꝙ nec angeli: ꝛ hoc cõcordat illi poſi-
tioni q̃ dicit ꝙ pctñ angeli fuit in hoc ꝙ beatitudi-
nẽ abſqꝫ merito hr̃e voluit exponẽdo vt ſupra ex-
poſitũ eſt. ¶ Nõ fuiſſet aũt hoc ei pctñ ſi ordinat⁹
fuiſſet ad cõſequẽdũ btitudinẽ ſine merito: q̃re ꝛc.
H. ¶ Scd̓m patʒ ſic. promptior eſt deus ad remunerã-
Secũ. ar. dum q̃ȝ ad cõdẽnandũ: Sed mali angeli ex vni-
co actu ſunt eternaliter condẽnati ergo boni vnico
actu eternaliter remunerati. Ratio aũt hui⁹ forſan
eſſe põt qꝛ gr̃a ꝑficit naturã ẜm modũ nature. Eſt
aũt modus nature ãgelice ꝙ ſtatim ꝑ naturã ꝛ vni
co actu ſuam naturalẽ beatitudinẽ habeat vt dictũ
fuit ſupra di. iij. q̃re ꝛ ꝑ gr̃am vnico actu debet ſuã
ſupnaturalẽ beatitudinẽ attingere: Sic eñ ordina-
tur angelus ad ſupnaturalẽ btitudinẽ ꝑ gr̃am i ra-
tiõe meriti ſicut ordinat̃ ad felicitatẽ naturalẽ ꝑ ſuã
I. naturã in ratione principij. ¶ Tertiũ pʒ ſic. ſ. ꝙ me
Ter. ar. ritũ tp̃e ꝓceſſit ꝛ nõ ſolũ nat̃a: qꝛ actus q̃ includunt
oppoſitionẽ circa ſtatũ operantis non pñt eẽ ſimul
ſed actus premij ꝛ meriti includũt oppoſitionẽ cir-
ca ſtatũ operãtis q̃re ꝛc. añs ꝓbat̃ quia mereri eſt
illius q̃ eſt in ſtatu acq̃rẽtis ꝛ tendẽtis ad terminũ.
Premiũ aũt reſpicit ſtatũ nõ acquirẽtis: ſed iã poſ
ſidentis: nec tendẽtis ad terminũ: ſʒ iam exiſtẽtis
in termino: ꝛ hec manifeſte opponunt̃: ergo meri-
tum ꝛ premiũ nõ poſſunt eſſe ſimul. oportet ergo ꝙ
vel meritũ precedat premiũ ꝛ ſic habet̃ ꝓpoſitum
K. vel ꝙ meritũ ſequat̃ premiũ qd̓ eſt abſurdũ ſicut ẽ
Inualida- abſurdũ ꝙ aliquis ſit pri⁹ in termino q̃ȝ in via. Si
tio. tñ in vtroqꝫ debeat eſſe q̃uis dicat magiſter in lr̃a
cõtrariũ. Quod aliqui cõfirmãt dicẽtes ꝙ ſicut mi
les equũ a rege prius ſibi datũ meret̃ poſtea ſtrẽ-
nue militãdo ſic beati ãgeli beatitudinẽ ſibi a prin
cipio datã mererent̃. nũc ꝑ opa quib⁹ nobis ex iuſ-
ſiõe diuina miniſtrãt: Sed iud̓ nõ valet qꝛ equus
dat⁹ a rege aut eſt dat⁹ gratuito ꝛ ſimpliciter ꝛ tũc
opa ſequẽtia nõ ſunt meritoria: qꝛ nullus meret̃ id
quod eſt ſuũ: ſed ꝑ meritũ facit quilibet vt aliquid
efficiat̃ ei debitũ ꝛ ꝑ ɔñs ſuũ qd̓ ei prius nõ erat de-
bitum nec ſuũ. Sed talia opa ſunt quedã recõpen
ſatio gratitudinis de beneficio prius accepto. Si
aũt equus eſſet collatus militi ſub tali pacto ꝙ mi-
litaret pro rege tũc ꝑ ɔſequẽtia opa mereret̃ equũ
nõ quidẽ prius ſuũ ſed quaſi accõmodatũ vt ꝑ ope
ra facta ꝑ equũ acq̃reret ſibi equũ. Beatitudo aũt
nõ dat̃ beatis ſub aliq̃ cõditiõe: ſed ſimplr̃. Et ideo
per ſequentia opa nullus meretur beatitudinem.
¶ Item btitudo ſemel habita ſemꝑ durat: Si igi
tur ꝑ opera ſequẽtia aliqs mereret̃ beatitudinẽ ſe-
queret̃ ꝙ meritũ ꝛ premiũ eſſent ſimul qd̓ improba
L. tum eſt. ¶ Ad primũ argu. dicẽdũ ꝙ ad rationem
Ad pri- meriti tria cõcurrũt valor opis: vt ſit aliqua ꝓpor-
mũ prin. tio inter meritũ ꝛ premiũ ſi ſit meritũ de cõdigno.
Libertas operantis vt opatio ſit in ptãte operã-
tis: qꝛ talibus ſolũ laudamur vel vituperamur: vl̕
meremur vel demeremur. Et ꝙ operans ſit in ſta

ri aliquid acquirendi. Quia ꝑ meritū aliquid effi=
citur debitum quod prius non erat debitum. Bea
ti ergo angeli nunc non merentur ſuam beatitu=
dinē q̄ nō ſunt in ſtatu acquirendi eam: Sed eam
prius meruerunt concurrētibus tūc oībus cōditio=
nibus que ſunt de ratione meriti: nunc etiam per
eandem rationē mereri poſſunt aliquā accidētalē
beatitudinem ꝑ opera quibus nobis miniſtrant.

N ¶ Ad ſcd̄m dicēdū ꝙ ſicut deus creauit angelos i
Ad .ij. grā ita ſi voluiſſet potuiſſet creare eos ſic in gloria
ſed nō decuit. Cum gloria ſit finis opis meritorij:
Ad rōnē grā aūt pricipiū. ¶ Argumētū etiā in oppoſitū de
in oppo. ficit: q̄ cōtra iuſticiā eſſet infligere penā ſine deme
rito: ſed gratie eſt dare premiū ſine merito.

## Sexta Sententia diſtinctionis ſexte in generali et ſpeciali.

A. Snīa in generali. PReterea ſciri oportet. Supe
rius magiſter determinauit de ꝯuerſio=
ne ⁊ auerſiōe angelorū. Hic vero de his
que ad eorū cōuerſionē: vel auerſionem
cōſequunt. Et diuidit in duas. Prima eſt de ſtatu
angelorū cōuerſorum ⁊ auerſorum. Scda de ptāte
vtrorūqꝫ. ſcda in princi. vij. di. ibi ſupradictum eſt.
¶ Prima eſt preſentis lectionis ⁊ diuidit in duas.
Primo determinat de ſtatu quē habebāt āgeli an=
teqꝫ peccarēt. Scdo de loco penali eis ꝓ pctō deꝑu
tato ibi ⁊ tāte ſupbie merito. Hec ſcda i ptes quat=
tuor diuidit. Primo determinat locū penalē ange
lorū: Scdo eorū ordinē. Tertio mouet circa pre=
dicta queſtionē ⁊ eam determinat. Quarto ſubiun
git quedā incidēter. Scda ibi ⁊ ſicut inter bonos.
Tertia. ibi ſolet etiā queri. Quarta. de lucifero aūt
B. Hec eſt diuiſio in gnāli. ¶ In ſpeciali ſic ꝓcedit
Snīa in ſpeciali magiſter. Et ꝓponit primo ꝙ angeli peccantes de
diuerſis ordinibus ceciderūt inter quos primus ⁊
ptātis maioris ⁊ dignitatis dicit fuiſſe lucifer. Qui
cōſiderans eminētiā ſue dignitatis ⁊ grām elatus
eſt: ⁊ hoc ꝓbat ꝑ multos doctores. Deinde dicit ꝙ
merito tanti peccati in hunc caliginoſum aerē cum
ſuis ſocijs eſt damnatus. Locus eni celeſtis ꝓpter
ſui claritatē nō cōpetebat: nec inter nos ne hoies
nimis infeſtarēt; ſed ſunt in aere caliginoſo in ſi=
gnum tenebrarū peccati qd̄ eſt eis quaſi carcer ad
exercitiū nrm. poſt vero diē iudicij recludent in in
fernū. Deinde dicit ꝙ inter angelos tam bonos qꝫ
malos vſqꝫ ad diē iudicij eſt ordo ꝑlationis: quia
qui ſunt maioris ſcie inter eos et hūt maiorē ꝑla=
tionē tali ꝑlatione eciqꝫ denominant vt qui preeſt
vni ꝓuincie dicit princeps illius ꝓuincie: q̄ vero
vni homini preeſt dicit illius hoīs angelus. Poſt=
ea querit vtrū aliq̄ demones iā ſint in inferno: ⁊ di
cit ꝙ ſic: ad puniēdū malos: ſiue ad puniēdū aīas
damnatorū aliqui quotidie illuc deſcēdūt deducē
do aīas dānatorū ad ſuppliciū. Deinde incidenta
liter querit de lucifero quō dicit religatus: Et dicit
ꝙ ideo dicit religatus q̄ ſtatim cū peccauit in infer
fernū demerſus eſt: vel poſtqꝫ deuictus fuit a xp̄o
religatus eſt: Et intelligit illa religatio quia non
habet tantā ptātē quātā habebit in die iudicij: vel
in fine mundi qn̄ ſoluet: ⁊ ſubdit etiam incidēter ꝙ
ſcd̄m ꝙ ſancti viri vincūt demonū tēptationes ſic
eorum poteſtas minuitur: vt ſtatim illū a quo de=
victus eſt nō poſſit vlterius de eodem pctō tēpta=
re: in iſtis breuiter terminatur ⁊c.

## Queſtio. I.

### Vtrū primus angelus inter peccantes fuerit de ſupremo ordine:

CIrca diſtinctionem iſtā que= A.
runtur quattuor. Primū eſt de q̄ ordie fue Queſti.
rit primus angelus inter peccātes. Se=
cundū eſt vtrū pctm̄ eius fuerit aliis oc=
caſio peccādi. Tertiū ē vtrū inter demones ſit or
do ꝑlationis. Quartū eſt vtrū demon tēptans ho
minē de aliquo pctō: ⁊ victus ab eo poſſit iterū ali=
quē temptare. ¶ Ad primū ſic ꝓcedit ⁊ videt ꝙ pri Argu.
mus inter peccātes nō fuerit de ſupmo ordine: q̄
infra di. viij. dicit Augu. ꝙ demones cū ſuo princi
pe nunc demone tunc angelo ⁊c. ergo primus in=
ter peccātes fuit archangelus. Sed ordo archan=
gelorū nō eſt ſupremus igit ⁊c. ¶ Itē ſcd̄m Greg. Argu.
de primo angelo peccāte intelligit illd̄ Eze. xxviij.
tu cherub extentus ⁊ ꝓtegens: fuit ergo de ordine
cherubin: ſed ille ordo nō eſt ſupremꝰ ſed ſeraphin
quare ⁊c. ¶ In cōtrariū eſt qd̄ dicitur Iob. xl. Ip= Ariā.
ſe eſt principiū viarum dei: ergo fuit oīm creatura
rum primus. ¶ Rñſio cū hec queſtio ſit de facto et C.
ſcriptura nihil dicat de hoc quin ſatis poſſit exponi Reſpōſio
ab eo qui tenere vellet cōtrariū: ideo nō plene per
certitudinē pōt determinari quid tenēdū ſit: illud
eni qd̄ ſcriptura dicit Eſa. xiiij. de lucifero intelligit
ad lrām de rege babylonis: ⁊ illud qd̄ dicit Ezech.
xxviij. Tu cherub ⁊c. intelligit de rege tyri. De pri
mo aūt angelo q̄ peccauit nō intelligit niſi ꝑ quan=
dam allegoriā. Ex qua nunqꝫ pōt eſſe efficax argu
mentū ꝓpter qd̄ Aug. mouēs queſtionē illā. xj. ſu
per Gen. nō ſoluit eam quia parū intromittit ſe de
angelis vbi aliq̄ certitudo nō pōt haberi. Alij aūt D.
doctores variant in queſtione iſta. Dama. n. lib. ij.
ca. iij. in ꝓapio. dicit eū fuiſſe ex his angelicis v̄tuti
bus que preerāt terreſtri ordini ⁊ cui terra cōmiſſa
erat. et hoc probatur. q̄ ſicut ſe habꝫ peccatū ad an
gelū ſic mors in pctō ad hoiem quare qd̄ eſt hoībus
mors hoc eſt angelis caſus ſcd̄m Dam. Sꝫ deus
primū hominē peccātē nō dimiſit in pctō mori: nec
decuit vt videt ꝙ prima eius creatura in humana
ſpecie deficeret a fine ad quem diuinitus ordinata
erat: ergo nō decuit deū primū ⁊ ſupremū in natu=
ra āgelica dimittere peccare ⁊ ſic a fine ſuo deficere
huic opinioni ꝯcordat opinio ꝑlonicorū quā recitat E.
Aug. viij. ⁊ xj. de ci. dei dicebāt eni ꝙ oēs dei erāt
boni: Sed demonū quidā boni quidā mali: deos
nominantes ſubſtātias intellectuales q̄ ſunt a glo
bo lunari et ſupra: demōes v̄o illas q̄ ſunt a globo
lunari ⁊ infra eum. vt ait Aug. iij. de tri. Tota na
tura corpalis adminiſtret ꝑ ſpūalē nō eſt erro=
neum credere ſupremos angelos ſoli diuine cōtē=
plationi vacare: medios vero adminiſtrare corpo
ra celeſtia. Infimos vero adminiſtrare corpa infi
ma: Et ex his ſolū aliqꝫ peccaſſe aliqꝫ nō ſicut di=
cit Dam. Greg. vero ponit ꝙ primus angelus q̄
peccauit fuit ſupremus ſimplr̄ de ſupremo ordine
ſupme Hierar. vñ. xxxij. moraliū ⁊ in Homel. de cē
tum ouibꝰ dicit. ꝙ de ceteris agminibus angelorꝫ
prelatus: eorū claritate trāſcēdit: de comꝑatiōe
clarior fuit. Eſt etiā ad hoc ꝓbabilis rō: q̄ motiuū
angeli ad peccandū videt fuiſſe cōſideratio ꝓprie
excellētie: Sed illud maxime locū habuit vel ha=
bere potuit in ſupmo angelo. quare ⁊c. ¶ Iſta ſen

tentia tenet cõuenies cui nõ obuiat rõ inducta pro
prima opinione: qꝛ primus homo fuit a deo imme
diate creatꝰ nõ aũt eius poſteritas ꝓpter qꝺ nõ de-
cuit primũ hoiem priuari beatitudine ſicut aliquẽ
de poſteritate ſed oẽs angeli fuerunt immediate a
deo creati. Et ideo nõ eſt maius incõueniẽs ſupre
mũ angelũ peccaſſe ꝛ defeciſſe a beatitudine ꝗ̃ quẽ
A. cũqꝫ aliũ. ¶ Ad primũ arg. dicẽdũ ꝙ archãgelꝰ ibi
Ad pri- nõ nciat ordinẽ ſ; principatũ: Et qꝛ ille q peccauit
mũ prin. ſecũdũ gradũ neceſſario fuit excellẽtioꝛ oibus ideo
archangelus dicit quaſi princeps oim angelorum.
B. ¶ Ad ſecũdũ dicendũ ꝙ cherubin interprat̃ plenit
Ad. ij. tudo ſcientie: ſeraphin autẽ ardentes: ſiue incẽdẽ
tes: Et qꝛ ſciẽtia que inflat potuit eẽ occaſio ruine
nõ aũt charitas que edificat ideo nõ vocat̃ ſeraphin
ſed cherub ꝗ̃ꝗ̃ ex ordine ſeraphin fuerit.

## Queſtio. II.

## Vtrũ peccatũ primi angeli fue-rit aliis cauſa vel occaſio peccãdi.

C. Ecundo vero queritur vtrũ
Queſ. ij. S pctm̃ primi angeli fuerit aliis cauſa: vel
occaſio peccãdi. ꝛ videt̃ ꝙ nõ qꝛ ſicut ma
Arg. j. li ꝑ auerſionẽ ceciderũt ita boni ꝑ cõuer
ſionẽ cõfirmati ſunt: Sed in bonis angelis nõ po
nitur vnus cã vel occaſio fuiſſe cõuerſionis alte-
Arg. ij. rius: ergo nec in malis debet poni vnus fuiſſe cau
ſa vel occaſio auerſionis alterꝰ. ¶ Item cã prior
eſt cauſato: ſed oẽs mali angeli ſimul peccauerunt
D. (vt dicit Dama.) ergo vnus non fuit cã vel occaſio
In opp. peccãdi aliis. ¶ Contra Apocal. xij. dr ꝙ draco
D. traxit ſecũ tertiã partẽ ſtellarũ: ſed nõ dicit̃ traxiſſe
Reſpõſio de loco ad locũ: ſ; de ſtatu ad ſtatũ (.ſ. de grã ad cul
pam) ergo ꝛc. ¶ Reſponſio. cũ hec queſtio ſit de fa-
cto ſicut ꝛ precedẽs: Cũ etiã ſcriptura nihil dicat de
hoc quin ſatis exponi poſſit ab eo qui vellet tenere
oppoſitũ: ideo nõ põt plene ꝑ certitudinẽ determi
nari quid tenẽdũ ſit. ¶ Cõter tñ dicit̃ ꝙ inter pec-
catũ primi angeli ꝛ angeloꝵ nõ fuit ſolũ ordo ſm
quantitatẽ culpe (vt quidẽ voluerũt) ſ; etiã in cau-
ſalitate, ita ſc; ꝙ pctm̃ primi angeli fuit alioꝵ cauſa
exemplaris nõ precedẽs tpe ſed natura: Primum
patet qꝛ aſpiciens ad malũ operat̃: Sed pctm̃ pri-
mi angeli mox vt fuit cõſummatũ apparuit malũ:
ergo non potuit eſſe motiuũ appetitus alioꝵ mi-
noꝵ p; qꝛ ſm Dama. qꝺ eſt hoibus mors hoc eſt an
gelis caſus ꝛ ideo ſicut homo in morte recipit pro
pctõ condẽnationẽ: ſic recipit angelus ſtatim poſt
E. pctm̃ (ꝓpter qꝺ apparuit ſtatim malũ. ¶ Scđm p;
ſic qꝛ plures opationes inſtãtanee poſſunt ſimul eſ
ſe in tpe licet vna precedat aliã cauſalitate: ſicut dũ
eſt ignis videt̃: ꝛ vidẽti complacet: Sed electio et
cognitio angeli ſunt opationes iſtãtanee ergo dũ
elegit illicite primus angelus potuit hoc ſimul infe
rioꝛ angelus cognoſcere ꝛ electioni eius. vel illi
F. conſentire ꝛ ſic peccare ad eiꝰ exẽplaritatẽ. ¶ Ad
Ad pri- primũ argu. dicendũ. ꝙ ſicut pctm̃ primi angeli fuit
mũ prin. occaſio pcti alioꝵ: Sic cõuerſio primi ãgeli iter bo
nos potuit: ꝛ forte fuit occaſio cõuerſionis alioꝵ.
Similis eſt ratio in his ꝛ in illis: Et ſimili mõ loq-
tur de eis ſcriptura: Sicut eñ de malis dicit̃ Mat.
xxv. Ite maledicti in ignẽ eternũ qui paratus eſt
diabo. ꝛ angelis eiꝰ: Sic de bonis dicit̃ Apoc. xij.
G. Michael ꝛ angeli eius. ¶ Ad ſecundũ dicendũ ꝙ
Secũ. ar.

cã nõ ſemꝑ precedit effectũ tpe: ſed ſufficit ꝙ prece
dat natura: qꝺ ꝛ fuit in peccato angeloꝵ.

## Queſtio. III.

## Vtrum in Demonibus ſit ordo prelationis.

Ertio queritur vtrũ in demo
T nibus ſit ordo prelatiõis. et videt̃ ꝙ nõ: H.
qꝛ in bonis angelis nihil eſt inordinatũ Queſ. iij.
¶ Itẽ eadem eſt ergo in malis nihil eſt Argu. j.
eſt ordinatum dãnatio angelorum ꝛ hominum ſed Argu. ij.
ſed in hoibus damnatis nõ eſt ordo plationis: er-
go neqꝫ in angelis. ¶ Contra de primo angelo dr In opp.
Iob. xl. Ipſe eſt rex ſuꝑ oẽs filios ſupbie: ſed re-
gnum ſonat in plationẽ. quare ꝛc. ¶ Reſponſio di I.
cendũ ꝙ ordo plationis eſt in demonibus: hoc eñ Rñſio.
congruit eoꝵ nature ꝛ nequicie eoꝵ. ꝙ congruat
eoꝵ nature p; qꝛ ſicut ſe habet natura ad natura;
ſic actio ad actionẽ: nũc eſt ita ꝙ in demonibus na
tura vnius ſubdit̃ nature alterius maxime quo ad
illos qui differũt ſpecie: ergo ꝛ actio actioni: S; ordo
platiõis cõſiſtit in hoc ꝙ actio ſubditi ſubeſt actioni
prelati ꝛ ſm eã regulat̃: ergo ꝛc. ¶ Itẽ cõgruit eo-
rum nequitie: qꝛ plus nocet exercitus ordinatꝰ ꝗ̃ K.
inordinatus: Sed multitudo demonũ eſt quaſi q
dam exercitus ad impugnãdũ hoies: ergo ꝯgruit
eoꝵ nequitie qꝛ volunt hoibus nocere vt habeant
inter ſe ordinẽ ꝛ hoc dicit gloſa ſuꝑ primã epiſtolã
ad Chorin. ꝙ ꝗ̃diu durat mũdus pſunt angeli an
gelis: demones demonibus: ꝛ hoies hoibꝰ. ¶ Ad L.
primũ argu. dicẽdũ ꝙ nõ eſt ſimile de bonis ange- Pri. prin.
lis ꝛ malis: bonũ eñ põt eſſe integrũ: ꝛ ideo in an-
gelis bonis nõ cadit inordinatio: Sed malũ non
põt eſſe integrũ: eſſet eñ ĩportabile ꝛ ſeipm̃ deſtrue
ret vt dr. iiij. Ethi. ¶ Ad ſcđm dicẽdũ ꝙ nõ eſt ſimi M.
le de hoibus ꝛ angelis qꝛ inter hoies nõ eſt gradus Argu. ij.
nature: nec hoies dãnati habẽt aliquã operationẽ
circa nos ſicut hñt demones: ꝛ ideo demonibus cõ
gruit ordo prelationis: nõ autem hominibus.

## Queſtio. IIII.

## Vtrum demon victus poſſit dein-ceps aliquem tentare.

Varto queritur vtrũ demon
Q victus poſſit deinceps aliquẽ tẽtare: vi Que. iiij.
det̃ ꝙ ſic qꝛ lucifer creditur fuiſſe q tẽta- Argu. j.
uit xp̃m: ꝛ perfecte ab eo victꝰ fuit. Mat.
iiij. ſed idem in fine mũdi tpe antixp̃i tentabit gra
uiſſime hoies vt infra dr̃ quare ꝛc. ¶ Item quãto Argu. ij.
pauciores ſunt tentatores tanto facilioꝛ ẽ tentatio
ſed multi ꝛ quaſi infiniti demões a pricipio mũdi
ꝑ ſanctos victi ſunt: ergo ſi ſemel victi amplius tẽ-
tare nõ poſſunt in fine mundi eſſent pauciſſimi tẽ-
tatores: ꝛ faciliima tẽtatio qꝺ falſum eſt. ¶ Cõtra N.
iuſtitia humana exẽplata eſt a diuina: Sed ſcđm In opp.
iuſtitiã humanã pugil victus ſemel nõ recipit iterũ
ad duellũ: ergo ſm iuſtitiã diuinã demon ſemel victꝰ
nõ debet a deo pmitti ꝙ tentet aliũ. ¶ Rñſio di- Reſpõſio
cendũ ꝙ demon tẽtãs hominẽ de aliquo vitio (pu-
ta gule) quantũcũqꝫ ſit pfecte victus: põt tñ aliũ tẽ-
tare hoiem etiã de eodẽ vitio. ¶ Itẽ eundẽ a quo
victus eſt põt tentare de alio vitio: ſed eũdẽ eodẽ
modo ſe hñtẽ nõ põt tẽtare de eodẽ vitio: qꝺ p; te

tum vnica ratione ſic: oīs tentans ſub ſpe alicuius victorie tentat: ſed demon quātūcunq; pfecte vict⁹ ab aliquo pōt ſperare q̄ vincet alios: etiā ſimili tē-tatiōe q: nō oēs ſunt eiuſdē volūtat(vel firmitatis ī reſiſtēdo tētatiōi: pōt etiā ſperare q̄ vincet eūdē tentando de alio vitio: q: frequēter q̄ non eſt pn⁹ ad vnū vitiū ē pn⁹ ad aliō: ſ; nō pōt ſpare q̄ eū dē eodē mō ſe hābētē vincat eadē vel ſimili tentatione q: idē manēs idē natū eſt eodē modo reſiſtere. ꝓpter qō niſi mutet ꝓceſſu tpis nō pōt ſperare

O. victoriā de eo. ¶ Ad argu. reſpōdēdū. Prima enī duo ſolum probant q̄ victus ab vno pōt alios ten

P. tare qō cōcedimus. ¶ Ad arg. in cōtrariū dicēdū q̄ nō eſt ſimile de demone victo in pugna ſpūali: ꝛ

Ad rōnē in oppo. de pugile victo in pugna corporali: q: in pugna corporali pſumit quis victus ex defectu virtutis corporalis que viris pfectis ſemper tēdit ad defectū: Sed in pugna ſpūali vincit demon q: tētat⁹ nō p̄bet tentationi aſſenſum: Aſſentit aūt tētationi vn⁹ (cui nō aſſentit alius) Et idē aſſentit vni tētationi qui nō aſſentit aliis: Et vnus idē diſſentit vno tpe tanq̄ bene diſpoſitus: q̄ alio tpe ſiſi tentationi conſentit tanq̄ male diſpoſitus ſm mentē ideo ꝛc.

## Sententia huius ſeptime diſtinctionis in generali et ſpeciali

Q

Diſt. vij. Snīa in generali.

Supra dictum eſt &c. Superi⁹ determiauit magiſter de ſtatu angelorū tam peccātiū q̄ nō: ſiue beatorum ꝛ malorū. Hic vero determinat de ptāte vtrorūq;. Et diuidit in duas. ¶ Primo determiat eorū poteſtatē quantū ad eorū meritū. Scdo quātum ad eorū aſſumptionē corporū. Scda in principio. viij. di. Solet etiā in queſtione. Prima ē pñtis lectionis: ꝛ diuidit in duas. Primo determiat de ptāte vtrorūq; ſc; tam bonoꝝ q̄ malorū gn̄alit. Scdo de ptāte malorū ſpecialr. Scda ibi. ꝛ licet angeli mali. Prima diuidit in quattuor ptes. Primo determinat eorū ptātē. Scdo obijcit ꝯtra determinata. Tertio ſoluit. Quarto. cōcludit ſolutionem. Scda ibi. ſed ꝛ ſemp nec boni peccare poſſūt. Tertia ad quod dicimus. Quarta nō ergo poſt. confirmationem. Scda principalis in qua principalr determinat de ptāte malorū: ꝛ diuidit in duas. Pmo determinat eorū virtutē in cognoſcendo. Scdo in opādo. Scda ibi. quorū ſciētia ꝛ ꝟtute: hec ſcda diuidit in tres. Primo determinat ad quid eis data eſt poteſtas. Scdo oñdit quā ptātē hñt ꝛ quā non Tertio excuſat ſe a pfecta determinatione. Scda ibi nec putādū eſt. Tertia quoq; ſciēdū. Scda iſtarum diuidit in tres. Primo oñdit q̄ nō poſſunt ad nutū corporalē materiā tranſmutare. Scdo oñdit q̄ nō poſſunt creare. Tertio q̄ aliquod miniſteriū creationis pñt rebus adhibere. Et declarat p exēpla. Scda ibi. nec ſane creatores. Tertia ibi. ſicut ergo nec parentes. Hec eſt diuiſio lr̄e in generali.

R. Snīa in ſpeciali ¶ In ſpeciali ſic ꝓcedit ꝛ ꝓponit primo q̄ mali angeli poſt pctm̄ nō poſſunt benefacere: licet poſſint bonū facere: nec etiā boni poſt cōfirmationem pñt peccare. Deinde obijcit dicens q̄ ſi boni angeli nō pñt peccare: ergo nō hñt liberū arbitriū. q: ſecundū Hiero. oīs creatura ex li. ar. eſt vertibil. Poſtea ridet dicens q̄ abſq; dubio boni peccare nō poſſunt nec ꝓpter hoc minus hñt de libe. ar. q: nō coactiōe aliqua: ſed ſpontanea volūtate ꝛ immutabiliter bonum diligūt ꝛ eligunt: ſicut nec minus habet de libertate q̄ nō pñt ſeruire peccato: ſic nec angeli minus hñt q: nō poſſunt peccare. Hec aūt immutabilitas nō eſt eis ex natura: ſed ex grā confirmante. ¶ Deinde cōcludit ſuū intentū. Et ſubdit q̄ auctoritas Hiero. in contrariū intelligit de li. ar. p gratiam nō cōfirmato. Poſtea determinat ptāte malorum ſpecialiter: ꝛ dicit q̄ demones tripliciter aliq̄ cognoſcūt: vel ſubtilitate ſue nature: vl' experiētia tēporū vl' reuelatione ſuperiorū ſpirituū: Subdit etiā q̄ ipſi q̄ futura ſunt aliqñ pſciunt. Deinde dicit q̄ virtute ꝛ ſciētia demonum magice artes fiunt: datur aūt demonibus poteſtas: vel ad fallendum fallaces: vel ad monēdū fideles: vel ad exercitiū ꝛ probationē ſanctorū. ¶ Deinde dicit q̄ demones neq; ſunt putandi habere hāc ptātē (ſc; q̄ materia corporalis eis ad nutū ſeruiat.) Deinde dicit q̄ nō poſſunt aliquid creare: ſ; quecūq; faciūt nō ex ſua virtute ſed ex occultis rerū ſeminib⁹ ꝓducūt. poſtea dicit q̄ aliqō miniſteriū demones adhibere pñt qō ꝓbat p ſimile in exercitijs humanis ſicut agricola ad ꝓductionē fructuū: ꝛ predicatores ad illuminationē mentiū. Ultimo ſubdit q̄ aliqua pñt angeli mali facere p naturā que nō pmittunt a deo facere. Alia multa facere nō poſſunt: q: ad ea natura eorū nō ſe extendit: que aūt poſſunt ꝛ q̄ nō: homini determinare difficile eſt. ꝛ in hoc ꝛc.

## Queſtio. I.

## Utrum angeli beati pñt peccare.

Circa diſtinctionem iſtā querunturtria. ¶ Primum eſt de libertate arbitrij bonorū ꝛ malorū angelorū. Secundū eſt de cognitione demonū. Tertium eſt de poteſtate eorū. Circa primū queruntur duo. Primū eſt vtrū angeli beati poſſint peccare. Secūda eſt vtrum angeli mali poſſint benefacere ¶ Ad primū ſic ꝓcedit. Et arg. q̄ angeli beati poſſint peccare quia grā ꝛ glia nō tollūt naturā: Sed de ratione creature eſt q̄ poſſit deficere quare ꝛc. ¶ Item quāto aliquid eſt liberius tanto minus ē determinatū: In naturalibus eīn que ſunt ad vnū determinata nihil eſt libertatis: S; liberū arbitriū in angelis bonis nō eſt minus liberū q̄ pri⁹. Alioqn̄ btitudo auferret eis aliqd' pfectionis ſue: g eſt eque indeterminatū vt prius: ſed pri⁹ flecti potuerunt ad malū: ergo ꝛ nunc. ¶ Cōtra p beatitudinē transformamur in dei ſimilitudinē (vt dicit pri. Johan. iij.) Cum apparuerit ſimiles ei erimus: Sed deus eſt impeccabilis ergo ꝛc. ¶ Rñſio. videda ſūt duo. Primū eſt vnde conueniat alicui q̄ peccare nō poſſit. Scdm eſt vtrū illa cauſa reperiat in beatis. ¶ Quantū ad primū dicendū q̄ ex hoc ꝓuenit pctm̄ in electione q̄ ꝓcedit aliquis defectus in rōne defectus inquā erroris: vel neſciētie: vel incōſiderationis ꝛ vbi nō pōt eſſe aliquis defectus in ratiōe nullo modo pōt eſſe pctm̄ in electione. Qō pz dupliciter. ¶ Primo q: ſicut ſe habet habitus ad habitū ſic actus ad actū: Sed impoſſibile eſt aliquē habitum eſſe vicioſum in voluntate cū pfecto habitu rationis practice: ergo nō pōt eſſe in ea aliquis actus vitioſus niſi actus rōnis ſit in aliquo defectuoſus. Maior pz. Minor ꝓbat. q: prudētia que eſt habitus rationis practice ſi eſt pfecta corrigit oēs virtutes morales ꝛ in ipſa m oēs conuertunt: ꝛ ideo cū ipa n̄

S. Argu. q̄ ſic. Argu. i. Argu. ij. Ar. i op. T Reſpōſio Primus articulus

poteſt ſtare habitus vitioſus niſi habitus contrarij ſimul eſſent: qḋ eſt impoſſibile. ¶ Scḋo pȝ idē ſic. cū volūtas ſequat̄ rōnē practicā actus volūtatis correſpondēt actibus practice rōnis: Act⁹ aūt practice rōnis eſt duplex vnus eſt reſpectu primoꝝ ⁊ vniuerſaliū principioꝝ opabiliū (vtpote ꝙ bonū eſt eligēdū ⁊ ꝙ malū eſt fugiēdū) Alius eſt reſpectu pticularū eoꝝ ſcȝ que deducūtur ex primis ⁊ vl̄ibus principijs p deliberationē ⁊ cōſiliū: Sic in volūtate ſūt duo actus p̄dictis duob⁹ correſpōdētes. vn⁹ ſequēs vl̄e iudiciū de agēdis. Alius ſequēs ɔſiliū et deliberationē de aliq̄ pticulari agibili. Ex hoc ſic arguit̄. ſicut ſe habet primus actus volūtatis ad primū actū rōnis: ſic ſecūdus ad ſcḋm. Sed primus actus volūtatis nō pōt eſſe vitioſus: q₂ prim⁹ act⁹ rōnis nō pōt eē defectuoſus: ergo ſimiliter ſecūd⁹ actus volūtatis eligētis aliquid poſt cōſiliū ⁊ deliberationē nō pōt eſſe vitioſus niſi ſecundus actus rōnis q̄ eſt deliberare vl̄ cōſiliari ſit defectuoſus ſcḋm aliquē p̄dictoꝝ defectuū. Ex quo pȝ ꝙ poſſe peccare cōuenit creature itellectuali: ex hoc ꝙ pōt i conſideratione deficere. Et per oppoſitum patet ꝙ intellectus q̄ ſemꝑ actu cōſiderat abſqȝ vllo errore oīa que ſunt circa aliqḋ agibile agendū non pōt circa illud peccare ꝓpter qḋ deus peccare non pōt:

A. q₂ actu cōſiderat queciqȝ circa faciēda ſunt poſſibilia conſiderari. Et ſic pȝ primū. Ex hoc pȝ ſcḋm. ſ.

Secū. ar. ꝙ beati nō pñt peccare: q₂ vbi nullus eſt defect⁹ in rōne ibi nullū pōt eſſe pctm̄ in electiōe: Sed i beatis nullus eſt defectus in cognitione. Vidēt eñ in verbo aut alio quocūqȝ modo actu quicq̄d ad eos ptinet in vl̄i ⁊ i pticulari: aliter nō eſſent vere beati neqȝ eoꝝ appetitus quietatus: ergo nullū pctm̄ pōt accidere in electione eoꝝ. Hoc aūt manifeſti⁹ fiet ſi videat̄ qūo volūtas ſe habet ad finē ⁊ ad illud qḋ eſt ad finē. Hoc aūt aſſumendū eſt ex ſimilitudine eoꝝ que ſunt in intellectu. Aſſentit eñ intellectus alicui tanq̄ p ſe noto. ſ. primis principijs quoꝝ noticia uocat̄ intellectus: Aſſentit etiā cōcluſionibus ex tanq̄ ꝓpter aliud notis: ⁊ hec notitia vocat̄ ſcia: vel aliquo alio noīe: ⁊ oēs aſſenſus rōnis ad alterū iſtoꝝ reducunt̄ tam in ſpeculatiuis q̄ in practicis. Sic ⁊ volūtas aliquid vult ꝓpter ſe ⁊ illud eſt finis Aliud aūt ꝓpter aliud (ſcȝ ea q̄ ſunt ad finē) et primus quidē actus vocat̄ velle: Secūdus aūt eligere ⁊ ad alterū illoꝝ duoꝝ oēs actus voluntatis reducūtur. His autē ſic ſe habētibus īpoſſibile eſt ꝙ volūtas alicuius beati poſſit appetere aliq̄d diſcordans a bono diuino qḋ acceptauit tanq̄ finē ſtante volūtate finis ⁊ actuali iudicio in vl̄i ⁊ pticulari: de his q̄ ex fine deducūtur: q₂ ſi poſſet illud diſcordans appetere: vel appeteret ipm̄ vt finē: qḋ eē nō pōt ſtāte volūtate finis oppoſiti ſic accepti: q₂ oppoſita nō poſſunt ſimul eſſe volita: vel appeteret ipm̄ ꝓpter finē qḋ etiā eſſe nō pōt: q₂ deductū eſſet per actū cōſilij quē ſequit̄ electio ꝙ illud eſſet appetēdum ꝓpter finē preacceptatū ⁊ tunc nō eſſet diſcordans: Cū ergo volūtas beata ſemꝑ bonū diuinū velit ꝓpter ſe ⁊ tanq̄ finē: nec poſſit ipm̄ non velle cum i eo ſit ratio boni ꝑfecti: ⁊ nulla ratio mali: ſtet etiā ſemꝑ actualis cōſideratio in vl̄i ⁊ pticulari eorum que ex fine iſto deducunt̄: beati pro eo ꝙ ſemper vidēt quicquid ad eos ptinet impoſſibile eſt ꝙ volūtas beata velit aliquid diſcordās a bono diui

B. no ⁊ ſic peccare nō pōt. ¶ Ex quo pȝ ꝙ ſi beati viſione beata ſolū viderēt eſſentiā diuinā: ⁊ in ea vel in aliqua alia viſione nō viderēt que ad eos ptinent volūtas quidē eoꝝ ab ipa diuertere nō poſſet qn ipam diligeret ꝓpt ſe ⁊ tanq̄ finē. q₂ eſt bonū pfectū in quo nulla eſt ratio mali tñ poſſet ab eo diuertere volendo aliquid diſcordans ab ea propter defectū deductionis eorum que ꝓpter ipſam ſunt eligenda vel refutāda: ſicut aliquis volēs ſaluari vult nihilominus fornicari q₂ non deducit an fornicari ſit diſcordās ab eo qḋ eſt ſaluare: habita actuali deductiōe ꝙ fornicari nō ſtat cū ſaluari ipoſſibile eēt ꝙ fornicaret̄: ſed q₂ nō deducit iō fornicat̄. ¶ Ad primū arg. dicēdū ꝙ grā ⁊ glia nō tollunt naturā ſȝ defectus nature: peccare aūt non dicit naturā ſed nature defectū: ¶ Ad ſcḋm dicēdū ꝙ cū poſſe peccare nō ſit libertas: nec ps libertatis ſm Anſelmū indeterminatio p quā pōt aliquis flecti: ad malū nullam libertatē ponit: nec ablata aufert. — C. Ad primū prin. D. Ad .ij.

## Queſtio. II.

## Vtrū angeli mali poſſint aliqoud bonum facere.

SEcundo queritur vtrum angeli mali poſſint aliquod bonū facere: ⁊ videt̄ ꝙ nō q₂ ſicut boni angeli ſunt cōfirmati i bono ita mali ſūt obſtinati i malo ſȝ boni nō pñt peccare (vt dictū ē) ergo nec mali bñ facere. ¶ Item ex mala volūtate nō pōt egredi niſi malus actus: ſed demones mala voluntate carere nō pñt vt ait Auguſti. de fide ad petrū. quare ⁊c. ¶ Item ſi demones poſſent benefacere poſſent ſe ad grām ꝑparare ⁊ eam recuperare: ɔñs eſt falſuȝ. ergo ⁊ añs. ¶ Cōtra ſi demones nō poſſent aliqḋ bonū facere hoc ineſſet eis: vl̄ a natura vel a culpa cōmiſſa: vel ab ordinatione diuina: nō a natura q₂ natura bona ē: peccaſſent etiā oēs ſtatim cū habuiſſent naturā. Nec a culpa quā primo cōmiſerūt quia illa nō maneret in eis actu ſed reatu. Nec ab ordinatione diuina. deus eñ nō ordinat aut vult mala fieri ſed facta punit: quare ⁊c. ¶ Reſponſio cū ſit triplex bonū ſicut ad pñs loqmur. ſ. bonū nat̄e. moris et grē: Manifeſtum eſt oēs actus demonū hr̄e primā bonitatē q₂ illa bonitas ē rei entitas: tertia aūt bonitate q̄ eſt a grā carēt: q₂ grāȝ irrecuperabiliter amiſerūt: ⁊ eā poſtmodū reddet̄: ¶ Reſtat ergo videre de ſcḋa bonitate q̄ eſt moralis q̄ ꝓprie eſt bonitas debita ineſſe actibus creature agētis ex li. ar. Et ſumit̄ ex obiecto ⁊ circūſtātijs: vtrum demones poſſint hoc modo bonū facere qḋ ſit bonū ex gñe et ex circūſtātijs. Et dicit̄ cōiter ꝙ nō immo quicquid volūt: aut faciūt eſt malū totū vl̄ ex gñe actus cadētis ſuꝑ indebitā materiā vel ſi ſit bonū ex gñe (vt cōfiteri xpm̄ vel credere) depⁱauat̄ tñ p aliquā circunſtātiam malā. Huius aūt aſſignāt varie rōnes: quidā dicūt ꝙ ſicut impoſſibile eſt a volūtate imutabiliter adherente bono fini ꝓcedere opus prauū: ita ecōtrario impoſſibile eſt a volūtate immutabil̄r adherēte prauo fini ꝓcedere opus bonū: Cum finis ſit menſura: ⁊ regula eoꝝ q̄ fiūt ꝓpt finē. Voluntas aūt demonis immutabil̄r adheret prauo fini: iō ⁊c. Minorē ꝓbāt q₂ pctm̄ volūtatis circa finē contigit dupl̄r qñqȝ ex paſſiōe abducēte rōnē ab actuali cōſideratione recti finis ſicut in icōtinētib⁹ ⁊ talis peccator eſt pēnitēs paſſione ceſſāte. Aliqñ aūt ex malicia que ſcḋm philoſo. vij. Ethi. eſt corruptia finis

D. Que. ij. Aug. v.

Arg. ij.

Arg. iij.

In opp.

E. Reſpōſio

G.

F. Opi. rō.

eo ꝙ qualis vnuſquiſqꝫ eſt ſcḋm habitum talis ei fi
nis videt̃: ⁊ qui ſic peccãt: peccãt ex habitu ⁊ electio
ne: nec eſt penitẽs vt intemperatus. ꝓpter qḋ talis
nõ eſt curabilis niſi habitu remoto. Peccatũ autẽ an-
geli nõ fuit ex paſſione: ſed ex electiõe ⁊ habitu: et
ideo ſtãte tali habitu nõ põt nõ adherere malo fini
habitus autẽ ab eo remoueri nõ eſt poſſibile cũ nõ
ſit in ſtatu vie poſt caſum ſicut nec hoĩes poſt mor-
tem: q2 qḋ hoĩbus eſt mors hoc eſt angelis caſus:
H ideo ⁊c. ¶ Iſtud nõ videt̃ ſufficiẽter dictũ. Primo
Impꝛo- q2 finis cui imutabiliter adheret volũtas mali an-
ba.di.op. geli ẽ ille cui adheſit primo peccãdo: Sed ille finis
nõ eſt malus q2 nõ peccauit appetendo aliqḋ malũ
de ſe: Sed appetẽdo bonũ ex gñe abſqꝫ debitis cir
cũſtãtijs vt dictum fuit prius: ergo volũtas angeli
nõ adheret malo fini ſed bono. Ex volũtate aũt bo
ni finis ex gñe nõ eſt neceſſe ꝓcedere opus maluꝫ.
quare ⁊c. Item dato ꝙ volũtas angeli adheret ma
lo fini de ſe nõ eſt neceſſe ꝙ a tali volũtate ꝓcedat
opus malũ q2 a volũtate adherẽte recto fini põt ꝓ
cedere opus prauũ cũ nõ ſit actualis deductio i vĩ
et particulari eoꝝ q̃ ſunt ꝓpter finẽ eligẽda ſicut di-
ctum fuit in p̃cedẽte queſtione. Et ſimile eſt de vo
lũtate adherẽte prauo fini q2 ex ipa põt bonũ opus
ꝓcedere ſi nõ deducat̃ ex illo fine ſicut ꝯſtituẽs ſi-
bi adulteriũ tanqꝫ finẽ põt dare elemoſinã nõ ꝓpt
finẽ illũ ⁊ bñ facit: nõ autẽ neceſſe ꝙ volũtas demo
nis malo fini adherẽs oĩa q̃ agit ex illo fine deduc-
cat: nõ eñ angelus malus in malo fine cui adheret
videt oĩa que ad ipm ptinẽt ſicut angelus bonus.
I. ¶ Item ſicut angelus nõ peccauit ex paſſione: ſic
nec ex habitu q2 anteqꝫ peccaret malũ habitum nõ
habebat: nec ex electione ſed magis ex neſcientia:
vel incõſideratione vt dictũ fuit ſupra di. vj. Sicut
ergo peccãs ex paſſione: ceſſante paſſione penitet:
ſic vt videt̃ demon ceſſante (vt dixi) dicta incõſide
ratione qua peccauit penitere poterit: ⁊ cui adhere
.K bat poterit nõ adherere. ¶ Ad hoc qḋ dr̃ ꝙ ange
lus poſt caſum fuit in termino certũ eſt ꝙ nõ fuit in
termino ſue durationis: cũ ſit icorruptibilis. nec iter
mino electionis. Aliqua eñ volũt ⁊ eligũt: ange-
li mali ⁊ boni que prius nec volebãt: ⁊ nec eligebãt
et ecõtrario prius aliqua volebãt q̃ modo nolunt.
Reſtat ergo ꝙ ſolũ ſint intermio merẽdi ⁊ deme-
rẽdi vt iam p actũ quãtũcũqꝫ bonũ ex gñe ⁊ circũſtã
tijs nõ mereant̃: nec de cõgruo grãm: nec de cõdi
gno grãꝫ: nec p actũ quãtũcũqꝫ malũ merẽtur am
pliorẽ penã eſſentialẽ licet forte aliquã accidẽtaleꝫ
penã ampliorẽ mereant̃. ex multitudine dãnatorũ
ſicut beati angeli ampliorem gloriam accidẽtalem
L. habẽt ex ſalute iuſtorũ. Ex hoc aũt ꝙ demones ſic
Se. rõ op ſunt i terio nõ ſequit̃ q̃n poſſint aliqḋ bonũ facere
qꝫuis nõ eſſet meritoriũ: ideo alia aſſignat̃ rõ que
ſumitur ex cõditiõe nature angelice. Vis eñ ap-
petitiua ꝓponit̃ apprehẽſioni: differt aũt apprehẽ
ſio angeli ab apphẽſione hoĩs q2 angelus apphen
dit immobiliter ⁊ ſine diſcurſu: homo vero mobili
ter ⁊ cũ diſcurſu ⁊ ꝓpter hoc volũtas hoĩs adheret
mobiliter quaſi potẽs diſcedere ⁊ ꝯtrario adherere
volũtas aũt angeli fixe adheret ⁊ immobiliter. vñ
añ adheſionẽ põt libere adherere huic ⁊ oppoſito
mõ in his dũtaxat q̃ nõ naturaliter vult: ſed poſtqꝫ
adheſit imobilit̃ adheret. Et ideo cõſueuit dici ꝙ
libe. ar. hoĩs flexibile eſt ad oppoſita añ electionẽ:
et poſt li. ar. angeli flexibile eſt añ ſꝫ nõ poſt ꝓpter
qḋ angeli mali poſt electionẽ ſuã malã in pctõ obſti
nati ſunt ita ꝙ bñ agere nõ poſſunt: Sed nec iſtud M.
videt̃ ſufficere. Primo q2 effectus cõis requirit cãꝫ
cõem: obſtinatio aũt in malo eſt qd cõe ãgelis ma-
lis ⁊ hoĩbus dãnatis. ergo cauſa obſtinatiõis debꝫ
in eis eſſe ſm aliqd cõe ⁊ nõ ſm illḋ in quo differũt
li. ar. angeli a li. arbi. hoĩs p immobiliter adherere: Scḋo
Scḋo q2 nõ videt̃ verũ ꝙ angelus imobiliter ad-
hereat his quibus ſemel adheſit: q2 ſm illos q̃ po-
nũt iſtã poſitionẽ oẽs angeli a principio adheſerũt
bono q2 oẽs meruerũt ſicut ipi dicũt: ſed mali poſt
meritũ ꝯſtitere ſt ipedimẽtũ peccãdo ⁊ ita diuerterũt
ſe bono cui prĩo adheſerãt: Et ſic hec duo dicta ſibi
cõtradicũt. ¶ Item ſi natura angeli eſt talis ꝙ ſe- Tertio
mel adherẽs alicui nõ p̃t ab illo deflecti: Et ex hoc
ſic fuit obſtinatio demonũ ꝙ nõ p̃nt velle aliqḋ bo
nũ ex quo prĩo peccauerũt p eãdẽ rõnẽ boni ange-
li eſſent cõfirmati in bono ita ꝙ peccare nõ p̃nt. Ex
hoc ſolo ꝙ meruerũt: Sꝫ hoc ẽ falſuꝫ. Per meritũ
nõ ſunt cõfirmati ſed p premiũ. ergo ⁊ illud ex quo
ei ſequit̃. ſ. ꝙ naturalis modus adheſionis angeli ſit Quarto.
cauſa obſtinationis. ¶ Item dato ꝙ demones im
mobiliter adhererẽt eis quib9 ſemel adheſerũt. Ex
hoc tñ nõ ſeqtur ꝙ nõ poſſint aliqḋ bonũ velle vel
facere: ſed ſolũ ꝙ nõ p̃nt velle bono oppoſitũ malo
qḋ elegerũt: de alio aũt bono illi malo nõ oppoſito
nõ ſequit̃. ¶ Dicẽdũ ergo ꝙ qꝫuis angeli mali nõ N.
poſſint mereri de cõdigno vel cõgruo remiſſionẽ Op. ꝓ.
culpe pro eo ꝙ ſm ordinationẽ diuinã tps merẽdi
tam angelis qꝫ hoĩbus ꝓfixum eſt: hoĩbus quidem
mors: angelis quidẽ caſus. hoĩb9 quidẽ plixius q2
magis diſtãt a deo ⁊ in cognitionẽ diuinorũ etiam
imꝑfectam multo tpe deueniũt. Angelis aũt bre-
uis tanqꝫ habẽtibus deiformẽ intellectũ. qꝫuis etiã
ãgeli mali ñ poſſint nolle qḋ ſemel voluerũt: qḋ tñ
nõ eſt aſſerẽdũ. nihilominus qḋ non poſſint aliqḋ
bonũ velle qḋ ſit bonũ ex gñe ⁊ circũſtãtijs: nec ra-
tio aliqua ꝓſpecta cõuincat nec auctoritas. Attribue
re aũt hoc deo oĩno incõueniẽs eſt q̃ nec põt ẽẽ cau
ſa vt aliqs male velit: aut in malo volito ꝑſeueret. O.
¶ Ad pri. arg. pꝫ rñſio ex iã dictis ꝙ ãgeli boni nõ Ad pri.
p̃nt peccare ꝓ tãto ẽ q2 in eſſentia diuina quã vidẽ
do beatificãtur vident quicquid ad eos ptinet vel
aliqua viſione. Nõ ſic autem eſt de angelis malis. Argu. 2
¶ Ad ſcḋm dicẽdũ ꝙ a volũtate mala inquantum
hmõi nõ poteſt egredi actus bonus: nõ eſt tñ neceſ
ſe ꝙ quicquid egredit̃ a volũtate demõis egredia P.
tur ab ea inquãtũ mala. ¶ Ad tertiũ dicẽduꝫ ꝙ bñ Argu. 3
facere nõ eſt ſe preparare ad gratiã niſi in eo q̃ eſt
in ſtatu vie qualis nõ eſt agelus malus.

## Queſtio. III.

### Vtrum demones poſſint futura predicere.

Q.
SEcundo principaliter queri Queſtio
tur vtrũ demones poſſint futura p̃dice- Argu. 1
re. Et videt̃ ꝙ nõ q2 prenũciatio futuro
rum videt̃ ẽẽ ſignũ diuinitatis ſm illud
Eſa. xlj. ventura annumerate ⁊ dicemus ꝙ dij eſtis In opp.
vos: Sꝫ demones nõ ſunt dij: ergo ⁊c. ¶ Cõtra in
tellectus qui intelligẽdo nullo mõ dependet ex tẽ-
pore põt equaliter futura: vl' p̃terita reuelare q2 q̃
liter ſe habet ad omne tps. Sed intellectus angeli R.
cus eſt hmõi: ergo cũ angeli poſſint oĩa p̃terita re- Reſpõ.
uelare videt̃ ꝙ ſimiliter poſſint ⁊ futura. ¶ Rñſio
vidẽda ſunt duo. Primũ eſt qualia futura põt de-

mon pdicere. Scdm eſt qualiter ⁊ quibus modis
Primus articulus pōt hoc facere. ¶ Quantū ad primū ſciendū φ de-
mon pōnoit illa predicere que pōt precognoſcere:
demon autē ⁊ quilibet angelus p certitudinē co-
gnoſcūt oia futura q̄ pure depēdēt ex ordine cau-
ſarū naturaliū: p coiecturā aūt cognoſcūt quedā fu-
tura q̄ dependēt ex nr̄o li. ar. Sʒ ea q̄ depēdēt me-
re ex volūtate diuina nō cognoſcūt niſi ſibi facta re
uelatione a deo vel a beatis ſpiritib⁹ (vt dictū fuit
ſupra di. iij.) ergo demones predicere poſſunt de
effectibus pure naturalib⁹ p certitudinē quid eue-
niet: de his aūt que arbitrio nr̄o depēdēt ſolū pōt
demon predicere aliquid p piecturā. Sed ea q̄ ex
A. ſola dei volūtate dependēt nullo modo pōt predi
cere niſi fuerint ei reuelata. ¶ Qualiter aūt talia p
Arti. ij. dicere poſſit, vel nobis reuelare pʒ qꝛ pōt formare
ſonos in aere ſimiles vocibus ſignificatiuis ⁊ in il
lis pōt exprimere nobis cōceptū ſuū: pōt nihilomi-
nus facere φ immutationes ſenſibiliū que manēt in
nobis abeuntibus ſenſibus veniāt ad organū fan
taſie ⁊ fiant opationes eorū que vult demon reue
lare: Sicut cū in ſomnijs fiūt operationes. vn̄ Ar.
li. de ſom. ⁊ vig. aſſignās cām opationis ſomniorū
dicit φ dum aial dormit deſcendēte plurimo ſan-
guinem ad pricipē ſenſitiuū ſimul deſcēdūt motus
id eſt impreſſiones ex ſenſibiliū motionibus facte
et fit quedā apparitio ac ſi tūc fantaſia ab ipis reb⁹
exterioribus imutaret: ⁊ tāta pōt eē cōmotio hūo
rum ⁊ ſpirituū φ hmōi apparitiões etiā vigilātib⁹ fiāt
Sicut pʒ in freneticis: Sicut ergo hoc fit p natu-
B. ralē cōmotionē ſic fieri pōt p naturalē demonis vir
tutem cui natura corporea obedit quātū ad motuʒ
localē: vt poſtea dicet: Pret aūt hos duos modos
quibus pōt nobis aliquid reuelari p angelū bonū
vel malū nō videt alius modus poſſibilis qꝛ natura
le eſt nobis ex ſenſatis et imaginatis itelligere: Et
ideo qđ reuelat nobis oportet φ reuelet p ſignum
extrinſecū ſicut p audibile: viſibile: vel hmōi: aut p
aliquā apparitionē in imaginatiōe. vn̄ Dio. primo
ca. de ie. hierar. dicit φ impoſſibile ē nobis aliter lu-
cere diuinū radium niſi varietate ſctōꝝ velaminū
circūuallatū. ¶ Item qđ reuelat nobis pñtat in tel-
lectui: vel in ſe qđ nō pōt dici de futuris: vel in aliq
ſimilitudine creata: vel increata: Nō creata qꝛ talē
nō pōt creare angelus in itellectu nr̄o: nec increata
C. quia ois talis viſio eſt beata quare ⁊c. ¶ Ex quo pʒ
Opi. ali. φ illi errāt qui dicūt demonē nobis aliquid reuela-
re p hoc φ oppōit ſe aie nr̄e p modū quo opponit
ſpeculū ſpeculo: ex qua oppoſitiōe relucet i aia nr̄a
qđ eſt in mēte āgelica ſicut relucet in puro ſpeculo
imago rei pñtate in altero ſibi oppoſito. Hec enim
oppoſitio nō poteſt intelligi ſm ſitū: cū angelus ſi-
tum nō habeat: neqꝫ ſm ordinē: qꝛ intellectus hūa
nus ſm ſtatum vie nō habet ordinē ad ea que ſūt
Impro. ſepata a materia ſed ex fantaſmatib⁹ in eorū cogni
tionē venit. ¶ Item angelus p ſpeciē nō intelligit
vt dictū fuit ſupra. quare a ſpecie angelica nulla fit
ſpecies in mēte hūana ex oppoſitione āgeli ad ani
D. mā nr̄am. ¶ Ad argumētū inoppoſitū dicēdū φ il
Ad pri-mū prin. lud Eſa. vētura ⁊c. intelligit de futuris que depen
dent ſolū ex diuina volūtate: hoc aūt angeli boni
vel mali predicere nō pñt niſi eis fuerint reuelata.
Ad ar. in oppoſitū ¶ Ad aliū i oppoſitū ſilr̄ rñdēdū eſt φ idē iudiciū
eſt de futuris ⁊ de preteritis que depēdēt ex mera
dei volūtate: quare nec hec: nec illa cognoſcūt nec
predicere pñt āgeli niſi eis reuelet a deo. Etiā idē
eſt iudiciū de preteritis ⁊ de futuris que ſolū depen
dent ex cauſis naturalibus: qꝛ oia nouerūt natura
liter angeli ⁊ reuelare poſſunt: de futuris ea que de
pēdēt ex nr̄o li. ar. ⁊ de his q̄ preterita ſūt nō eſt idē
iudiciū qꝛ pterita ſunt angelo nota per certitudi-
nem: futura vero ſolū p coiecturā: nō pp̄ter l. e. φ
intelligere āgeli depēdeat ex tpe: ſed qꝛ futura de-
pendētia ex noſtro li. ar. nō ſunt: nec vnqꝫ fuerunt
angelo pñtata ſm ſe: nec in ſua cā niſi qñ ſunt a no-
bis volita fieri. ⁊ ideo nō poſſūt ab angel' cognoſci
ſm ſe: nec rōne ſue cauſe niſi quātū āgelus pōt vo-
litionē nr̄am cognoſcere de quo dicet inferius. pre
terita aūt fuerūt qñqꝫ pñtia ⁊ ſic fuerūt ab āgelo co-
gnita: ⁊ adhuc ſūt niſi ponam⁹ in āgelis obliuionē.

## Queſtio. iiij.

## Vtrum materia corporalis obe-diat demonibus ad nutum.

Irca tertium queruntur duo
A. Primū eſt vtrū materia corporalis obe
Qu e. iiij. diat demonibus ſm nutū. Scdm ē vtrū
operent p intellectū ⁊ volūtatē. ¶ Ad
Arg. j. primū ſic pcedit: ⁊ videt φ materia corpalis obe-
diat angelis ad nutū: qꝛ maior eſt virtus angeli q̄
aīe hūalis: Sed cōceptui aīme obedit corpus q̄
ad motū localē vt pʒ. iij. de aia ⁊ etiā quo ad motuʒ
ad formā. imutat em̄ corpus ex apphēſione aīe
ad calorē ⁊ frigus ⁊ qñqꝫ vſqꝫ ad ſanitatē vel egri-
tudinē ergo multo magis debʒ obedire āgelis quo
Arg. ij. ad vtrūqꝫ. ¶ Item quicqd pōt virtus inferior pōt
virtus ſupior: virtus aūt angeli ſupior eſt q̄ virt⁹
nature. ſed virtus nāe pōt tranſmutare materiaʒ
corpalē ad formā ſicut ignis generat ignē. Etiā ſi
tū qꝛ in grauibus ⁊ leuib⁹ generās per ſe mouetur
ad locū vt dicit. viij. phiſico. ergo multo amplius
Inopp. hoc facere pōt virtus angelica. ¶ Sed cōtra Au-
gu. dicit φ angeli operant ſicut agricole reſpectu ſe
getum: Sed illi nō dant formā: ergo nec angeli.
Ad. ij. ¶ Item mouēs ⁊ motū ſunt ſimul vt pbat. vij.
phiſicoꝝ. Sed angelus ⁊ corpus nō poſſunt eſſe ſi
mul: nec ſm ſubiectū qꝛ nō faciūt vnū nūero vt cor
pus ⁊ anima: neqꝫ ſm locū cū angelus i loco nō ſit
F. ⁊c. ¶ Rñſio. Dicēdū q̄ āgeli pñt naturā corporeā
Rñſio. trāſmutare ſm locū: nō aūt ſm formā niſi mediāti
bus agētibus naturalibus. Ratio primi eſt quia ad
modū aliqđ localiter ſufficit pñtia mouētis cū pre
dominio virtutis. Sed angelus pōt pñs eſſe alicui
corpi pñtia quā facit ordo nō ſitus: pdominat etiā
in virtute nature corporee quare pōt ipaʒ localiter
G. mouere. ¶ Rationē aūt ſcdi aliqui ſic aſſignāt: for
Inopp. ma nō fit ſed copoſitū: factum aūt oportet eē ſile
facienti quia omne agēs agit ſibi ſimile: ergo oē
qđ facit res naturales oportet habere ſimilitudinē
cū cōpoſito: vel qꝛ ē compoſitū ſicut ignis generat
ignem: vel qꝛ totū cōpoſitū q̄tū ad materiā et for-
mā eſt in virtute ipſius qđ eſt pprium dei: Sic igit
ois informatio materie: vel eſt a deo imediate vel
Impro. ab aliquo agēte corporeo ⁊ nō ab angelo. Sʒ iſtud
nō videt ſufficiēter dictū qꝛ videt ſufficere φ agēs
quantū ad illud qđ agit aſſimiletur facto q̄tū ad il
lud qđ actionē agētis terminat: principiū em̄ actio
nis ⁊ terminus vident ſibi inuicē reſpondere p ſe:
Cetera aūt p accidēs. hoc aūt eſt ſola forma ex gñe

vtriuſq3 (ſcȝ agẽtis ⁊ facti) ⁊c. Sicut eñi coincidũt
agẽs et finis in idẽ ſm ſpeciẽ inquãtũ forma agen-
tis q̃ pñcipiat actionẽ eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ forma fa-
H. cti que actionẽ finit ⁊ terminat. ¶ Iſto etiã modo
ſufficit ꝙ factũ ꝓexiſtat in virtute facientis. Nam
et corpora celeſtia immediate cauſant in iſtis infe-
rioribus formas aliq̃s: puta lumẽ in aere ⁊ in alijs
corporibus dyaphanis cũ quibus tñ in materia nõ
cõicant: aut q2 materiã nõ habẽt vt poſuit cõmẽta
tor: Aut q2 illa materia eſt alteri⁹ rationis: cõicãt
tñ cum eis in luie mediãte quo agũt quicquid agũt
Non oportet ergo ꝙ mouẽs ad formã ſit cõpoſitũ
aut qđ eſt virtute eius ſit totũ cõpoſitũ quantũ ad
materiã ⁊ formã: ſ3 ſufficit ꝙ ſit forma eiuſdẽ rõnis
cum ea quã inducit: ſicut calor ſi ꝑ ſe ſubſiſteret vir
tute diuina vere calefaceret: vel ꝙ in virtute eius
I. ſit forma quã inducere debet. Oportet ergo inueſti
Alia opi. garé aliam cãm quare angelus non poſſit mouere
Quã te- ad formã: ⁊ ſic dici põt ꝙ inter formas q̃ ſunt actus
nent oo. et ꝑfectio materie eſt quedã que non põt educi de
potentia materie: Sed eſt ꝑ ſolã creationẽ (vt aĩa
rationalis) ⁊ de tali p3 ꝙ nõ pt̃ ꝓduci ꝑ actionẽ cuiuſ
cũq3 angeli: q2 potẽtia creãdi vel nõ põt cõicari ali
cui creature: vl' ſaltẽ nõ ẽ cõicata ſicut dictũ fuit pri
ma di. huius li. Alie aũt forme que educunt̃ de po
tẽtia materie hñt ſufficiẽtia pñcipia ſue eductiõis i
materia corpali: ⁊ ideo fruſtra ponerent̃ alia prin-
cipia eductiua taliũ formarũ. Deus autẽ ⁊ natura
nihil faciũt fruſtra. ꝓpter qđ nulli nature cõicata ẽ
potẽtia educẽdi vel introducẽdi tales formas i ma
teriã niſi in ſolũ agentibus corpalibus in q̃bus ſũt
rationes ſeminales oĩm formarũ ⁊ effectuũ natura
lium: ⁊ q2 angeli pleniſſime nouerũt cauſas ⁊ rõnes
ſeminales oĩm rerũ materialiũ: ⁊ in eis obedit na-
tura corpalis ad motũ idcirco poſſunt coniungere
actiua paſſiuis: ⁊ ea q̃ pñt facere ad celerẽ ꝓductio
nẽ effectuũ: Et iõ ꝑ tale miniſteriũ angeloꝝ fiũt mi
rabiles effectus in naturalibus ⁊ mira celeritate ſi-
cut magi in egypto fecerũt ſerpẽtes ⁊ ranas quas
tñ virtute ſua nõ ꝓducunt: ſed ꝑ cõiunctionẽ acti-
K. uorum ⁊ paſſiuorũ naturaliũ. ¶ Ad primũ arg. di-
Ad. pri. cẽdum ꝙ aĩa ⁊ ſi moueat motu locali corpus: tñ nõ
mouet ad formã niſi mediante motu locali. Ex ti-
more eñi reuocat̃ ſanguis ab exterioribus ad inte-
riora: ꝓpter qđ ꝑ⁹ꝑña exteriora palleſcũt ⁊ frigeſcũt
E cõuerſo eſt in verecũdia q2 mittitur ſanguis ad
exteriora ⁊ ideo rubeſcũt verecũdati: ⁊ ſimiliter eſt de
angelis q2 mediãtibus corporibus naturalibus q̃
obediũt eis ad motũ localẽ pñt cauſare in his infe-
L. rioribus formã aliquã. ¶ Ad ſcđm dicẽdũ ꝙ quic-
Argu. ij. quid põt virtus inferior põt virtus ſuperior in effe-
ctibus cõibus virtuti vtriq3. Sed in effectibus ꝓ-
prijs nõ: homo eñi nõ põt aſinũ gñare aſinus tñ aſi
Ad ra. in num generat. ¶ Argumentũ primũ pro altera pte
oppo. bene cõcludit ꝙ angeli immediate nõ dãt formã ſ3
mediãtibus actionib⁹ rerũ naturaliũ. Ad aliud
dicẽdũ ꝙ angelus ſimul eſt cum corpore quod mo
uet: Sed illam ſimultatem vel pñtentiam non fa
cit ſitus ſed ordo.

## Queſtio. V.

### Vtrum angelus moueat cœlum vel q̃dcũq3 corpus ꝑ intellectũ et vo luntatẽ: an per aliã potentiã.

SEcundo queritur vtrum an- M.
gelus moueat celũ: vel quodcũq3 corp⁹ Queſti.
per itellectũ ⁊ volũtatẽ: vel ꝑ aliquã aliã Argu. i.
potentiã: ⁊ videt̃ ꝙ ꝑ aliã potẽtiã q2 an-
gelus in quacũq3 diſtãtia põt velle ⁊ intelligere ⁊ rẽ
quãcũq3 ſed nõ põt mouere quãcũq3 rẽ neq3 in qua
cũq3 diſtãtia: ḡ ⁊c. ¶ Itẽ mouere eſt actus trãſiẽs Argu. ij.
in alterũ: ſ3 actus intellect⁹ ⁊ volũtatis nõ trãſit in
alterum: Intelligere eñi ⁊ velle ſunt actiones intra
manẽtes ergo ⁊c. ¶ Cõtra oĩs virtus nõ organica In opp.
eſt intellectus: aut volũtas: Sed potentia motiua
in angelo eſt virtus nõ organica: ergo eſt intellect⁹
aut volũtas. ¶ Rñſio. Quidam dicũt ⁊ ſatis ꝓba- N.
biliter ꝙ in angelo preter intellectũ ⁊ voluntatẽ eſt Reſpõſ.
virtus quedã motiua realiter ab eis diſtincta: quia
ſicut aĩa humana mouet corpus ſibi coniunctũ ſic
angelus mouet corpus a ſe diſtinctum. ſ. ſuppoſi-
tum: Sed in anima mouẽte corpus ſibi coniunctũ
eſt alia virtus imperãs motũ (ſcȝ volũtas vel appe
titus ſenſitiuus) et alia exequẽs motũ (ſcȝ virtus
que eſt in neruis ⁊ muſculis. ergo in angelo mouẽ
te corp⁹ ſeparatum ad qđ mouẽdũ videnť plura re
quiri quẽ ad modũ corpus cõiunctum multo fortius
eſt alia virtus exequẽs motũ a volũtate que motũ
imperat. Pro hac opinione videt̃ eſſe articulus q̃
dicit ꝙ angelus nõ mouet ſola volũtate. Summe
etiã confirmat̃ hec opinio per illas duas rõnes ad
hanc ptem adductas. Quicquid ſit de cõcluſione
tñ videt̃ eſſe ad oppoſitũ magis q̃ ad ꝓpoſitum.
Aliter eñi mouet anima corpus ⁊ angelus. Anima In opp.
enim cũ ſit actus ⁊ forma corporis nõ ſic mouet cor Et opi.
pus vt ipa ſit mouẽs ſm ſeipſam ⁊ corpus vt diſtin noua.
ctum ab anima ſit motũ: forma eñi nõ mouet mate
riã ſed informat q2 forma ⁊ agẽs nõ poſſunt coinci
dere in idem ſm numerũ. Ita ꝙ idẽ reſpectu eiuſ
dem ſit forma ⁊ agẽs: vt p3 ij. phiſi. Et ideo aĩa
cum ſit forma vt quicquid erat eſſe reſpectu corporis
nõ põt eſſe cauſa vt vnde principiũ motus ꝓpter
qđ virtus exequẽs motũ in rebus aĩatis nõ põt eẽ
virtus ſolius aĩe: ſed eſt virtus cõiũcti: illa ſcȝ q̃ eſt
i neruis ⁊ muſculis. Mouet̃ eñi aĩal ꝑ hoc ꝙ ps mouet
eẽnalis ptẽ nõ eſſẽtialẽ: puta forma materiã ſicut
anime ⁊ corpus: ſed integralis integralẽ ſicut tibiã
et huiuſmodi: q̃uis virtus mouẽdi actiue magis te
neat ſe ex pte aĩe. Et virtus mouẽdi paſſiue magis
ex parte corporis q2 ſm cõmẽtatorẽ forme eſt agere:
Alterius aũt potẽtie eſt pati. In hominẽ igit̃ põt
virtus imperans motũ eſſe ſolius aĩe puta volun-
tas ſed nõ virt⁹ exequẽs pro eo ꝙ aĩa forma ẽ cor-
poris: Et ideo eius eſt informare corpus nõ mo-
uere. Et ideo alia eſt virt⁹ motũ imperãs: alia exe-
quens. Angelus aũt nõ eſt alicuius corporis act⁹ ⁊
ideo nihil ꝓhibet in eo eſſe eandẽ virtutẽ imperã-
tem motũ ⁊ exequẽtem: ꝓpter qđ e cõtrario conue-
nientius. Ar. ſic. ¶ Sicut ſe hab3 oĩs cognitio nr̃a
ad intellectũ angeli: Sic oĩs vis motiua nr̃a ſe ha- O.
bet ad volũtatẽ angeli. Sed oĩa que nos ſenſu ⁊ in
tellectu cognoſcimus angelus ſolo itellectu cogno
ſcit: ergo a ſimili quicquid nos a volũtate facimus
et omni vi motiua ãgelus per volũtatẽ ꝑficit. Nec
hoc eſt cõtra Ariſto. qui dicit ꝙ angelus nõ ſola vo
luntate mouet: q2 licet angelus nõ habeat aliã po-
tentiã motiuã niſi volũtatẽ: nõ ſubijcit̃ tñ volũtati
ſue quãtũ ad actũ mouẽdi quicqđ ei ſubijcit̃ quãtũ
ad actũ volẽdi: vñ non põt mouere qualſcũq3 res:
nec q̃litercunq3 liberet vel placeret ſed determiato

modo ꝓut natura ſua exigit: vel deus precipit: ſeu permittit: ſicut et de⁹ nõ oĩa vult que ſcit: ꝗ̃uis nõ ſit in eo alia voluntas ⁊ ſciã: ſed vnũ ⁊ idẽ. q: ad plura ſe extendit obiectũ ſcie ꝗ̃ voluntatis. Sic in angelo
A. Ad primũ principale. ꝗ̃uis volũtas ſit idẽ qꝺ ſua potẽtia motiua ad pl'a tamẽ ſe extendit in volẽdo ꝗ̃ in mouendo. Per hec pꝫ reſpõſio ad articulum. ¶ Et ad primũ argumentũ ꝗ̃tũ ad aliquã ei⁹ partẽ. ſ. quõ angel⁹ põt velle aliqd qꝺ nõ põt mouere. Sed ꝗ̃tũ ad aliam partẽ. ſ. de diſtãtia ꝓcedit argumẽtũ ex falſa imaginatiõe: q: angel⁹ ꝑ eſſentiã ſuã: nec eſt loco ꝓpinquus nec remotus: vñ ſi poneret̃ in angelo virtus motiua alia a volũtate ita eſſet abſoluta a loco et a diſtãtia locali ſicut voluntas: adhuc dato ꝙ req̃reret̃ in angelo approximatio locał' ad rem motã nõ põt ꝯcludi qn voluntas ſit virt⁹ motiua: q: tũc diceret̃ ꝙ licet voluntas angeli nõ requirat approximationẽ quo ad actũ volendi requirit tñ q̃ ad actũ mouendi: q: ſm iſtã poſitionẽ hẽret duplicẽ actũ: velle et mouere: ſicut ſi calor ignis eſſet volitiuus et calefactiu⁹ ad volendũ qꝺ nõ req̃reret̃ approxi-
B. Ad ſcõm matio: ſed ſolũ ad calefaciendũ. ¶ Ad ſcõm argumentũ dicendũ ꝙ angel⁹ nõ mouet ꝑ velle ſed vult: et non mouet ꝑ intelligere: ſed intelligit: Mouet autẽ per mouere ꝑ qꝺ nõ vult nec intelligit. Et ſic hi oẽs act⁹ eſſe ab eadẽ virtute ordine quodam.

## Sententia octauæ diſtinctionis in generali et ſpeciali:

C. Sẽtentia in gñali. SOlet etiã in queſtione verſari. Superius determinauit magr̃ de poteſtate angelorũ bonorũ ⁊ malorũ ꝗ̃tũ ad meritũ ⁊ demeritũ. Hic determiãt de potentia eorũdẽ ꝗ̃tũ ad aſſumptionẽ corporũ. Et diuiditur in duas. Primo inq̃rit quõ aſſumãt corpa. Secũdo quõ ſolent aĩab⁹ illabi. Secũda ibi. Illud etiã cõſideratiõe. Prima diuidit̃ in duas. Primo mouet queſtionẽ de mõ aſſumptiõis corporũ ⁊ ſoluit tãgendo circa hanc diuerſas opiniões. Scꝺo gr̃a hui⁹ determiãt de apparitiõe diuina. Secũda ibi nec dubitãdũ eſt: Hec ſcꝺa diuidit̃ in tres. Primo ꝓpõit ꝙ de⁹ apparuit. Scꝺo iq̃rit queꝺ circa modum apparitionis. Tertio dicit ꝙ per has apparitiones nunꝗ̃ diuina eẽntia videbat̃. Scꝺa ibi.
D. In ſpãli. Sed nec deũ. Tertia ceterũ aut valde nimis ꝓfunda. Hec ẽ diuiſio lcõis et ſniãi gñali. ¶ In ſpeciali ſic ꝓcedit: Et querit primo. vtrũ angeli habeãt corpora ſibi naturaliter vnita et rñdet ꝙ quidã opinati ſunt eos hẽre corpa aerea: ſed añ peccatũ fuerũt corpa eorũ ſubtilia. ⁊ ĩpaſſibilia poſt peccatũ vo groſſiora et ab igne paſſibilia. Et ꝓ ĩ parte adducit auctoritatẽ Aug. Alij vero dicunt eos eẽntialiter incorporeos: Et Aug. dixiſſe ꝯtrariũ inquirẽdo nõ determinãdo. Et tñ licet ſint incorporei aſſumũt tñ corpora qñ cooperari debent circa nos et poſt operationem ea deponũt in quib⁹ corporibus hoĩb⁹ apparuerũt et loquuti ſunt: aliqñ ĩ pſona dei ſine diſtinctiõe perſonarũ. Aliqñ in pſona alicui⁹ pſone diuine. Poſtea dicit ꝙ deus incorporali forma apparuit hoĩb⁹ ꝑ quã corpalẽ apparitionẽ aliqñ diſtĩctio perſone repreſentabat̃. Aliqñ vero non. Deinde q̃rit qualiter fiebat iſta apparitio: vtrũ aliqua creatura fuerit formata de nouo a deo in qua deus appareat que opinio primo ponitur inter alias: vel vtrũ angeli ex inferiori materia forment corpora que ſibi coaptãt q̃ſi quãdã veſtẽ vel vtrũ ſua ꝓpria corpa mutant in quales ſpecies volũt ſm datã a deo eis ꝑtãtem: que q̃ſtio vt ait Aug. q̃ eã ꝓponit: ⁊ querit non ſoluit̃: Deinde dicit ꝙ diuina eſſentia a mortalibus nunꝗ̃ potuit videri vt eſt: ſed oẽ viſibile mutabile eſt ipſe autẽ eſt imutabilis et iõ inuiſibil'. Querit vltimo vtrũ angeli: vel demões ſiue ſint corporei ſiue icorporei ſubſtantialit̃ intrent corpora hoĩm et eorũ aĩabus illabant̃ vel ſolũ dicant̃ intrare ꝑ effectum malitie ⁊ rñdet ꝙ ſolus de⁹ illabitur menti ꝑ eſſentiã: demon aũt applicatiõe vel oppreſſione ⁊ ꝓ tanto dr̃ intrare quia ſuggeſtiõe maliciam in nobis accendit: in hoc terminat̃ ſententia ⁊c̃.

## Vtrũ angeli ſint corporei. Que. I

E. Quõ. I. Arg. I. HIcquęrtiur de quattuor primo de angelorũ corporeitate. Secundo de opatione eorũ in aſſumptis corporibus. Tertio de opatiõe eorũ circa noſtra corpora. Et quarto de operatione eorũ circa aĩas nr̃as. Circa primũ videt̃ ꝙ angeli ſint corporei: q: perfectior eſt vita in angelis ꝗ̃ in aĩabus: ſed anima nõ ſolũ viuit: ſed ⁊ corp⁹ viuificat: ergo et angeli corpa corporei viuificant: ſed hoc non eſſet niſi eſſent corporei: ergo ⁊c̃. ¶ Item Aug. de ecc. doc. dicit ãgelos ⁊ omnes ſubſtantias intellectuales naturas corporeas dicimus: et ſic idẽ qꝺ prius.
Secũdo. In op. ¶ Sed contra eſt qꝺ dicit Dionyſi⁹. iiij. de di. no. ꝙ angeli incorporales ⁊ immateriales intelliguntur. Et arguitur per rõnem: quia plus dependet corpus a ſpiritu ꝗ̃ ſpũs a corpore: Eſt aũt dare creaturã pure corporalem non vnitã alicui ſpũi: ergo multo fortius eſt dare ſubſtantiã ſpũalem non vnitam alicui corpori.
F. Rñſio. ¶ Reſpõſio. dicẽdum ꝙ angelum habere corpus: vel eſſe corporeum poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ habeat corpus naturaliter ei vnitũ. Alio modo ꝙ habeat corp⁹ ei voluntarie aſſumptũ. Primõ intelligẽdo q̃ſtionẽ idẽ eſt q̃rere an angelus ſit corpore⁹: ⁊ vtrũ ſit cõpoſitus ex materia ⁊ forma dãte eſſe corporeũ: q: ſpũs nõ vnit̃ corpori naturaliter niſi ſicut forma materie: ⁊ a ctus potẽtie. vnio enĩ ſpiritus ad corpus que eſt per modum motoris ad mobile: vel aſſumẽtis ad aſſumptibile voluntaria eſt: ⁊ nõ naturalis. Si igit̃ angel⁹ habeat corp⁹ ſibi naturaliter vnitũ oꝫ ꝙ noĩe angeli intelligatur: vel ſpũs vnitus corpori vt forma materie: vel cõpoſitũ ex materia et tali forma. primũ nõ põt dici q: ſcõm cõiter loquẽtes ꝑ nomẽ ãgeli ſemꝑ itelligit̃ qd ꝯpletũ in ſpẽ ⁊ nõ ꝑs ſpẽi: reſtat ꝫ ꝙ ſcꝺo mõ intelligat̃. Et tũc q̃ſtio hec ſoluta eſt ꝑ illud qꝺ dictũ eſt ſupra diſt. iij. vbi ꝓbatum eſt ꝙ angel⁹ nõ eſt cõpoſitus ex materia ⁊ forma: Et nihilominꝰ põt addi alia rõ talis. duo corpa nõ pñt eſſe ſimul Sꝫ angelus ſimul eſt cum corpe: ꝫ nõ põt eẽ corporeus.
G. Si vero loquamur de corpore volũtarie aſſumpto Hoc põt eſſe dupliciter: q: vel aſſumit̃ in vnitate ꝑſone ſicut humanitas in chriſto. Et hoc modo nõ poſſunt angeli propria virtute aliquod corpus aſſumere: quia ſic naturaliter ꝯpetit accidenti in alio eſſe ⁊ ei repugnat ꝑ ſe eſſe ſicut ſubſtãtie ꝯplete naturaliter ꝯpetit per ſe eẽ ⁊ ei repugnat in alio eſſe: Sed nulla virtute creata fieri põt ꝙ accidens ꝑ ſe ſubſiſtat: ſed fit hoc ſolum diuina virtute vt in ſacramento altaris: ergo nulla virtute niſi diuina

fieri poteſt q̄ ſubſtātia ꝑpleta in alio ſubſiſtat. Cā
B. autē huiꝰ eſt q2 ꝓpriū modū eſſendi nature vnite
nō poteſt imutare niſi actor nature: cū ſm curſuz in
ſtitutū vnū de neceſſitate ſequat̄ ad alterū. Cū igit̄
corpus aſſumptibile ſit natū per ſe ſubſiſtere pȝ q̄ ā
gelus non pōt ipſuz ſibi vnire in vnitatē pſone. Si
vero aſſumat̄ ſolū vt mobile a motore repreſenta=
to ſic poteſt angelꝰ corpus aſſumere: quia ſicut di=
ctum eſt priꝰ cū natura corporea obediat āgelis ad
nutū pñt angeli determiata actiua cōiūgere ad de
terminata paſſiua. Et ſic formare qualia volūt cor
I. pora. ¶ Cū igitur in his corporibꝰ appareāt alique
ꝓprietates viſibiles ꝓprietatibꝰ inuiſibilibus ange
li cōgruentes tunc dicitur corpus aſſumere: vt qñ
apparet in figura leonis: vel bouis: et hmōi p quo
rum ꝓprietates intelligunt̄ ſpūales virtutes āge=
loꝝ: nec hñt hmōi corpora veritatē nature quā pre
tendūt. vnde ſi angelꝰ moueat vnū lapidē: aut cor
pus veri aīalis vt in energuminis non dr̄ illud aſ=
ſumere q2 ſm Dionyſiū finis viſibiliū formationū
eſt vt ducāt in cognitionē ꝓprietatū ſubſtātie ſpūa
lis: qđ nō fit vbi ſunt ꝓprietates ſm veritatē in cor
reſpondēte corpore: q2 tūc ducūt in cognitionē ꝓ=
prii ſubiecti: ꝛ nō in cognitionē ſubſtantie ſpūalis.
Oportet ergo corpꝰ qđ ab angelo dr̄ aſſumptū mi
niſterio eius eē formatuz et hērē ꝓprietates aliq̄s
ſm apparentiā tm̄ ducentes in cognitionē ꝓprieta
tum ſubſtātie ſpūalis. formant̄ autē talia corpora:
maxime de aere inſpiſſato qui facillime colorari: ꝛ
figurari pōt: ſicut pȝ in nubibꝰ. Et huius ſignū eſt
q2 quidā nitentes corpus aſſumptū a demone ſcīde
re gladio nō valuerūt: q2 partes aeris diuiſi ſtatim
K. cōtinuabāt. ¶ Ad primū argumētū dicendū q̄ vi
Ad pmū uificare effectiue ſimpliciter eſt pfectionis quo mō
pñcipalei aīa nō viuificat: ſed formaliter qui modꝰ ꝯpetit ſo=
lum ſubſtātie que eſt ps nō habens in ſe integram
naturā ſpeciei: vnde ſubſtātia itellectualis ꝛ viuēs
que nō eſt vnita corpori vt forma (qualis eſt ange=
lus) pfectior eſt ꝙ̄ ea q̄ corpꝰ formalit̄ viuificat (vt
aīa) ¶ Ad ſcdm dicēdū q̄ Aug. nō loquit̄ aſſeren=
L. do: ſed recitādo opinionē aliquoꝝ q̄ nō eſtimaue=
Ad ſcdm runt aliquas ſubſtātias eē incorporeas: niſi corpo=
ribꝰ vnitas adeo q̄ deū dicebāt eſſe aīam mūdi. vt
Aug. narrat in. vii. de ci. dei. vel dicendū q̄ loquit̄
comparatiue reſpectu dei reſpectu cuius oīa inci=
dunt in compoſitionem aliquam: et in tm̄ ad cor=
poream naturam accedunt.

## Vtrum angeli in corporibus poſſint exercere opera vitę. Quęſtio. II

M. AD ſecundum ſic proceditur.
Queſt. ii. Et videt̄ q̄ angeli in corpibꝰ aſſūptꝭ poſ
Argu. i. ſint exercere opa vite q2 loqui: comede
re: moueri motu ꝓgreſſiuo: generare ꝛ
hmōi ſunt opa vite: angeli autē in aſſumptis cor=
poribus legūtur fuiſſe. loquuti: ꝛ comediſſe. Gen.
.xviii. Et ſimiliter ambulaſſe (vt angelꝰ Thobie)
ꝛ aliq̄s gñaſſe vt Merlinū ꝓphetā. Et q̄ Gen. vi. di
citur. videntes filij dei filias hominū eſſent quare
ꝛc̄. ¶ Item in opibus angelorum precipue beato=
Arg. ii. rum non debet eſſe aliquid fruſtra: aut fictum: fru
ſtra autem: ꝛ ficte formarentur in corpore aſſum=
pto per angelum oculi: nares: ꝛ alia ſenſuum or=
gana niſi per ea angelus ſentiret: ergo ꝛc.

Contra opa vite ſunt a principio intrinſeco. Sed In oppo.
opera exercita in talibus corporibꝰ ſūt a principio
extrinſeco diſtincto ſm ſuppoſitum (.ſ. ab angelo:) N.
ḡ ꝛc. ¶ Rñſio. hoc huiꝰ dr̄ multipliciter vt hētur pri Reſponſio
mo Elen. vt liber Ariſt. dr̄ aut q2 factus ab Ariſt.
aut quia poſſeſſus ab Ari. Et eodē mō opera vite di
ci poſſunt: aut q2 ſunt effectiue a principio viuente:
aut q2 ſunt in ſubiecto viuente: et inꝗtū ē viuens
primo mō opa exercita p angelos in corporibꝰ aſ=
ſumptis ſunt opera vite: ſed ſcdo mō nō. Primum
pȝ de ſe q2 ex quo talia opera ſunt ab angelo effe=
ctiue. ꝛ angelꝰ eſt ſubſtātia viuēs ſequit̄ q̄ ſint a pri
cipio viuente: Et ſic ſunt opera vite: Sed iſto mō
non vocant̄ opera vite ꝓprie. Alioquin iactus lapi
dis ab hoie diceret̄ opus vite qđ tn̄ non eſt cōſuetū
dicere. ¶ Secūdū pȝ videlicet q2 talia opera nō ſunt O.
opa vite (hoc eſt ſubiecti viuētis) q2 actus ſecūdus
ſupponit actū primū. Sed in corpore aſſumpto ab
angelo nō eſt actꝰ primꝰ vite: q2 ei non vnit̄ vt for=
ma aliq̄ſbā viuēs: ḡ in eo nō ſunt opa aliq̄ vite q̄
ſunt actꝰ ſecūdꝰ: ḡ angelꝰ in corpe aſſūpto nō pōt ex
ercere opera vite: Sed ſolū ea que per motū loca= P.
lē fieri pñt. ¶ Ad primū argumentū dicēdū q̄ an= Ad pri
li ꝓprie non loquunt̄. Sed eſt ibi aliqbid ſimile lo principale.
cutioni inꝗtuz formant ſonos ſimiles vocibꝰ hu=
manis. Et hoc poteſt fieri ſolū per motū localez ex
determinata paſſiōe aeris. ¶ Item nec ꝓprie co=
medunt: q2 cibus ab eis aſſumptꝰ nō ꝯuertebat̄ in
ſubſtātiā comedētis: nec cōuerti poterat: q2 hoc fit
ſolū p virtutē aīe: ſed reſoluebat̄ in preiacētē materi
am: ſicut aque virtute radij ſolaris reſoluunt̄ in va
porē. poſſūt tn̄ cibū ſumere ꝛ traijcere: ꝛ diuidere q2
hec pñt fieri p ſolū motū localē: vnde nō eſt ibi ve
ra comeſtio: ſed aliquid ſimile comeſtōi: ꝛ hoc eſt
qđ dicit angelꝰ Thobie. xij. Cū eſſem vobiſcū vi=
debar quidē manducare ꝛ bibere ꝛc̄. ¶ Similiter
dicendū eſt q̄ motꝰ taliū corporū ꝓceſſiuus non ē
nature nec opus vite cū non ſit a motore cōiuncto
ſed ſeparato ſm ſuppoſitum. De gñatiōe vero ho
minū a demonibꝰ aut non eſt verū (vt quidā aſſe=
runt) aut ſi ſit veꝝ ſm qđ videt̄ velle beatus Aug.
.xv. de ci. dei: oȝ q̄ ſemen prius ſuſcipiāt ab homie
ꝛ deinde tranſfundāt in matricē. Vñ oȝ demonem
prius eſſe ſuccubum ad virum ꝙ̄ incubum ad mu=
lierem: vt ſic ille qui naſcitur non ſit filius demōis
ſed hominis: Et contingit tales eſſe viros poten=
tes: et optime cōplexionis: q2 demones ſciunt ꝓ=
portionem ſeminis viri ad ſemē mulieris: ꝛ cōſtel
lationem adiuuantem: ꝛ fomenta adhibere poſſūt
ad conſeruationez caloris ſeminis quibus concur=
rentibus rōnabile eſt ſic genitos robuſtiſſimos eē
¶ Ad ſecundum dicendum q̄ non eſt fruſtra: nec Q.
fictitium q̄ in hmōi corporibus formentur ſimili= Ad ſcdm
tudines organorum ſenſuum: licet per ea non ſen
tiant. Non eñ ad hoc formata ſunt vt per ea ſenti=
ant: Sed ad hoc vt per hmōi organa virtutes ſpi
rituales āgeloꝝ deſignent̄. Sicut p oculū deſigna
tur virtꝰ cognitiua angeli: Et per alia inſtrumenta
alie virtutes vt Diony. dicit in cap. Cel. Hierar=
chie. Sicut etiam parabolice locutiones non ſunt
falſe ꝙ̄uis nō ſit ſic in re ſicut verba videt̄ ſonare.

## Vtrum dęmon poſſit ſubintrare corpus hominis. Quęſtio. III.

A. AD tertium ſic proceditur.
Que .iii. Arg. i. Videtur φ demon poſſit ſubintrare corp⁹
hoīs: q: ſpūs ſubtilioꝛ eſt quocū[q]ʒ corpe
ſed aliqua corpoꝛa ꝓpter ſuī ſubtilitatē
Argu. ii. ſubintrāt alia: ergo ꝛc. ¶ Itē nō pōt exire niſi qui in=
trauit: ſed demones frequēter ꝯpulſi ſunt exire a
In oppoſitum corpoꝛibus hoīm. Vñ dicitur Lu. iiii. obmuteſce ꝛ
exi ab eo: ergo ſubintrauerat. ¶ In cōtrariū eſt qd̄ di
cit quedā gloſa iterl. ſup illud Abacuch. ii. Domin⁹
aūt in tēplo ſuo. ꝯaſſidere pōt ſimulacris imun=
dus ſpūs: Sed intrinſec⁹ eē nō pōt: ergo multominus
in hūanis corpibus. ¶ Itē arguit per rōem q: q̄cū
φ ſunt ſimul ꝛ indiuiſa ſm locum quicq̄d ſubintrat
vnū et alteꝝ: ſed corp⁹ et anima ſūt vnū ꝛ īdiuiſa
ſm locū: ergo cū demon nō poſſet ſubintrare aīam (vt
B. ꝓbat in littera auctoꝛitate Bede ꝛ Gennadii) vi=
Rñſio. det φ nec corpus poſſit ſubintrare. ¶ Rñſio: In
trare et exire īpoꝛtant motū localē: intrare eīn e id
qd̄ ītra ire: ꝛ exire idē eſt qd̄ extra ire: Ire aūt mo=
tum importat intra vero ꝛ extra ſunt dr̄e loci: ideo
ſm duplicē opinionē q̄ habet de loco ꝛ motu ange
loꝝ dupliciter rñdere ad hanc queſtionē. Qui eīn
dicūt φ angelis ꝯpetit locus diffinitiue: et per ꝯñs
motus rōe ſue eſſentie q: limitata eſt: ꝛ finita neceſ
ſe habēt dīc φ angeli pñt intrare: ꝛ exire quecū[q]ʒ
corpoꝛa circumſcripta quacun[q]ʒ opatione. qd̄ pʒ ſic.
q: ſi angeli nō pñt ſubintrare corp⁹ qdcū[q]ʒ: hoc non
eēt eo φ eis repugnet motus. vl' locus: Sed eēt
ſolū q: repugnaret ſpūi ſimul eſſe cū corpoꝛe. Sed
iſtud nō repugnat q: licet corpus ſecū non cōpatia=
C. tur aliud corp⁹: Corpus tñ ꝛ ſpūs ſimul ſe compa=
tiuntur: id ꝛc. ¶ Si vero teneatur alia opinio φ
angelis nō ꝯuenit locus q̄tuʒ ad eſſentiā eoꝝ: nec
circunſcriptiue: nec diffinitiue (vt dictū fuit in p̄io
libꝛo.) Sic ſunt dicēda duo. vnū eſt in angelis q̄=
tum ad eoꝝ eēntiā nō ꝯtingit intrare: vl' exire cor=
pus. Aliud eſt φ cōuenit eis q̄tum ad opationem
Primū pʒ. q: a quocū[q]ʒ remouet ſupi⁹ ꝛ īferi⁹. Sʒ
intra et extra cū ſint dr̄e diuiſiue loci ſe hñt ad locū
ſicut ad ſuū ſupi⁹: ergo cū angelis nō cōpetat (ſm hāc
opinionē) loc⁹ ꝑ ꝯñs nō competit eis eſſe intra: vl'
extra: ac ꝑ hoc nec intrare: vl' exire: q̄tum ad eoꝝ
D. eſſentiam ¶ Scdm pʒ. φ eīn operatio angeli q̄n[q]ʒ
ſit inter terminos q̄titatis corpoꝛis: q̄n[q]ʒ extra ſa=
tis clarū eſt: q: poteſt angelus ab extra mittere cor
pus alteratiuū noſtri corpoꝛis vl' aliquid intra cor
pus extēs localiter mouere puta ſāguinē vl' aliquē
aliū humoꝛē quo facto angelus eſt intra inter ter=
minos corpoꝛis q̄titatis quo ad ſuā opationem.
E. ¶ Argumētum primū bene ꝓcedit ſm primā opi
Ad primprīcipale. nionē Sed quo ad ſcdam dicendū φ ſubtilitati na
ture angelice cū ſit alterius nature a ſubtilitate cor
poꝛis nō ꝯuenit moueri intra vl' extra niſi q̄tū ad
F. operationem mō quo dictum eſt. ¶ Ad ſcdm dicē
Ad ſcdm dum ſimiliter φ exitus demonū a corpoꝛibus q̄ ad
primā opinionē fuit ſm eoꝝum eſſentiā: Et ſic etiā
G. intrauerant. Sed quo ad ſecundā fuit vtrū[q]ʒ ſolū
Ad arg. in oppo. ſm opationē. Ad argumenta alteri⁹ ptis dicēduʒ
ad primū φ demō dr̄ nō inti⁹ adeſſe ſimlacro ſicut
foꝛma ita φ ex demōe ꝛ ſimlacro fiat vnū ſicut ido
H. lolatre putabāt: nihil tñ ꝓhibet ipʒ it⁹ eē: vel ſm eſ
Ad ſcdm ſentiā vl' ſm opationē. ¶ Ad aliud dicendū φ eo
mō q̄ intrat corp⁹: ītrat et animā: q: vl' ꝑ eēntiā vl'
ꝑ opationē ē īter termīos q̄titatis q̄ ē toti⁹ ꝯiuncti
ex aīa ꝛ corpe lʒ foꝛte magꝭ reſpiciāt vnū q̄ alterū.

Vtrum demon poſſet immuta=
re ſenſus noſtros. Queſtio quarta.

CIrca quartū queruntur duo.
Primum eſt vtrū demones poſſint im= I.
mutare ſenſus nr̄os. Scdm eſt vtrū poſ Ad. iiii.
ſint ſcire cogitatōes et affectiones nr̄as. Arg. i.
¶ Ad primū ſic ꝓceditur ꝛ arguit φ demō nō poſ
ſit imutare ſenſus nr̄os q: ꝑfectioꝛ eſt vis ſenſitiua
q̄ nutritiua. Sed demō (vt videt) nō poteſt imuta Secūdo.
re vim nutritiuā: ergo nec ſenſitiuā. ¶ Itē curſuʒ na=
ture nō poteſt imutare niſi actoꝛ nature Sed cur=
ſus et oꝛdo nature eſt φ ſenſus immutet a ſenſibili
ergo ab alio non pōt imutari. ¶ In cōtrariū eſt q: an= In op.
geli qui venerūt ad ſubuertendū Sodomā ꝑcuſ=
ſerunt ſodomitas cecitate: vl' auriſia Gene. xix.
Et ſimile habet. iiii. Re. v. de Syris quos Eliſe⁹
introduxit Samariā. Reſpōſio. ſenſus pōt imuta R.
ri dupliciter. Vno mō ab ocio in opatione: ſicut cū Rñſio.
aliquis efficitur videns qui pri⁹ nō videbat. Alio
mō immutatur ſenſus de vero iudicio in deceptio
nem: ſicut fit in preſtrigiis. vt cū videt alicui φ gal
lus trahat trabem qui tamē trahit feſtucaʒ: vtro[q]ʒ
aūtē modo demon poteſt immutare ſenſus nr̄os.
Qd̄ eīn primo modo poſſit immutare: Patʒ q: ad
actū ſentiendi non requirit niſi preſentia ſenſibilis
Sed demon poteſt facere φ ſenſibile pñtetur ſen=
ſui. Senſibile dico vl' de nouo foꝛmatū mō quo ſu
pra dictū eſt vel aliunde oblatum: ergo pōt immutare
ſenſum ab ocio i actū. Qd̄ aūt poſſit ſcdo mō imuta
re. pʒ q: qd̄ pōt imutare oꝛganū ſenſus ad idebitā
diſpoſitione: pōt immutare ſenſum a vero iudicio
in deceptionem: Sic eīn videmus φ lingua febꝛi=
citantis īfecta humoꝛe amaro oīa iudicat amara:
Sed demō poteſt qdcun[q]ʒ oꝛganū ſenſus imuta=
re ad indebitā diſpoſitione per actionē alicuius in
naturalis immiſſi puta hūoꝛis circa guſtū: vl' groſ
ſi et terreſtris circa viſū id ꝛc. Cum etiam fantaſia
ſit motus fact⁹ a ſenſu ſm actū ſic etiā virt⁹ oꝛga=
nica ſicut ſenſus pōt imutari a demone modis iiſ=
quibus ꝛ ſenſus. ¶ Ad primum argumentum dicē= L.
dū: φ ſicut demon poteſt immutare vim ſenſitiuā Ad prim
rei: ita et nutritiuaʒ impediendo eius actione to= prīcipale
taliter per aliquid moꝛtiferū immiſſum: vel in de= M.
bilitādo. Ad aliud dicendum φ demō non mu= Ad ſcdm
tat curſum nature immutando ſenſum q̄cū[q]ʒ pre=
dictoꝛum modoꝛum: hoc eīn habet curſus nature:
vt ſenſus fiat in actu ad preſentiā ſenſibilis et iu
dicet de eo ſm conditionem oꝛgani.

Vtrum angeli cognoſcāt cogita
tiōes et affectiōes noſtras.

Queſtio quinta.

N. SEcundo queritur vtrū ange Argu. i.
li cognoſcant cogitationes ꝛ affectiones
noſtras. Et arguit φ ſic. q: viſo corpe vi
dētur foꝛme que ſunt in corpoꝛe ꝛ que cō
tinent ſub obiecto viſ⁹: ergo ſimilit viſo ſeu cognito in
tellectu cognoſcunt act⁹ ſeu foꝛme q̄ ſub eo ſūt et ca=
dūt ſub obiecto potētie cognoſcibilitatiſ: ſʒ āgeli cog=
ſcūt ꝑfecte itellectū nr̄m ꝛ volūtatē ī qb⁹ ſūt nr̄e co=
gitatōes ꝛ affectōes q̄ cadūt ſub obō potētie cogni
tiue āgeli: ergo āgel⁹ cognoſcit cogitationes noſtras
et affectiones. ¶ In contrarium ē q: qd̄ eſt ꝓpriū In op.

ſolius dei nō poteſt alteri cōicari: Sed nōſcere co
O. gitatōes noſtras eſt ꝓpꝛiū ſoli° dei ꝫ illud .iij. Re.
Deciſio q̄ſtis. .viij. Tu ſol° noſti cor filioꝝ hoīꝫ: ꝗ ꝛc. Aliſio. cogi
tatōes et affectōes nr̄e aut ſunt pñtes: aut future:
Si future nō pñt precognoſci ab āgelo ꝑ certitudi
nem: neqꝫ ab ipſomet hoīe: Cuius rō eſt: q2 effe-
ctus futuri qui dependēt a cā impedibili: ꝛ indr̄nte
non pñt precognoſci ꝑ certitudinē niſi ab illo ꝗ cer-
titudinaliter cognoſcit que c ipediēt: vel nō ipediēt
cām: ꝛ que determiabūt eā: vel nō determiabunt.
Tales eñ effect° nō euenient niſi cā eoꝝ ſit deter-
minata ab indr̄na ſua: ꝛ nō impediēda. Sed cogi
tatiōes ꝛ affectōes noſtre future dependēt a noſtro
lib. arb. qḋ eſt de ſe indr̄no: ꝛ ipedibile: ꝗ non pñt
ꝑcognoſci niſi ab illo qui nouit oīa que determina
bunt et° indr̄am reſpectu taliū: et que ipediēt: vel
non ipedient. Sed ille eſt ſol° deus et nō angel°
nec ipſemet homo: ꝗ ꝛc. Maioꝛ iā patet. Sed mi-
noꝛ ꝓbatur: q2 determiatio indr̄ne lib. ar. reſpectu
future cogitatōis ꝛ affectiōis pōt ꝓuenire ex diuer
ſis cauſis. videlicet ex motione diuina ſm illud ꝓ
uer. xxi. Coꝛ regis in manu domini ꝗcūqꝫ voluerit
iclinabit illud. futura aūt motio diuia nulli pōt eſſe
nota niſi ſibi ſoli. ¶ Itē pōt ꝓuenire ex futura diſ
P. poſitione coꝛpoꝛis: ꝛ ex futuris paſſionib°: ꝛ ex fu
turis ſuggeſtionib°: et admonitionib°: Et ex mul
tis caſualit cōtingētib° ex quib° nō poteſt hēri cer
ta cognitio future cogitatōis: vel affectiōis: nec a
nobis ꝗ predicta nō nouim°: nec ab angelis q2 nō
oīa ꝑdicta dependēt ex cāis naturalibus notis an-
gelo nec ſm ſe ſunt ei pñtia cū ſint futura ꝗre videt
ꝙ precognoſcere cogitatōes noſtras ꝛ affectōes fu
turas ſit ꝓpꝛiū ſoli° dei. ¶ Cogitatiōes aūt ꝛ affe-
Q. ctiones que ſunt actualiter i nobis pñt cognoſci du
pliciter. vno mō ꝑ ſuū effectū cognoſcunt certitu-
dinaliter qñ effect° cōcludit cām. Sicut cū hō vel
angelus videt hominē currentē nemie ipellēte ſcit
ꝙ ille vult currere. Qñ aūt effect° nō neceſſario cō
cludit cām Tūc ꝑ effectū ſcit cogitatio: ꝛ affectio ſo
lum ꝑ ꝯiecturā: ſicut ꝑ mutationē vultus ꝑpendit
quoqꝫ affectio interioꝛ: tāto ſubtilius ab āgelo ꝗ̄ ab
hoīe ꝗ̄to ſubtilius ꝑpendit tales mutatōes ¶ Se
R. cūdo aūt mō videlicet ꝓut ſunt cogitatōes in ītelle
Opinio aliquoꝝ. lectu et affectiones in volūtate nō cognoſcunt: (vt
quidā dicūt) niſi a ſolo deo: qḋ ꝓbant ſic. volūtas
rōalis creature ſoli deo ſubiacet: ꝛ ipſe ſolus in eā
operari pōt: Et iō ea que in voluntate ſunt vel ex
volūtate dependēt ſoli deo ſunt nota: māifeſtū eſt
autē ꝙ ex ſola volūtate dependꝫ ꝙ aliquis actu cō
ſideret: Q2 cū aliqs hꝫ hītuꝫ ſcie: vel ſpēs ītelligibi
S. les vtit eis cū vult iō ꝛc. ¶ Iſtud āt hꝫ multas ca-
Impꝛo. lumnias: dato eñ ꝙ voluntas ſoli deo ſubiaceat ꝗ
ad cauſalitatē nō tñ ſeqꝛ ꝙ ſoli deo ſubiaceat quo
ad cognitionē. alioquin nō cognoſcerem° ea que a
ſolo deo creata ſūt vt ſunt Cēli: materia pꝛia ꝛ hmōi
¶ Item dato ꝙ volūtas ſoli deo ſubiaceat quo ad
Item motionē nō tamē ſequitur ꝙ non ſubiaceat aliis ꝗ
ad cognitionē: q2 per eandem rōnem motus celi ꝗ
eſt a voluntate angeli mouētis nō eēt not° nobis.
Item ¶ Item rōne libertatis voluntatis nō poteſt late
re nos motus ipſius: q2 libertas non eſt ab alteri°
Item cognitōe: ſed ab alteri° coactione: Spāliter aūt in
ꝓpoſito noſtro: ſi cogitatōes noſtre laterent āge-
lum q2 dependent a volūtate per eandē rōnē ꝛ opa
tiones tranſeuntes in materiā exterioꝛē que ipe-
rant a voluntate laterent ipſum: Non eñ eſt dr̄a i

bis: et in illis quo ad cognitionē angeli cui ea nota
ſunt ceteris paribus intrinſeca ſicut extrinſeca eo
ꝙ nō accipiat cognitionē a ſenſibilibus. Item ide-
terminatio volūtatꝫ nō poteſt hoc facere: q2 et ſi vo
luntas indetermiata ſit reſpectu futuroꝝ: tamen
reſpectu pñtium que vult ꝛ cogitationuꝫ ad quas
actualiter mouet determinata eſt. Et ideo hec ra-
tio ſufficeret ad pꝛobandum ſolum ꝙ angelus per
certitudinem non cognoſceret cogitatiōes et affe-
ctiones noſtras futuras: Sed non ſufficeret ad ꝓ
bandum ꝙ non cognoſceret cogitationes ꝛ affecti T.
ones preſentes. ¶ Alii dicunt ꝙ cogitationes no Alia opi.
ſtre cognoſcūtur ab angelo non tamen ſequentes
volitiones: et affectiones: q2 cum intellectio ſit ꝗ-
dam accidentale: et magis cognoſcibile ꝗ̄ quod-
cunqꝫ accidens ſenſibile non plus lateret angelos
ꝗ̄ ſenſibilia: vel accidentalia coꝛpoꝛalia. Ratio ſe-
cundi eſt ꝙ deus reſeruat ſibi vniuerſale iudicium
de bonis ꝛ malis: Et q2 volitio bona vel mala eſt
meritoꝛia vel demeritoꝛia: Et ſic pertinet ad iudi-
cium: intellectus vero non niſi materialiter tm̄: iō
ꝛ ſi deus coagat ſm influentiā generalem intelle-
ctionib° vnius angeli vt pateant alteri angelo: nō V.
ſic tamē eſt de volitionibus. ¶ Sed illud videtur Impu.
ſatis leuiter dictum. Quia cū eadem ratio ſit de vo
litionibus vnius angeli ſicut de intellectionib° vt
pateant alteri angelo: ꝙ deus impediat cognitio-
nem vni°: et non alterius: nō eſt ꝓbabile: q2 deus
nihil ſubſtrahit a tota ſpecie qḋ ſit nāe debitū: nec
iudiciū qḋ de° ſibi reſeruauit facit aliquid ad hoc:
q2 deus nō ſolū iudicabit de occultis: ſed et de ma
nifeſtis Nec ſolū de interioꝛib°: ſed de exterioꝛib°
Sicut ergo nihil derogatur iudicio de quo iudica
bitur de manifeſtis ꝛ exterioꝛib° ꝓpter hoc ꝙ ſiāt
nobis nota: Sic nihil ꝑiudicaret iudicio. ei° ſi voli
litiones interioꝛes eſſent: omnibus note: immo
ꝯtrariū vt videt deberet dici: nā doctoꝛes cōīter po
nūt ꝙ oīa dicta: facta: cogitata: bona ꝛ mala pate-
būt oībus in iudicio ad hoc vt dei iudiciū appa-
reat oīb° eē iuſtū. ¶ Alii vero dicūt idē ꝛ latius (licꝫ X.
oculti°) .ſ. ꝙ quilibet āgel° videt cogitationē ꝛ voli Opi. ali.
tionē alteri° nō ſolū quid ſit: ꝛ an ſit: ſed de quo ſit
nō tñ oꝫ de plurib° cogitatis ꝗ̄tū: vl' ſm quē grad
cogitat de quolibet illoꝝ: maxime ꝗ̄tū ad obiecta
ſecūdaria: nec de plib° volitis ſcit ad qḋ magis af-
ficiat: vl' ad qḋ cogitatū ſeu volitū magis attendat
Cuius rō aſſignatur tal' ꝗ̄to ſpecies magis diſtat
a re repñtata tanto min° efficaciter repñtat eā:
nūc eſt ita ꝙ ſpecies exiſtes in mēte angeli cogno-
ſcentis cogitationē alteri° ꝛ mediāte cogitatiōe rē
cogitatā magis diſtat in repreſentando rē cogita-
tam ab alio ꝗ̄ diſtet ſpēs ꝑ quā alius cogitat rem
eandem: ergo ille angelus minus perfecte appre
hendit illam rem quam apprehendit mediante co
gitatōe alteri° ꝗ̄ ille alter apprehendit eam: quia
immediatius fertur in ipſam per ſpeciem ꝓpꝛiā. Impꝛob.
¶ Hec aūt opinio nō ꝓbat pꝛincipalē cōcluſionem
quā ponit videlicet ꝙ vnus angelus videat ſeu co-
gnoſcat cogitationem ꝛ volitionē alteri° qḋ ſit: et
an ſit: ꝛ de quo ſit: niſi ſupponat ꝓbationem quam
ponit precedens opinio videlicet ꝙ intellectio et
volitio angeli ſint qḋ actuabilia: ꝛ iō ab alio āgelo
cognoſcibilia Nec ꝓbant ſecūdam ꝯcluſionē (vide
licet ꝙ vnus angel° videns cogitationē ꝛ affectio
nem alterius nō videt de plībus cogitatis ab alio
āgelo ꝗ̄tū: vl' ſm quē gradum cogitat de quolibꝫ

illoꝝ: nec de pluribus volitis ad qđ eoꝝ magis af
ficiat: vel attendat: Sed ſolū ꝓbat ꝙ vnus ange/
lus nō ita perfecte cognoſcat cogitationē ⁊ affectio
nem alterius: ⁊ mediante cogitatōe et affectōe res
cogitatas: ⁊ volitas ſicut ille alter āgelus de quo
non eſt multū dubitanduꝫ. Uerūtñ ſi concederet
ꝙ vnus angelꝰ videret in intellectu ⁊ voluntate al=
terius cogitationē ⁊ volitionē eius neceſſe eſſet di=
cere ꝙ cognoſceret de cogitatōe de quo eſſet ⁊ vtrū
eſſet affirmatiua an negatiua: an dubitatiua: Et
de volitione vtrū eſſet ſm electionē an fugā maxi
me ſi ponat ꝙ actus intelligendi dñant ſpecie ſm
ſpecificā dñaꝫ obiectoꝝ: q: ſi actus differant ſpecie
ꝑ differētias obiectoꝝ. (Cū angelꝰ cognoſcat de q̄
libet actu an ſit: et quid ſit perfecte) oꝫ ꝙ cognoſcat
obiectū a quo hꝫ ſuum eſſe ſpecificū: Et ſm hoc cū
actus ſimplex differat ſpecie ab actu ꝯpoſito ⁊ diui/
dēte et cōponēs a diuidente: neceſſariū eſt ꝙ ange
lus cognoſcat de actu cogitatiōis cuiuſcūꝗ an ſit
A. ſimpliciter ꝯpoſitus: an diuiſus ⁊ de quo obiecto
Opi. iiij. et de quibus obiectis. ¶ Si autē aliquis teneret
ꝙ omnes intellectiones hōis reſpectu quoꝝcūꝗ
obiectoꝝ eſſent vniꝰ ſpeciei ex eo ꝙ ꝓprius actꝰ ⁊
ꝓpria perfectio alicuiꝰ ſpeciei quēadmodū intelli=
gere humanuꝫ eſt ꝓprius actꝰ ⁊ ſpeciei humane ꝓ
pria ꝑfectio nō videt poſſe plurificari ſm ſpēm: tunc
poſſet aliqualiter ſuſtineri ꝙ angelus nō pōt co=
gnoſcere de cogitationibꝰ noſtris vtrum ſint affir
matiue: an negatiue: nec de volitionibus vtruꝫ
ſint ſm electione an fugā: Cuius rō eſt q: inter du
as formas ſpūales eiuſđ ſpeciei nō videt poſſe eē
aliqua differentia niſi ſm intenſū ⁊ remiſſum: q̄n=
tis eñ in formis corporalibꝰ q̄ntitate extenſis poſ=
ſint inueniri p̄tes alie differētie rōne q̄ntitatis cor=
poree: puta ſm magnū ⁊ paruū figuratū ſic vel ali=
ter tamē in ſpūalibꝰ nulla videt poſſe reperiri niſi
ſm intenſum ⁊ remiſſuꝫ. Nūc eſt ita ꝙ intēſum ⁊ re
miſſum in actibꝰ intelligēdi nō poteſt ſufficere ad
hoc ꝙ vnus actus cognoſcat tanꝗ affirmatiuus et
alius tanꝗ negatiuꝰ: Sed ſolum ꝙ per vnuꝫ actū
apprehendit obiectū intēſius ⁊ ꝑfectius q̄ ꝑ alium
ergo ex parte cogitatōis: vel intellectōis nullo mō
poteſt cognoſcere angelus de cogitatōe alteriꝰ an
ſit affirmatiua an negatiua. Et ſic patet ꝙ cogita=
tionē nrām vel angeli vel nullus angelꝰ cognoſce=
re poteſt q̄ntū ad affirmationē ⁊ negationē: ⁊ per cō
ſequēs nec volitionē q̄ntū ad electionē vel fugaꝫ: q:
quod eſt affirmatio ⁊ negatio in itellectu practico:
B. hoc eſt ꝓſecutio et fuga i volūtate vt hētur. vi. ethi.
Inſtātia. ¶ Sed cōtra hoc obiicit q: ſm philoſophum. ii. de
aīa. actus diſtinguūtur ꝑ obiecta: ergo obiectoꝝ
differentiū ſm ſpeciem ſunt actus intelligendi dif
ferentes ſm ſpeciē: cuius oppoſitū eſt aſſumptuꝫ:
Solutio. Et dicendū ad hoc ꝙ q̄ñ philoſophus dicit ꝙ actus
diſtinguūt per obiecta: intelligēduꝫ eſt de obiectis
q̄ntū ad cōem rōnem obiecti ſm quam adequatur
potentie: vt ſicut color diſtinguit a ſono ſic videre ⁊
audire: et non de diſtinctōe obiectoꝝ quaꝫ hñt ſub
cōi, ⁊ formali rōe obiecti: vt dicat ꝙ ſicut albedo dñt
a nigredie ſpē. ſic dñat viſio albi a viſione nigri ſm
ſpeciē. qđ pꝫ q: ſicut actꝰ diſtinguūt ꝑ obiecta ſic po
tentie ꝑ actꝰ: vtrūꝗ dicit philoſophꝰ in eodē textu
Cōſtat autē ꝙ potētia viſiua q̄ elicit actū videndi
albedinē nō dñt ſpē a potētia viſiua q̄ elicit actū vi=
dēdi nigredinē: Sed ē vna ⁊ eađ: ſed dñt ſoluꝫ ab
aliis potētiis quoꝝ actus feruntur in obiecta dña
ſm adequatā rōnem per quā reſpiciūtur a potētia

quare ⁊c. ¶ Huic aūt opinioi videlicet ꝙ angelus C.
nō poteſt cogñſcere de cogitationibꝰ noſtris an ſint
affirmatiue an negatiue de aliquo: nec de volun/
tatibꝰ noſtris an ſint ſm ꝓſecutionē an fugā: ma
gis concordat cōis doctrina: ⁊ cōis modꝰ loquēdi:
⁊ plures auctoritates ſcripture ſm ſupficiē littere: ⁊
tamē difficile eſt eā efficaciter ꝓbare Modus ei ꝓ
bandi ſtatim poſitus patit calumniā in ſuppoſitōe
illa qua dñ ꝙ oēs actus itelligēdi ſunt vniꝰ ſpeciei:
⁊ in eo qđ dñ ꝙ inter formas ſpūales nō eſt differē
tia niſi ſm intēſū ⁊ remiſſū. ¶ Et primū q̄dēꝫ iſtoꝝ
pōt rōabiliter ſuſtineri: ſed ſcđm nullo mō eſt ve=
rū. Si eñ illud eſſet verū ſequeret ꝙ per oēs intel
lectiones intelligeret eađ ſed per vnā intenſiꝰ et ꝑ
aliā remiſſiꝰ qđ eſt manifeſte falſuꝫ. ¶ Auc ꝗ opi.
nio ſit verior ipſa an eius oppoſita ad p̄ns nō de=
termino. Sed reſpondeo ad rōes vtriuſꝗ partis.
D. ¶ A primā dato ꝙ intelligere noſtrū ſit queđ for/
Ad primū ma intellectꝰ nři cognita ab angelo nō oꝫ tñ ꝙ eius
principale. hītudinē ad obiectum ſm affirmationē: vel nega=
tionē cognoſcat: cum obiectū vtriuſꝗ ſit idē vide=
licet ꝙ termini quoꝝ vnus affirmat de altero: vel
E. negatur: ⁊ intellectōes ſimiles ſi ſint eiuſđ ſpeciei.
Ad arg. ¶ Ad aliud in oppoſitum dicendum ꝙ ſolus deꝰ
in oppo. nouit plene corda oim hominū q̄ntum ad oēs cogi
tationes ⁊ affirmationes: nō ſolū p̄ntes et preteri=
tas: ſed et futuras qđ nulli creature cōuenit: nihil
tamē ꝓhibet angelū noſſe cogitationes ⁊ volitōes
p̄ntes ſm illos qui dicūt ꝙ oēs dñt int ſe ſꝫ ſpeciē.

## Sententia nonæ diſtinctionis in generali et ſpeciali.

F. POſt predictaupereſt cogno
Sētentia ſcere. Superius determinauit magiſter
in gñali. de cōditione ⁊ qualitate angeloꝝ. Hic
vero determinat de eoꝝ diſtinctione q̄n
tum ad ordines et officia. Et diuidit in duas Pri=
mo determinat eorum diſtinctiones q̄ntum ad or=
dines. Secundo q̄ntum ad officia. Secunda in
principio decime diſtinctionis: hic etiā inueſtigan
dum eſt. Prima eſt principalis lectiōis: Et diuidit
in duas. Primo determinat ſuuꝫ intentum. Scđo
incidenter determinat ⁊ tāgit quo mō hoies aſſu=
munt ad ordines āgeloꝝ. Scđa ibi. notandū ve=
ro ē. Prima in tres partes diuidit Primo determi
nat ordinē diſt. Scđo diſtinctionis tempus Ter=
tio diſtinctōis modū Scđa ibi. iā nūc inqrere re=
ſtat. Tertia ibi. ꝑterea ꝯſiderari oꝫ Prima in quat
tuor Prio ponit itētū ſuū i gñali. Scđo ꝓſeqt i ſpāli
tāgēdo āgeloꝝ di. Tertio ꝓpōit noiatōis rōnem.
Quarto ꝓpōit ꝯtra dictū obim: Scđa ibi hic ꝯſide=
rādū eſt Tertia. hec noīa ill'. Quarta ibi. ſꝫ oꝛit q̄=
ſtio. Scđa ps pricipal' in q̄ determiat icidēter q̄ mō
hoies aſſumūt ad ordiēs āgeloꝝ diuidit i duas ꝑ/
tes Prio mouet q̄ſtionē ⁊ ſoluit Scđo icidēter ad=
ducit q̄dā deteriatōeꝫ de nūero hoiꝫ ſaluādoꝝ tā=
G. gēdo diuerſos mōs Scđa ibi nō eſt ſꝫ nūc ꝑ coꝝ
In ſpāli. hec ē diuiſio lc. ⁊ ſnia i gñali. ¶ In ſpāli ſic ꝓcedit.
Prio ꝓpōit nouē eē ordies āgeloꝝ: ⁊ dicit tres ter
narios eē diſtictos ⁊ quēlibꝫ ternariū ꝯſtare tribꝰ or
dibꝰ q̄ꝝ tres ſūt ſuꝑiores. ſ. ſeraphi: cherubi et trōi
Tres ſunt medii ſcꝫ dominatōes: principatus et
ptātes. Tres ꝟo inferiores ſcꝫ virtutes archan=
geliꝰ: et angeli ſm doctrinam Dionyſii. Dein=
de oſtendit quid eſt ordo dicens ꝙ ordo eſt multi
tudo ſpūum celeſtium qui inter ſe in aliquo grati

munere aſſimilant̃ ⁊ in naturaliũ donoꝝ pticipatio
ne cõueniũt. Quod pꝫ per exẽpla: q: Seraphin ꝯue
nerũt in charitatis ardore. Cherubin in ſcientie
plenitudine: Et ſic oẽs qui ſunt vni⁹ ordinis con=
ueniũt in eo qđ illi ordini ꝓpriũ eſt. Poſtea dicit ꝙ
angelis nõ ꝯueniũt noĩa ꝓpter ſe: ſed ꝓpter nos
(.ſ. vt nobis ꝑ hmõi noĩatões innoteſcãt.) Noĩant̃
aũt ſinguli ordines a donis gratiaꝝ q̃ quidã dona
licet ſint oĩbus cõia nõ tñ equaliter oĩbus cõueniũt
ſed aliqui ſublimius ⁊ perfecti⁹ hec dona alijs poſ
ſident: vt ſuperiores ordines iferiorib⁹. Et q̃uis
oĩa dona ſuperiores hẽant ꝑfectius: aꝫ ſupiores
ex principalib⁹ ſortiunt̃ nomia relinquẽtes alia ad
nomiationẽ inferiorib⁹. Unde ſupremus ordo (.ſ.
Seraphin denoiat̃ ab excellẽtiori dono ſcꝫ carita=
tis: Sequẽs vero poſt illũ .ſ. Cherubin denoĩatur
a ſciã que poſt charitatẽ eſt donũ excellẽti⁹ ⁊ ſic de
alijs. Poſtea obijcit ꝯtra hoc qđ dicit ꝙ ſecũd⁹ or=
do .ſ. Cherubin videtur ꝑ hoc eſſe maioris ſcie q̃
Seraphin: Et rñdet ꝙ ideo Seraphin non de=
noiant̃ a ſciã: q: potiori dono pollẽt (.ſ. caritateꝫ). De
inde querit vtrũ a creatõis initio ordines ſic fuerĩt
diſtincti. Et probat primo ꝙ ſic: q: angel⁹ qui cecidit
dr̃ maior fuiſſe ⁊ de pricipatib⁹: ⁊ ptãtibus aliquos
ſecũ traxiſſe: ⁊ factos demones: ſed ꝯtrariũ videt̃
q: ordines denoiant̃ a donis gratuitis que demo=
nes nõ habuerũt. Rñdet ꝙ a creatõe nõ hũerũt di
ſtinctionẽ ordinũ. ſed habuerũt diuerſitatẽ natura=
lium donoꝝ: Et ſm hec receperunt diuerſa dona
gratuita ſm que habuiſſent diſtinctos ordines ſi ꝑ=
ſtitiſſent. Et iõ demones dicunt̃ cecidiſſe de aliquo
ordine: q: ſi ꝑmanſiſſent ad illos ordines ꝑtinuiſ
ſent. Poſtea querit vtrũ oẽs angeli eiuſdẽ ordinis
ſint equales. Et licet quidã dicant ꝙ ſic: magiſter tñ
dicit ꝙ non. q: ſicut in ordine apl'orũ ⁊ martyrũ qui
dã ſunt alijs digniores: ita etiã ẽ in ordie angelo=
rum. Deinde q̃rit cũ hoĩes aſſumant̃ ad ordines ã
geloꝝ cũ nõ ſint niſi nouẽ ordies angeloꝝ quo mõ
dr̃ ordo decim⁹ eſſe de hoĩb⁹? Et rñdet ꝙ hoc ideo
dicitur q: tot hoĩes ſaluabunt̃ quot ſunt angeli bea
ti. Et ideo dicunt̃ ſaluandi tot quot pñt facere vnũ
ordinẽ decimũ. Ultimo dicit ꝙ nũerus ſaluandoꝝ
hoĩm erit iuxta nũerũ angeloꝝ qui remanſerũt Et
hoc ꝓbat per beatũ Greg. dicit tñ ꝙ aliquib⁹ viſuꝫ
eſt quot tot ſaluabunt̃ quot angeli corruerunt.

## Utrũ diffinitio Hierar. data a Dio. ſit bona. Queſtio prima.

I. Circa diſt. iſtã prio queritur.
Quõ. i. quid ſit Hierarchia. Et videt̃ ꝙ diffini=
Arg. i. tio data a Dion. nõ ſit bona: q: pars ĩte
grãlis nõ ꝑdicat̃ de toto: ſed ordo eſt ps
integralis Hierarchie (vt videtur) q: in quacunq;
Hierar. ſunt tres ordines ſm Diony. ergo non bene
Argu. ij. dicitur ꝙ Hierar. ſit ordo. ¶ Item diffinitio non
debet dari ꝑ res diuerſoꝝ gñm. Sed ordo: ſciẽtia
In oppo ⁊ actio que ponunt̃ in diffinitõe hierarchie ſunt di=
ſitum. uerſoꝝ gñm: ergo ⁊c. ¶ In contrariũ eſt beatus Dio
IK. nyſi⁹ qui diffinit hierar. iiij. capi. celeſtis hierarchie
Deciſio q̃ ſic. Hierarchia ẽ diuin⁹ ordo ſciẽtia ⁊ actio ⁊c. ¶ Re
nis. ſponſio. ad videndũ quid ſit hierarchia conſiderã
dum eſt ſupra quid fundet̃. Eſt autẽ notanduꝫ ꝙ
angeli omnes beati licet videant imediate diuinaꝫ
eſſentiam in qua viſione eorum beatitudo cõſiſtit
myſteria tñ gratie: ⁊ ea que circa nos agere debent
vt reducamur in deum non nouerunt niſi quaten⁹
eis reuelantur: et de eis illuminantur: et quia ea q̃
ſunt a deo: ordinata ſunt (vt dr̃ ad Ro. xiij.) ideo il
luminatões angeloꝝ de myſterijs gratie: ⁊ cetera
que per eos circa nos diuinitus ordinata ſunt fie
ri: ordinẽ habent. Nã quidã de his illuminant̃ im=
mediate a deo vt ſupremi. Alij vero mediate: me
dij quidẽ per ſupremos: ⁊ infimi ꝑ medios: hec enĩ
ẽ lex diuinitatꝭ vt dicit Diony. infima per media
ad ſuprema reducere. Et hic ordo recipiendi diui=
nas illuminatões: q: ab vno originaliter procedit ⁊
dependet. ſ. a deo ⁊ ad vnũ tendit finaliter. ſ. vt re=
ducamur in deum: vocat̃ hierarchia hoc eſt ſacer
principatus. A hieros quod eſt ſacrum: et archos
quod eſt princeps: quaſi ſacer principat⁹. Eſt enĩ
principatus multitudo ordinata ſub vno principe
propter finem quem intendit princeps. Et ideo ſa
cer principatus vel hierarchia eſt ordo beatoꝝ ſpi
rituum ſub deo in recipiendo diuinas illumĩatio=
nes ab ipſo vt reducamur in deũ. Patet igit̃ quid
ſit hierar. ⁊ ſuper quid fundet̃. Ex quo patet per cõ
ſequens ꝙ diffinitio data a Dionyſio eſt ſatis com
petens niſi quia expoſitione indiget. Eſt autem
hec diffinitio: Hierarchia eſt diuinus ordo: ſcien=
tia: et actio: dei forme q̃tum poſſibile eſt ſimilãs
et ad indicans diuinit⁹ illuminatões ꝓportionabi
liter in dei ſimilitudinẽ conſcendens: Ac ſi diceret
hierarchia eſt diuinus ordo (.i. ſpirituuꝫ celeſtium
multitudo) gradu poteſtatis diuinit⁹ ordiata ⁊ di=
ſtincta ſciẽtia: et actio dei forme q̃tũ poſſibile ẽ ſimi
lans (.i. per ſcientiã ⁊ actionẽ tendens q̃ñ poſſunt
ad dei ſimilitudinẽ) Sed quia aliqui ſolũ illuminã
tur vt iferiores. Alij vero illumĩantur ⁊ illuminant
vt ſuperiores. Et hi aſſimilantur deo ꝑfecti⁹ q̃ pri
mi ſicut ꝑfecti⁹ aſſimilatur ſoli luna: que lumẽ reci
pit et tranſfundit q̃ aer qui ſolũ recipit: ſꝫ nõ trãſfũ
dit: iõ quo ad primos dicit dei forme q̃tuꝫ poſſibi
bile eſt ſimilãs: ſed q̃tũ ad alios ſubdit et ad indi=
cans ⁊c. ¶ ꝙ aũt hec diffinitio ſic expoſita ſit cõpe= L.
tens pꝫ: ꝯtinet enĩ q̃cquid ꝑtinet ad rõem principa
tus. In principatu enĩ eſt vnus finis quẽ princeps
ĩtendit ad quem ꝯſequenduꝫ requirit̃ diuerſitas
officioꝝ: ⁊ ſcientia dirigẽs in executõe: ⁊ act⁹ ꝓdu=
cens que oĩa tangũtur ĩ diffinitõe hierarchie q̃ ſa=
cer principat⁹ dr̃ ptãs ſeu diuerſitas officioꝝ cũ dr̃
diuinus ordo ſciã dirigẽs: ⁊ actio producens cum
ſubdit̃ ſciã: actio: finis itẽr⁹ q̃ dr̃ dei forme ⁊c. vnde
Hugo exponẽs hãc diffinitionẽ dicit hierarchia ẽ
ordo diuin⁹ (.i. ptãs a deo ordinata) ſciã qua q̃dꝫ
faciendũ ſic intelligant: ⁊ actio q̃ qđ ĩtellexerĩt agẽ
dum perficiant in ordine officium: ĩ ſciã diſtinctio:
in actione miniſteriũ ſignificatur: ſine ordĩe actio
eſt preſumptio: ſine actione negligentia eſt ordo: M
ſine ſcientia vero: et actio eſt reprehẽſibilis: ⁊ ordo
inutilis. patet igitur quid ſit Hierarchia: et ſuper
quid fundetur. ¶ Ex quo concluditur ꝙ angeli
et homines (et loquor de viatoribus) neceſſario in=
cidunt in diuerſas Hierarchias: q: cuꝫ hierarchia
fundetur ſuper receptione illuminationũ diuinarũ
illa non ꝑtinet ad eandẽ hierarchiã que non poſſũt
eodem modo diuinas illuminationes recipere: ſi
cut ille ciuitates nõ ſpectant ad eãdẽ principatuꝫ q̃
nõ ſubſunt eodẽ mõ: ⁊ ſm eaſdẽ leges: ⁊ ꝯſuetudi=
nes gubernationũ pricipis. Sed ãgeli et hoĩes nõ
poſſunt eodẽ mõ recipe diuinas illuĩatiões: ergo ⁊c.

Maior pʒ: et minor pbaẗ. Nā angeli recipiūt diui- nas illuminatiões in intelligibili puritate: homies vo ſub ſimilitudib⁹ rez̄ ſēſibiliū (vt pʒ i ſacramētis eccleſie ⁊ figuris ſcripture) Unde Diony. i. capi. ec. Hierar. dicit ꝙ impoſſibile eſt nobis ſuplucere di- uinū radiū niſi varietate ſacroꝝ velaminū circun-

A. Ad pmū pricipale. udatū: igiẗ ⁊c. ¶ Ad primū argumentū dicēdū ꝙ ordo qñq̄ dicit ꝯitudinē diuerſaꝝ pſonaꝝ in eodē officio: ⁊ ſic eſt pars Hierar. nec predicatur de ipa. Alij vero dicunt ꝯitudinē diuerſoꝝ officioꝝ ad in- uicē et ſic eſt idē qđ ordiatio: Et eſt ſuperi⁹ ad Hie-

B. Ad ſcđʒ. rar. Et pdicaẗ de ipſa ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ illđ qđ non eſt vnū p ſe: ſed ſolū rōe ordinis pōt notificari p res diuerſoꝝ gñm. talis ē Hierar. ideo ⁊c.

## Vtrū hoies aſſumātur ad ordines angelorum. Queſtio. II.

C. Queſt. i. Argui. i. SEcundo queritur Vtrum ho mines aſſumanẗ ad ordies angeloꝝ: vi deẗ ꝙ nō: q: quicūq̄ diñt in Hierarchia

Secūdo. diñt in ordine: Sed hoies ⁊ angeli diñt in Hierarchia (vt pri⁹ pbatū eſt:) ergo ⁊c. ¶ Item plus diſtat natura hoim a naẗa angeloꝝ q̄ꝫ natura vnius angeli a natura alteri⁹. Sed angelus infe- rioris ordinis nunq̄ aſſumiẗ ad ordinē ſupioris :

In op. g ⁊c. ¶ In cōtrariū eſt qđ dicit Greg. ⁊ hētur i. lra. ¶ Itē Mat. xxii. promittiẗ hoibus ꝙ erūt ſicut ſan

D. Rñſio. cti angeli dei in celis. ¶ Rñſio. hoies aſſumi ad or dines angeloꝝ pōt intelligi dupliciter. Uno mō q̄ꝫ tum ad equalitatē officij: Alio mō q̄ꝫtū ad equali- tatē premij. Primo mō nunq̄ aſſumunẗ hoies ad ordines angelorum quia actus et officia ordinum ſunt purgare: illuiare: perficere: cuſtodire: ⁊ nunci- are: hoc aūt nō couenieẗ ſanctis poſt reſurrectionē nec modo ꝯuenit aiabus beatoꝝ ſm cōem legem: licet aliqui ex diuia diſpenſatōe qñq̄ reuelauerit: ⁊ nunciauerit aliqua viuētibus: ſed priuilegia pau- coꝝ nō faciūt legē cōem: iđ ⁊c. Cauſa aūt huius eſt forte q: act⁹ ⁊ officia ordinū angeloꝝ circa nos cō-

E. petunt eis ſm gradū nature ſimul ⁊ gr̄e quā hñt, in ter nos et d cū: vt declarabiẗ infra diſt. xi. Si vero intelligaẗ de equalitate premij dicēdū ꝙ nō oēs ho mines beati aſſumunẗ ad equalitatē talē (puta pu eri baptiſati morietes añq̄ hēant vſuʒ li. Arb.) Cu ius rō eſt q: pl⁹ pōt gr̄a cū actu meritorio q̄ꝫ gr̄a ſo la: Sed pueris decedētibus poſt baptiſmuʒ ante vſuʒ li. ar. dabiẗ gloria ppter ſolā gr̄am quā in ba- ptiſmo receperūt: Angelis aūt reddiẗ gl̄ia p gr̄a cū actu meritorio: q: ſuā beatitudinē meruerunt vt dictū fuit prius: g amplior gl̄ia eſt in quolibet āge- loꝝ q̄ꝫ in pueris baptiſatis decedentib⁹ añq̄ merue- rint aliqđ per actū ppriū. ¶ Itē ſm magiſtrū ſen- tentiaꝝ: ⁊ alios doctores angel' data eſt gr̄a ſm p

F. portōem ſuoꝝ naturaliū: Credibile etiā eſt ꝙ pue ris in baptiſmo ſm cōem legē deẗ gratia ſm ppor- tionē naturaliū q: ex parte coꝝ nō eſt aliqua diffe- rētia: ſed eſt equalis capacitas naẗe: Cū igiẗ naẗa angelica excedat hūanā. videẗ ꝙ gr̄a data angelis in ſua creatōe excedat gr̄am que cōiter daẗ pueris in baptiſmo: ppter qđ hñdo reſpectū ad ſolā gr̄am adhuc videẗ ꝙ pueri morietes nō pertigāt ad equa lē gloriā cū mimo angelo: Nec iſtud ē ꝯtra dictum beati Greg. q: ipſe non dicit ꝙ hoies aſcēdēt ad ali quē de ordinib⁹ āgeloꝝ: ſed ꝙ ad angeloꝝ ordies ſingulos aliq de hoib⁹ aſſumunẗ: quod eſt verum de illis qui pprijs meritis talē gradū ſibi acquiſiue rūt iuxta qđ eſt intelligen dū ꝙ null⁹ hō per vnicū actū meritoriū pōt ſibi acqrere talē gradū qualem quilibet angel⁹ obtinuit p vnicum meritoriū: quia ſuppoſita equali gr̄a q̄ꝫtitas meriti attenditur ſm q̄ꝫtitatē intentōis act⁹ voluntatis p maiorē bonita tem ⁊ deteſtatōem mali: Sed iſta itentio fuit ma ior in angelo in quo fuit ſm totū conatū ſue nature vt dictum fuit primo libro diſt. xvii.) q̄ꝫ poſſit eſſe in hoie qui eſt inferioris nature: ⁊ in quo appetit⁹ ſenſitiu⁹ retrahit a bono appetitū rōnalem: ergo vt videẗ homo p vnicū actū nō pōt mereri tātum q̄ꝫtū meruiẗ angel⁹: Nec p ꝯñs hʒ eundē gradū premij ſicut angel⁹: ppter qđ oʒ ꝙ hoies pueniētes ad equalitatē pmij cū angelis mereanẗ hoc p plures actus: ex quoꝝ multiplicatōe augetur in eis gr̄a: ⁊ meritū amplioris gl̄ie: Et in tm̄ poſſunt multipli- cari in hoibus act⁹ meritorij ꝙ poſſint nō ſolū attinge re equale premiū cum angelis: ſed ſupexcedere ſi- cut tenet eccleſia de beata virgine. De chriſto autē nō eſt dubiū qn ſit beatior oī angelo: ⁊ fuit ab iſtā- ti ſue conceptionis qui nō accepit ſpūm ad menſu- ram: exponendo vt alibi expoſitū eſt. ¶ Ad primū

G. Ad primū pricipale. argumentū pʒ ſolutio: pcedit eñ de equalitate of- ficiorū ſm quā act⁹ Hierar. attendunẗ: ⁊ ſm que an

H. Ad ſcđm. geli in ordinib⁹ Hierar. collocanẗ. ¶ Ad ſcđm di- cēdū ꝙ āgel⁹ iferioris ordinis nūq̄ eleuaẗ ad ſupi orē ordinē: nec q̄ꝫtū ad officiū: nec q̄ꝫtū ad pmiū. Q: gd⁹ officioꝝ ſunt i beatis pporiōabiliter ad g dus naturarū que nō mutanẗ: ⁊ gradus premiorū ſm gradū pcedētiū meritorū qui in angelis nō au- genẗ nec ex parte gr̄e que eſt radix merendi: nec ex multiplicatione actuū: ſecus autē eſt de merito ho mis vt dictum eſt.

## Sententia huius diſtinctionis. X. in generali & ſpeciali.

I. Sētentia in gñali. HOc etiā inueſtigandum eſt. Superius determiauit magr̄ diſtinctio nē angeloꝝ q̄ꝫtū ad ordies. Hic vero de terminat de eis q̄ꝫtū ad officia digniora q̄ ſunt aſſiſtere: ⁊ miniſtrare: Scđo q̄ꝫtū ad officia iſe riora ſicut eſt cuſtodire. Secūda incipit in princi- cipio. ii. diſt. illud quoq̄ ſciendū eſt. Prima diuidi tur in tres. Primo mouet queſtionē ſuaʒ et tangit circa eā vnā opinionē. Scđo tangit aliā. Tertio tertiā. Scđa ibi quib⁹ obijciẗ. Tertia ibi. alij vero dicūt. Scđa iſtaꝝ diuidiẗ i tres. Prio tāgit opinio- nē. Scđo mouet ꝯtra eā obiectionē ⁊ ſoluit. Ter- tio docʒ ſm eā rñdere ad ꝯtrariā. Secunda ibi. hic

K. In ſpāli. oriẗ q̄ſtio. Tertia ibi. q̄ ăt oēs āgelos. Hec eſt ſnīa lr̄e. i gñali. In ſpāli vo ſic pcedit: et ppōit prio q̄re do vtrū oēs āgeli ad exteriora nūciāda mittantur. Et dicūt quiđ ꝙ nō oēs mittūtur: q: ſuperiores ſp deo aſſiſtunt. Et hoc cōfirmaẗ auctoritatib⁹. Poſt ea ponit ſcđam opinionem dicētium omnes ange los mitti: q: ſeraphin miſſ⁹ legiẗ ad Eſa. Et ipe fili⁹ dei ad nos miſſus eſt. Et hāc opinionē confirmat auctoritate apl̄i. Poſtea obijcit contra hoc. Si eñ oēs mittunẗ: g debent dici angeli. Et reſpondet ꝙ angeli proprie dicūtur q̄ ex officio ⁊ ſepius mittun- tur. Alij vero rarius mittuntur qui cū mittunẗ āge loꝝ nomē ſuſcipiūt ſʒ illud q̄ facis āgelos tuos ⁊c.

Ad hoc inaduenter ad hui⁹ cõfirmationẽ determi nat de noĩbus quorundã ſpũum. Et dicit q̃ ſ͂z iſtos michael: gabriel: raphael: de ſupiori ordine ſũt vſi ſũt noĩa ſpũuz quoꝝ noĩm interpretationẽ tãgit. Alij tñ dicũt q̃ noĩa ſunt ꝓpria officioꝝ: vnde q2 raphael interpretat̃ medicina dei quilibet qui ad medendũ mittit̃ põt dici raphael: ⁊ ſimiliter in alijs. Subdit etiã hui⁹ ſimile in demonib⁹ in quib⁹ quedam noĩa ſunt nõ vni tñ: ſed plurib⁹ cõuenientia vt nomẽ diabol⁹: nomẽ Belial: quoꝝ noĩm interpretationẽ tangit in littera. Poſtea ſ͂m iſtã opinionẽ ſoluit auctoritates ↄ̃traria ꝫ dicẽs q̃ ſupiores dicũt aſſiſtere: q2 raro mittũt̃. et tñ licet mittũt̃ propt̃ hoc recedũt: ſed eius contem ab ipa diuĩa cẽtianon platioñi ſemꝑ aſſiſtũt: qđ etiã faciũt qui ſepe mittuntur. Et poſtea tãgit aliã opinionẽ dicentiũ tres ordines ſupremos ſemꝑ aſſiſtere ⁊ nunq̃ꝫ mitti ad exteriora. Inferiores tantũ mitti: medios vero ordines dicũt: et aſſiſtere: ⁊ mitti ꝓut tamẽ mitti accipitur inq̃ꝫtũ ſupiores medios illuminãt: ⁊ medij inferiores illuminãt ſic: q2 ſuperiores medijs nũciãt. ⁊ medij infimis. iõ ſuperiores dicunt̃ angeli. De illo ãt qui fuit miſſ⁹ ad Eſa. dicit q̃ iſte nõ fuit ꝓprie Seraphin: ſed quia ad incẽdiũ peccati Eſaie veniebat: Seraphin nomen accepit. Et in hoc ter. ⁊c.

## Queſtio. I.

### Vtrum omnes angeli mittãtur.

oportebit dicere q̄ in natura ſit aliqua potẽtia acti
ua que poſſit trãſmutare materiã aeris ad formã
celi ⁊ ita celũ eſſet p naturã generabile qđ eſt falſũ.
Scđo q2 materia eſt ſuſceptiua forme ſm illud qđ E.
ipſa eſt eſſentialiter ⁊ nõ ſolũ ſm illud qđ eſt ꝟtuali
ter: Cum igit forma celi nõ ſit omnis forma eſſen
tialiter: p3 q̄ materia exiſtẽs ſub ipa vere eſt priua
ta omni alia forma cui9 ipa erat ſuſceptiua eſſẽtia-
lit. Et ita nõ eſt verũ q̄ materia ſit abſq3 priuatio
ne: et cõfirmat q2 forma nõ excludit a materia quã
pficit niſi priuationẽ cui formalit opponit ⁊ nõ illã
cui opponit virtualit: a materia aũt in quã agit ex
cludit priuationẽ cui virtualr opponit ⁊ nõ illã cui
opponit formalr: ꝟbigrã ignis p ſuam formã põt
aliũ ignẽ gñare i materia aeris: et ita forma ignis
generãtis eſt virtualiter forma ignis geniti ⁊ ſicut
ipſa eſt vna eſſentialiter ⁊ alia virtualit: ſic ei oppo
nunt due priuationes vna formaliter ⁊ alia virtua
liter. Primã priuationẽ excludit p illud q̄ ipſa eſt ĩ
a materia in qua eſt. Sed ſcđm nõ excludit niſi p
hoc q̄ agit. virtus em̃ ſemp recipit actionẽ: eſt aut
in materia ppria: agit vero in alienã quare ⁊c. for-
ma igitur celi no excludit a materia celi niſi priua-
tionem que ſibi formaliter opponit: et nõ priuatio
nes aliarũ formarũ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ que ei
ſolũ opponunt virtualiter: igit ſi ſit eadẽ materia
corporũ celeſtiũ ⁊ inferiorũ neceſſe eſt q̄ in oĩb9 ma
teria ſit ſubiecta priuatiõi. P3 etiã q̄ oportet talẽ F.
materiã ſubiectã eſſe cõtrarietati: q2 oportet diſpo
ſitiones ſequẽtes formã in materia ꝯgruere vtriq3
q2 ſicut materia eſt pp̃ter formã: ſic diſpoſitiões ſe
quẽtes vtrũq3 ſunt finaliter pp̃ter exiſtẽtiã forme
in materia: cũ igit materie cõis ad plures formas
ſit eſſe in potẽtia ad oẽs eas ⁊ p eãdem rõnẽ natu
ra cuiuſlibet forme exiſtẽtis i tali materia: ſic q̄ i ip
ſa vel ei ſilis ſm ſpecie3 poſſit fieri in alia materia
eiuſdẽ rõnis qđ nõ poteſt eſſe niſi p realẽ trãſmuta
tionẽ: Relinquit q̄ diſpoſitiones ſequẽtes talẽ for
mã in tali materia ſicut diſpoſitiones ſm quas ha
bet fieri trãſmutatio: hec aũt ſunt cõtrarie qualita-
tes vt p3 ex ſcđo de gñatione: ergo materia vnius
rationis nunq̄3 eſt cõis pluribus formis quin ſub
qualibet ſit ſubiecta cõtrarietati. Tertia opinio eſt G.
q̄ in celo nõ eſt materia: ⁊ p ꝯñs nec eadẽ: nec alia Opi. iij.
cũ materia rerũ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ. Idẽ em̃ ⁊
diuerſum ſupponũt ens. Ad intelligẽdu3 aũt hãc
opinionẽ aduertẽdum eſt q̄ materia põt accipi du
pliciter vno modo vt eſt pars ei faciens cum forma
vnũ cõpoſitũ: et ſic intẽdũt iſti negare materiã eſſe
in celo dicẽtes celũ eẽ corpus ſimplex nõ ſolũ ſim-
plicitate oppoſita mixtioni p quẽ modum elemẽta
dicunt corpora ſimplicia: ſed ſimplicitate oppoſita
compoſitioni q̄ eſt ex ptibus diuerſarũ naturarum
puta ex materia ⁊ forma: qua ſimplicitate nullũ cor
pus gñabile ⁊ corruptibile põt eẽ ſimplex. Alio mo
do põt accipi materia vt eſt ſubiectũ actu ens ſicut

dicimus o[m]ia accid[e]ntia h[abe]re materiā in q[ua] ſunt: q[ui]a ſupponūt ſubiectū actu ens (etiā ſimplex) ſicut ponitur de anima reſpectu potētiarū ſuarū nō organicarū vel etiā ſm aliquos de eſſentia angeli reſpectu aliquorū ſibi accidētiū. ⁊ iſto modo materia eſt i celo imo verius loquēdo celū eſt materia ſue quātitatis diaphaneitatis luminoſitatis ⁊ mot[us]: Fundaf autē hec opinio ſup tali imaginatiōe res q̄ ꝓcedūt a deo incidūt in cōpoſitionē maiorē vel minorē ſm earum maiorē vel minorē diſtantiam ad cauſam primā: angeli eīm vt ꝓpinquiores cāe p[rim]e nō incidūt in aliquā cōpoſitionē intrinſecā ſue eſſētie: neq[ue] eīm h[abe]t pluralitatē ptiū eiuſdem rōnis: vt ſunt p[ar]tes quātitatis i totis homogeneis: nec diuerſarū vt ſunt materia ⁊ forma: incidūt tñ in quādam cōpoſitionē extrinſecā que eſt huius ad hoc: Cōponunf eīm cū ſuis accidētalib[us] ſm eos q̄ ponūt aliq̄ accidere āgelis q̄ cū eis faciūt ꝯpoſitionē: ſed ipa eſſentia āgeli itrinſece nō eſt ꝯpoſita. Corpalia ꝟo q̄ mag[is] diſtāt a deo p[re]ter cōpoſitionē extrinſecā incidūt i ꝯpoſitionē intrinſecā. Sʒ differūt q[ui]a corpa incorruptibilia ſicut pfectiora icidūt ſolū i ꝯpoſitionem intrinſecā que eſt ex ptibus eiuſdē rōnis: ſunt eīm quāta ⁊ q̄libet ps ē eiuſdē rōnis cū toto (vt vult Ariſto. ij. celi) gn̄abilia eīm ⁊ corruptibilia tanq̄ ſumme diſtātia incidūt in oēs has compoſitiones: ⁊ p[re]ter hoc in illā que eſt ex ptib[us] diuerſarū naturaꝝ q̄ ꝓprie dicunf ptes eſſētie ſicut ſūt materia ⁊ forma. Sed aūt opinio q[ui]s poſſit ſtatim cōcludi ex precedētib[us]: q[ui]a ſi in celo nō eſt materia alterius rōnis a materia gn̄abiliū (vt efficacif oſtenſum eſt contra primā opinionē eiuſdē rōnis: vt ſup[er] oſtēſum eſt cōtra ſcdam) relinquif q[uod] in celo nō ſit aliqua materia que ſit altera ps cōpoſiti: cū idē ⁊ diuerſum ſufficiēter euacuēt ens (vt dictū eſt). Uerū adhuc pōt cōfirmari rōne ſic. ſm cōmētatorē tráſmutatio fecit ſcire materiā: opatio vero formā: ⁊ merito q[ui]a ſicut opatio eſt entis in actu ſic motus ⁊ tráſmutatio ſūt entis in potētia inquātū h[uius]mōi. potētia aūt reſpicit materiā ſicut actus formā. Ex hoc eīm ſic Ar. oīe illud q[uod] h[abe]t materiā q̄ ē in potētia ad eē pōt tráſmutari de nō eſſe ad eſſe: ⁊ de eſſe ad nō eſſe: ſed oīe q[uod] h[abe]t materiā ptem ꝯpoſiti h[abe]t materiā que ē in potentia ad eſſe: ergo oīe quod h[abe]t materiā ptē compoſiti eſt tráſmutabile a nō eſſe ad eſſe ⁊ ab eſſe ad nō eſſe ⁊ ſic eſt gn̄abi[le] ⁊ corruptibile. Maior p[ate]ʒ primo quātum ad primū mēbrū. ſ. q[uod] omne q[uod] h[abe]t materiā que eſt in potētia ad eſſe pōt tráſmutari a nō eſſe ad eſſe. hoc eīm p[ate]ʒ ſtatim ex diffinitiōe motus ⁊ tráſmutatiōis ſcʒ q[uod] ſit actus entis in potētia: et ex diffinitione potētie paſſiue quā ponit Ar. v. Meta phiſi. ſcʒ q[uod] eſt principiū tráſmutādi ab altero tranſmutādi quidē ad illud ad q[uod] eſt in potētia: ⁊ p rōnem: q[ui]a ens in pura potētia ad eſſe de ſe nō h[abe]t actu eſſe: et ideo quātū eſt de ſe pōt carere quolibet eſſe actuali loquēdo diuiſim. Pari aūt rōne p[ate]ʒ q[uod] pōt tráſmutari ab eſſe ad non eſſe q[ui]a motus ⁊ mutatio ſunt a cōtrarijs ad ꝯtraria ⁊ ab eſſe ad nō eſſe ⁊ ecōuerſo quod cōfirmaf p dictū Ariſto. ix. Metaphi. q̄ dicit q[uod] eadem eſt potētia cōtrariorum. Et ſic patet maior ſcʒ q[uod] oīe q[uod] hab[et] materiā que eſt pura potentia ad eſſe: pōt tráſmutari a nō eſſe ad eſſe ⁊ ecōuerſo. Minor pbaf. ſ. q[uod] oīe q[uod] h[abe]t materiā que ē altera ps cōpoſiti h[abe]t materiā que eſt pura potentia ad eſſe: q[ui]a nihil vnū p ſe cōſtituif a duobus entibus in actu vel entibus in potētia: ſed oportet alterū eſſe ſolā potētiā alteꝝ vero actū: ꝓpter q[uod] materia que eſt altera ps cōpoſiti ſimpl[iciter] nominat purā potētiā ad eſſe: ⁊ ſic p[ate]ʒ minor: ſequitur ergo cōcluſio principalis q[uod] oīe q[uod] h[abe]t materiā que eſt altera ps cōpoſiti ſit tráſmutabile de nō eē ad eſſe: ⁊ ecōuerſo. Et ita gn̄abile ⁊ corruptibile q[uod] nō pōt dici de celo. ideo ⁊c. Sed diceret aliq̄s tráſmutabile quidē ē eſt celum a nō eē in eē ⁊ ecōuerſo: ſʒ hoc ſolū diuina ꝟtute nō aūt actiōe nature. Et ita nō eſt gn̄abile ⁊ corruptibile p naturā. Nō valet hoc q[ui]a cū potētia paſſiua dicatur relatiue ad actiuā vt p[ate]ʒ ex eius diffinitione manifeſtū eſt q[uod] naturali potētie materie oportet correſpondere potētiā actiuā naturalē: ⁊ nō ſolum potētiā diuinā. Potētia eīm paſſiua materie que ē ſolū in relatione ad potētiā diuinā nō eſt natural[is]: ſed obediētialis ⁊ ideo cū in omni materia q̄ eſt altera ps cōpoſiti ſit potētia paſſiua natural[is] ad tráſmutatione naturalē (vt pbatū eſt) p[ate]ʒ q[uod] oīe quod h[abe]t materiā ptē ſui eſt tráſmutabile de nō eſſe ad eē et ecōuerſo: nō ſolū diuina virtute ſʒ p agēs naturale: q[uod] nō pōt dici de celo. nō ergo h[abe]t materiā ptē ſui. Sed ad hoc dicūt quidā q[uod] potētia ꝓprie et per ſe nō eſt ad non eſſe ſed ad eſſe: quia potentia per ſe eſt ad actum. Nō eſſe vero nō dicit actū ſed priuationē actus. et ideo potētia nullo modo ē ad nō eſſe niſi p accidens: quatenus eſt ad plura q̄ ſūt ſibi inuicē in cōpoſſibilia ꝓpter q[uod] materia non eſt in potētia cōtradictionis ad eſſe ⁊ ad nō eſſe niſi q[ui]a prio eſt i potētia ad cōtrarias formas vel incōpoſſibiles. Si igitur ponaf aliqua materia que ſit ad vnū eſſe tm̄ ſicut dicūt illi de prima opinione q[uod] materia celi nō eſt in potentia ad aliquā formā: p[ate]ʒ q[uod] h[abe]ns talē formā nō eſt tráſmutabile de eſſe ad non eſſe: q[ui]a oportʒ q[uod] iſta materia cū nō ſit ſuſceptiua alterius forme eīno exiſteret ſine forma. Per eandem rōnē talis materia nō eſt tráſmutabilis ad eē niſi poneref q[uod] prius ordine tpis talis materia eēt ſine omni forma: et deinde transmutaref ad hanc formā: q[uod] eſt impoſſibile. Sed nec iſtud valet q[ui]a licet potētia p ſe ſit ad eſſe ſeu ad actū: tñ potētia pura nō determinat ſibi aliquē actū: ſed quātū eſt de ſe indifferēs eſt ad omnē actū qui eſt actus ſimpliciter. q[ui]s eīm illud quod eſt eſſentialiter quidam actus poſſit determinare ſibi quoſdam alios actus ad quos eſt in potentia (ſicut forma ignis determinat ſibi calorem) tamen illud quod eſt pura potētia ſimpliciter nullū actū pōt ſibi determinare q[ui]a oīs determinatio eſt p actū. ꝓpter q[uod] materia q̄ eſt altera ps cōpoſiti ſubſtātialis cū ſit pura potentia ſimplicit[er] nō pōt ſibi determinare aliquā formā ſed eſt capax oīs forme ſubſtātialis. Et cū nō poſſit oēs h[abe]re ſimul: tráſmutabilis eſt de eſſe ad nō eē et de nō eſſe ad eſſe: q[uod] nō pōt dici niſi de materia gn̄abilium ⁊ corruptibiliū ꝓpter q[uod] in ſolis gn̄abilibus ⁊ corruptibilibus videf eſſe materia que ē altera ps cōpoſiti ſubſtātialis. Illius aūt opinionis eſt Ariſto. viij. Metaphi. ⁊ commētator exponēs ibidem ⁊ in tractatu de ſubſtātia orbis. ⁊ ix. Metaphi. vult Ariſto. q[uod] in ſempiternis nō eſt corruptio neq[ue] malū q[ui]a nō eſt ibi potētia paſſiua que eſt ſemper cōtradictionis vt ipe dicit ibi: vbi aūt eſt materia ps cōpoſiti ibi ē potētia paſſiua vt dictū eſt q̄re ⁊c. Sunt aūt aliqua que huic opinioni obuiare videnf. Primo q[ui]a celū vel eſt materia tm̄ vel forma tm̄: vel cōpoſitū. Nō pōt dici q[uod] ſit materia tm̄: q[ui]a non eſſet ens actu. Nec forma tm̄ q[ui]a forma p ſe ſubſiſtēs actu

Margin notes: H. — A. Roborat p[re]dic. opi. — K. Euaſio aliquoꝝ. — L. Impu. — M. — N. Cōtra opi. obiec.

eſt intellectus. Relinquitur ergo q̄ ſit cõpoſitũ ex
materia ꝛ forma. Scdm eſt q꞉ ĩ omni eo qđ mouet̃
neceſſe eſt imaginari materiã vt dicit̃ .ij. metaphi.
Celũ mouet̃ igit̃ ꝛc. Tertium eſt q꞉ ſicut dicit̃ .ij. de
gñatione capl'o de augmẽto. materia nõ eſt linea:
A. neq꜃ punctus: ſed eſt cui⁹ iſta ſunt termini. ¶ Cũ
Ad prin. igit̃ in celo ſunt linee: puncta: ꝛ hmõi. pȝ q̄ in celo ꝛ
in omni quãto eſt matia. Primũ iſtorũ nõ cogit q꞉
diuiſio ſubſtãtie p materiã formã: ꝛ cõpoſitũ (ſi ma
teria ꝛ forma ꝓprie accipiant̃ vt ſunt ptes ↄpoſiti)
nõ ſe extẽdit ad oẽs ſubſtãtias. Angelus eñ nec ẽ
materia: neq꜃ forma vt ſunt ptes cõpoſiti: nec com
poſitũ ex eis. Et ſilr dicã de celo: diuiſio eñ illa ſe
extẽdit ad gñabilia ꝛ corruptibilia in qb⁹ materia ẽ
ſubiectũ trãſmutationis ꝛ forma termin⁹. Cõpoſi
tũ vero qđ dr̃ gñari inquãtũ ſubiectũ ſit ſub termĩo
ſcȝ materia ſub forma. Si ṽo accipiat̃ forma large
pro omni eo qđ hȝ ſilitudinẽ cũ forma: ſic angelus
cũ ſit ſpũalis creatura hñs aliquã ſimilitudinẽ cum
aia q̄ etiã ſpũs eſt: põt dici large forma: ꝛ eodẽ mõ
celũ cũ ſit corpus ſubiectũ quãtitati: ꝛ diaphaneita
ti ꝛ motui põt dici materia. Nã ſubiectũ ad genus
cauſe materialis reducit̃ ꝛ talẽ materiã ſcȝ ſubiectũ
actu ens dicit phũs .viij. metaphi. eſſe in celo vt ap
paret ibidẽ intuẽti. Dicit eñ celũ eſſe materiã mo=
tus localis. ↄſeq̃nter equiparãs materiã celi ma=
terie accidentiũ que nõ hñt materiã ex qua: ſȝ ĩ qua
ſcȝ ſubiectũ: cõcludẽs finaliter q̄ quecũq꜃ ſine trãſ=
mutari (ſupple p ſe q꞉ loquit̃ de accidentibus) ſunt
aut nõ ſunt nõ ẽ eoꝝ materia (ſupple ex q̄) q꞉ prius
dixit q̄ hñt materiã in qua ſcȝ ſubiectũ q꞉ p ſe exiſte
re nõ pñt: ꝛ ideo trãſmutant̃ p accidẽs trãſmutato
ſubiecto in quo ſunt. Si qua igit̃ ſunt q̄ ſunt intrãſ=
mutabilia p ſe ꝛ p accidẽs vt corpa celeſtia ipa ñ ha
bent materiã in qua nec ex qua. Sed ipa ſunt ſolũ
B. materia in qua ẽ motus. ¶ Ad ſcdm dicẽdũ q̄ illđ
Ad .ij. dictũ qđ Ariſtoteles ponit in .ij. metaphi. exponit̃
per illud qđ phũs dicit ĩ fine eiuſdẽ ſcdi ſic cois eñ
natura forſan materiã hȝ ex quo haberi non põt q̄
in oibus naturalib⁹ ſit materia q̄ eſt ps cõpoſiti. im
mo ꝓpter hoc dicit forſan q꞉ aliqua excludere intẽ
dit qđ facit .viij. eiuſdẽ vtens eodẽ modo loquẽdi:
nec mot⁹ localis arguit niſi ſubiectũ q̄tũ q꞉ ſoli quã
titati ſepate a materia diuina virtute cõpetit ſm ſe
C. moueri: vt pȝ in ſacramẽto altaris. ¶ Ad tertiũ di
Ad .iij. cẽdũ q̄ ex illo dicto Ariſto. nõ põt cõcludi q̄ vbicũ
q꜃ ſunt linee ꝛ puncta ſit materia vt ẽ ps altera com
poſiti: q꞉ puncta ꝛ linee nõ ſunt p ſe termini matie:
ſed quãtitatis. quãtitas aũt põt eẽ ſine materia que
eſt ps ↄpoſiti: q̄ nec talẽ materiã pficit niſi rõne for
me: corpus eñ in gñe ſubſtãtie ſubiectũ eſt corpis
qđ eſt quãtitas. Corpus aũt qđ eſt ſubſtantia ma=
gis hȝ q̄ ſit corpus a forma q̄ a materia. forma ei
dat eſſe corporeũ in gñe ſubſtãtie: ꝛ ideo ſi ſit aliqđ
ens actu: corpus quidẽ ꝛ nõ ſpũs: nihil ꝓhibet illđ
eſſe quãtũ q̄uis nõ habeat materiã ptẽ ſui: celum
D. eſt tale ideo ꝛc. ¶ Per hoc pȝ ad argumẽta. duo eñ
Ad rões principa. prima bene probãt q̄ in celo nõ eſt materia alteri⁹
rationis a materia gñabiliũ loquendo de materia
que eſt altera ps cõpoſiti qđ vtiq꜃ verũ eſt: neq꜃ tñ
ſequit̃ q̄ ſit eadẽ q꞉ talis materia oĩno negat̃ eẽ in
celo. per qđ etiã pȝ rñſio ad argumẽta ĩoppoſitũ.

## Queſtio. II.

Vtrũ deus potuerit producere ma=
teriam primam abſq꜃ omni forma
vel productam conſeruare.

SEcundo queritur vtrum de⁹ E.
potuerit ꝓducere materiã primã abſq꜃ oĩ Queſt .ij.
forma: vl' ꝓductã cõſuare. Et videt̃ q̄ Argu .j.
ſic. Minus depẽdet (vt videt̃) materia a
forma q̄ accidẽs a ſubiecto: ſed deus põt facere ac
cidẽs ſine ſubiecto vt ĩ ſacro altaris: g̊ ꝛc. Scdo. que
quid de⁹ facit mediãtib⁹ cauſis ſcdis totũ põt face Arg .ij.
re ſine eis: ſed de⁹ cõſeruat materiã in eẽ mediãte
forma tanq̄ cã ſcda: quare ꝛc. ¶ In cõtrariũ eſt q꞉ F.
ſicut ſe hȝ eẽ accidẽtale ad formã accidẽtalẽ ita eſſe In opp.
ſubſtãtiale ad formã ſubſtãtialẽ: ſȝ nullo mõ põ fieri
q̄ aliqđ hẽat eẽ accidẽtale ſine forma accidẽtali ſi=
cut q̄ aliqđ ſit albũ ſine albedine: g̊ fieri non põt q̄
aliqđ hẽat eẽ ſubſtãtiale ſine forma ſubſtãtiali: fie=
ret aũt ſic illud ſi materia exiſteret ſine forã igit̃ ꝛc.
¶ Rñſio. hic ſunt due opiniões. Prima q̄ de⁹ põt G.
facere ꝛ ↄſeruare materiã ſine forma. Cui⁹ duplex Rñſio.
aſſignat̃ rõ. Prima talis ẽ oẽ prius ꝟtute diuina Ratio .j.
põt abſolui a ſuo poſteriori: Materia aũt ſm ſe eſt
aliqđ pri⁹ ordine nature q̄ forma: cũ ois forma q̄
eſt ĩ materia nõ tã creata ſit q̄ genita: q꞉ nõ de ni=
hilo ſȝ de cõcreata materia facta ẽ (vt videt̃ dicere
Aug. xij. lib. ↄfeſſionũ ca. xxxiij.) q̄re ꝟtute diuina
matia pȝ ꝓduci ꝛ ꝓducta cõſuari ſine forma. Se= Ratio .ij.
cũda rõ talis eſt ſicut ſe hȝ cã ad cãm ſm opari: ſic
effectus ad effectũ ſm eẽ eo q̄ eſſe effect⁹ terminat
opationẽ cãe: ſȝ materia prima ẽ effect⁹ cãe prime:
forma aũt actualis q̄cũq꜃ inferior excepta aĩa rõna
li ẽ effect⁹ cãe ſcde: g̊ ſicut ſe hȝ cã pria ad cauſas ſe
cũdas ſm opari: ſic ſe hȝ materia prima ſm eẽ ad
quãlibet formã actualẽ: ſȝ cã prima ĩ opando nõ de
pẽdet neceſſario a cauſis ſcdis: g̊ nec materia q̄tũ
ad exiſtere depẽdet neceſſario a formis: põt g̊ fieri H.
et eẽ ſine quacũq꜃ forma. His aũt nõ obſtãtib⁹ di= Opi .ij.
cendũ eſt aliter q̄ ipoſſibile eſt materiã exiſtere ſi=
ne omni forma ſubſtãtiali ꝛ accidẽtali. Itẽ nec vi=
det̃ poſſibile ipaȝ exiſtere ſub forã accidẽtali abſq꜃
omni forma ſubſtãtiali. Primũ appet dupl'r. Prio
accipiẽdo naturã materie q̄ eſt ps cõpoſiti: de qua
nũc loqĩmur. Eſt aũt ei⁹ nãa vt breuiter dicat̃ q̄ ſit
pura potẽtia ad eẽ. vñ cõmẽtator dicit q̄ ipa ſuſten
tat̃ p poſſe: ꝛ hoc ẽ neceſſariũ: nã aliter ex ipa ꝛ forã
nõ fieret p ſe vnũ vt deductũ eſt ĩ precedẽte q̄ſtiõe
ex hoc ſic: matia ſm ſe ẽ pura potẽtia: act⁹ aũt ma=
terie ẽ forma: g̊ ſi materia eẽt actu ſine oĩ forma
ſeq̃ret̃ q̄ eẽt actu ſine oĩ actu qđ iplicat ↄtradictio
nẽ. Si aũt materia eẽt p ſe actu eẽt: g̊ ꝛc. Scdo ap=
paret idẽ ſic: eẽ exiſtẽtie vel ẽ idẽ qđ eſſẽtia rei: vl'
aliđ: ſi ſit idẽ ſic debem⁹ vnũ alti applicare q̄ actua
lis exiſtẽtia ſit idẽ qđ eſſẽtia q̄ ẽ act⁹ ꝛ forã: potẽtia
lis ṽo exiſtẽtia ſi ſit idẽ cũ eſſẽtia q̄ eſt potẽtia ſine
materia: cõpleta ṽo exiſtẽtia ſi ſit idẽ cũ cõpleta ex
iſtẽtia q̄ eſt cõpoſitũ. tũc arguit̃ ſic. Materia nõ põt
actu exiſtere ſine actuali exiſtẽtia: q꞉ oppoſitũ ipli=
cat ↄtradictionẽ: ſȝ forma ẽ eſſentialr̃ actual' exiſtẽ
tia ſm qđ dictũ ẽ q̄re ꝛc. Si ṽo eẽ exiſtẽtie ſit aliud
ab eſſẽtia: ſequitur idẽ. Qꝛ eẽ exiſtẽtie vl' ẽ ſubſtãtia
vel accidẽs: ſi ſit ſubſtãtia cũ nõ ſit materia neq꜃ cõ
poſitũ: erit forma. Et ſic idẽ qđ pri⁹. ſi ṽo ſit accñs
adhuc idẽ ſeq̃t̃. q꞉ oẽ accñs abſolutũ forã q̄dã ẽ ꝛ ſic
ſp iplicat ↄtradictionẽ dicẽ q̄ matia poſſit eẽ ſine oĩ
forã ſubãli ꝛ acciñali cũ ſaltẽ matia ñ poſſit eẽ ſine eẽ

quod eſt forma ſubſtãtialis aliqua vel accidẽtalis

K. ¶ Qđ aũt nõ poſſit eẽ ſub forma accidentali abſq; omni forma ſubſtãtiali pʒ dupliciter. Primo q2 nõ videt̃ poſſibile φ aliq̃d poſſit actu exiſtere ⁊ carere actu ſui gñis: q2 exiſtere in actu non eſt niſi eſſentie in actu: vnũquodq; aũt eſt illud qđ eſt eſſentialiter actu p actũ ſui gñis. Et ideo non videt̃ poſſibile φ aliq̃d actu ſit ſine actu ſui gñis: ſʒ act⁹ materie ſm̃ genus ſuũ eſt ſubſtãtial' forma: cũ materia ſpectet ad ſuũ genus ſubſtãtie vt principium ſicut ⁊ forma ſubſtãtialis: ergo materia nullo mõ põt exiſtere ſi

L. ne forma ſubſtãtiali ¶ Scđo pʒ idẽ ſic. ex materia et forma que primo ei aduenit ſemp fit vnũ p ſe: ſʒ ex materia ⁊ forma accidẽtali nõ põt fieri vnũ p ſe: ergo forma accidẽtalis nõ põt primo materie aduenire: ſed neceſſario ſupponit aduenisſe formam ſubſtãtialẽ. Maior pʒ q2 vbi nõ eſt niſi vnus actus ibi nõ eſt niſi ſimpliciter vnũ: ppter hoc em̃ ſubſtãtia ⁊ accidẽs nõ ſunt vnũ p ſe ⁊ ſimpliciter: q2 ſunt ibi plures actus: ſed in compoſito ex materia ⁊ forma prima q̃ ei aduenit nõ eſt niſi vnus actus: quia materia ſm̃ ſe eſt pura potẽtia: ergo ⁊c. Minor probatur. ſ. φ ex materia ⁊ forma accidẽtali non poſſit fieri vnũ p ſe: tum q2 ſunt diuerſorũ generũ ⁊ talia non cõſtituũt vnũ p ſe. Tum q2 ſi ex materia ⁊ forma accidẽtali poſſit fieri vnũ p eſſentiã qđ eſt vnũ ſimplr̃ ⁊ p ſe: iam illa forma nõ eſſet accidental': q2 accidẽs nunq̃ dat primã entitatẽ rei. Ex hoc em̃ dicit̃ accidẽs: φ accedit ad rem iam in eſſe cõſtitutã. Et iterũ nullũ compoſitũ ens p accidẽs eſt vnũ niſi p accidẽs q2 ab eodem res habet eſſe ⁊ vnũ eẽ: ſed compoſitũ ex materia ⁊ ſola forma accidentali non haberet eſſe niſi p accidẽs (ſcʒ p ipſam formam accidẽtalem) ergo nõ eſſet vnũ niſi p accidens ⁊ nõ per ſe ſiue p eſſentiã: ⁊ hec fuit minor: ſequit̃ ergo concluſio pñcipalis: ſcʒ φ forma accidẽtalis nõ poteſt primo aduenire materie: ſed neceſſario ſupponit materia formã ſubſtantialẽ. Nullo igit̃ mõ põt materia actu exiſtere ſine aliqua forma ſubſtãtiali

M. Adrões pũe opio. ¶ Rationes cõtrarie opinionis non cogũt: qđ em̃ dicitur φ virtute diuina oĩe prius poteſt eẽ ſine poſteriori, verũ eſt in his quorũ vtrũq; eſt actus vl' habẽs actũ: eſſe aũt p ſe ſemp includit actũ: ſi vero vnũ ſit potentia ⁊ reliquũ actus nõ eſt verum: q2 ex hoc φ ponit̃ potẽtia ſine actu ponit̃ aliq̃d eẽ actu ſine actu qđ iplicat cõtradictionẽ: ſic aũt eſt cõpoſita materia ſine forma: ideo ⁊c.

N. Ad .ij. ¶ Quod aũt ſcđo dicitur φ cauſa prima in operãdo nõ depẽdet a cauſis ſecũdis: verũ eſt: ſed nihil phibet vnam operationẽ diuinã ab alia eius opatiõe depẽdere: ⁊ vnũ operatũ ab alio. Et ideo nõ eſt neceſſariũ φ in productione materie vel in cõſeruatiõe ei⁹ φ cauſe ſecunde operent̃ producẽdo formas ſub quibus materia ſit: q2 deus põt eas pducere: ſʒ neceſſariũ eſt φ vl' de⁹ eas pducat ſicut pduxit formas primas ſub quibus ⁊ cũ quibus materiam pduxit: vel φ ex eius ordinatione cauſe ſecũde eas pducãt: ⁊ hoc totũ eſt ppter neceſſariã depẽdentiã materie a forma actuali exiſtẽtia.

O. Ad primũ prin. ¶ Ad argumẽta principalia dicendũ Ad primũ φ plus depẽdet materia a forma ſm̃ actualẽ exiſtentiã q̃ accidẽs a ſubiecto: q2 materia eſt pura potẽtia: accidens vero actus. Et ideo plus repugnat materie p ſe exiſtere q̃ accidẽti.

P. Ad .ij. ¶ Ad ſcđm dicẽdũ φ de⁹ quicquid facit mediãtibus cauſis ſecũdis efficiẽtib⁹ põt facere ſine eis: ſed nõ eſt verũ de medijs cauſis formalibus: non tñ põt facere albũ ſine albedine: et idẽ eſt itelligẽdum de materialib⁹ q2 nõ põt facere aĩal ſine corpe Et cã eſt q2 materia ⁊ forma ſũt itrinſeca reb⁹: ⁊ idõ ab ipſis excludi nõ pñt. Agẽs aũt ſemp ẽ extrinſecũ ppt φ ɋtute diuina põt a cauſante rei abſq; iplicatione ɋtradictõis excludi: forma aũt ſe hʒ ad actualẽ exiſtẽtiã materie ſicut cã formalis ⁊ nõ ſicut efficiens: ideo ⁊c. Et ſi dicat̃ φ forma nõ eſt cã formal' materie ſʒ ei⁹ forma tñ: cõpoſiti aũt eſt cã formalis (vt dicit Auicẽ. vij. metaphi. ſue): Tũc argumẽtũ de cauſis medijs nõ eſt ad ppoſitũ ſeu cõtra nos: Q. vel dicẽdũ φ forma nõ eſt cã formalis materie abſolute. Eſt tñ cã formal' materie actu exiſtẽtis q̃ includit illđ qđ exiſtit ⁊ q̃ exiſtit: et hoc ẽ neceſſario cõpoſitũ cui⁹ cã formalis eſt ipſa forma: ſicut albedo nõ eſt cã formalis corpis: ſed eſt forma tñ corpis albi qđ includit totũ aggregatũ ex corpe ⁊ albedine cuius eſt cauſa formalis.

## Sententia huius diſtinctionis . xiiij in generali et ſpeciali.

Prima aũt diſtinctionis operatio. Superius determinauit magiſter de creationis primordio i gñali. Hic p ſequit̃ de creaturis i ſpeciali: diuidit̃ in duas. Primo determinat de opibus ptinẽtib⁹ ad terũ diſtin. Secundo de ptinẽtibus ad ipſarũ ornamẽtũ. Scđa icipit ibi. i principio. xv. diſti. dicit etiã deus pducãt aque reptile. Prima in tres. Primo determinat de opatione prime diei. Scđo de opatione ſcđe diei. Tertio de opatiõe tertie. Secũda incipit in principio. xiiij. diſtin. dixit quoq; de⁹ fiat firmamentũ. Tertio circa mediũ diſtincti. ibi ſeq̃tur dixit deus cõgregent̃ aque: Prima ẽ principalis lectiõis. Et diuidit̃ in duas. Primo determiat de opatiõe prime diei quãtũ ad rẽ pductã. Scđo quãtũ ad pductionis cõditionẽ. Scđa ibi. primo inueſtigãdũ eſt. Prima diuidit̃ in ſex. Primo determinat lucis pductionẽ. Scđo inquirit rei pducte cõditionẽ in ſe. Tertio cõditionẽ eiuſdẽ quãtũ ad locũ. Quarto cõditionẽ eiuſdẽ quantũ ad effectum qui eſt facere diẽ. Quinto de ordine ptiũ ad inuicẽ. Sexto inq̃rit cõditionẽ lucis quãtũ ad ſufficiẽtiã ⁊ durationẽ. Scđa ibi. ſi queratur qualis lux fuerit: Tertia ibi. ſi aũt q̃rit̃ vbi facta ẽ lux. Quarta ibi. hoc notãdũ φ dies. Quinta ibi. et hic eſt natal' ordo. Sexta ibi. ſolet aũt queri quare fact⁹ eſt ſol. Scđa aũt ps principalis in q̃ inq̃rit pductiõis modum vel cõditionẽ diuidit̃ in duas. Primo mouet vnã queſtionẽ ⁊ ſoluit: Scđo mouet aliã ⁊ ſoluit: ⁊ cũ hoc quandã erroneã ſolutionẽ excludit. Scđa ibi. hic q̃ri ſolet q̃uo ⁊ hec ẽ diuiſio lr̃e ⁊ ſn̄ia i gñali.

¶ In ſpeciali ſic pcedit: ⁊ pponit primo φ prĩa rõ diſtictiõis fuit lux q̃ cetera hʒ manifeſtare. Poſtea querit vtrũ illa lux fuerit corpal' an ſpũal': et rñdet φ vtroq; mõ poſſit eẽ: ſi ei ſpũalis fuerit ſignificat formationẽ nat̃e angelice p gr̃am q̃ prius pducta fuit i formis ſm̃ opinionẽ magr̃i. Si ɋo fuerit corporal': lucidũ corpus itelligit̃ fuiſſe qđ nõ de nihilo ſʒ de piacẽte materia formatũ fuit añq̃ vlla dies fuerit. P⁹ea q̃rit vbi fctã fuit illa lux: ⁊ rñdet φ vbi ſol mõ poſit⁹ eſt: q2 lux locũ ⁊ vicẽ ſolis tenẽs motu ſuo diẽ faciebat: ⁊ noctẽ: nec ab aquis tũc ipediebat̃ ppter ipſaꝝ aq̃rũ raritatẽ ſicut p immiſſionẽ olei aq̃ qđdãmõ illuſtrat̃. qđ faciũt hoĩes q̃ñ ad maris

R. Quedã Sñia generali

S. Sñia ſpeciali

profundū merguntur. Poſtea dicit q dies pōt diuer
ſimode accipi: vno modo pro ipa luce illuminā-
te. Alio mō pro ipa illuminatione. ¶ Tertio mō p
ſpacio. xxiiij. horarū. Et ſubdit q primus dies ha-
buit veſpere: ſed nō mane q2 nō habuit lucē obſcu-
ram: ſed a clara luce incepit. Alij aūt dies habue-
runt veſperam ⁊ mane quorum quilibet a ſuo ma-
ne incipiēs vſq ad alteri9 mane tendebat. Poſtea
dicit q naturali ordie debēt dies cōputari a mane i ma
ne. Sed ppter myſticā quandā ſignificationem a
veſpera cōputatur in veſperā. Poſtea querit ſi lux il
la ſufficiebat ad illuminationē quare factus eſt ſol.
Et reſpondet q illa lux ſuperiores tm̄ ptes illumi
nabat: ⁊ ideo oportebat ad illuminationē ſuperio-
rum ⁊ inferiorū fieri ſolem: vel ſi oīa illuminabat
nō tn̄ clare: vt modo ſol: et ideo neceſſarius eſt ſol
qui formatus eſt de illa luce ⁊ inſepabiliter hȝ eā
ſibi cōiunctā. Poſtea querit qualr̄ deus dixit ⁊ re-
ſpondet q ab eterno in verbo diſponēdo: nō tamē
tēpali ſono vocis loquēdo. Vltimo querit quō
pater dicit operari p filiū: ⁊ in filio. dixerūt aūt qui-
dam heretici q hoc ideo eſt q2 filius eſt inſtrumen
tum patris in operādo: qd̄ quidē erroneū eē dicit
magiſter. Quia cū dicit operari in aliqua pſona ſi-
gnificat inſimul opatio pſonarū: ⁊ auctoritas vni9
pſone reſpectu alterius. Et ppter hoc non dicit fi
lius operari per patrē ſicut pater per filiū. Subdit
etiam aliam rationem q pater dicit operari p filiū
quia eum genuit operatorē. Et in hoc terminat ⁊c.

## Queſtio. I.

## Vtrum lumen ſit corpus?

A. Queſt. i. Argu. i. Circa diſtinctionem. xiij. que-
ritur primo vtrū lumē ſit corpus. Et vi-
detur q ſic quia quecūq cōiungunt ⁊ ſe
parant manētia eadē numero ſunt cor-
pora ⁊ nō corporū accidētia. Quia accidēs nō mu-
tat ſubiectū: ſed duo lumina diuerſorū luminariū
(puta duarū candelarū) cōiungunt ⁊ ſeparant: ergo ⁊c.
Minor pbat p Dio. iiij. ca. de di. no. qui dicit q lumi
na incōfuſe ſunt in medio. Et pbat per experimē-
tum q2 vnū corpus opacum oppoſitū duobus lu-
minaribus cauſat duas vmbras qd̄ nō eēt niſi eſ-
ſent in medio duo lumina: q2 vmbra nō eſt niſi pri
Arg. ij. uatio luminis. ¶ Item a duobus luminarib9 quo
rum lumina tranſeūt p vnū foramē fiunt duo ful-
gores in pariete oppoſito qd̄ nō eēt niſi in foramie
in quo cōiungunt ſubiectiue manerēt diſtincta eſſen
Arg. iij. tialiter: ergo ⁊c. ¶ Item precipua ratio quare lu-
men nō dicit corpus eē eſt quia ſimul eſt cum aere
duo autē corpora nō poſſunt eſſe ſimul. Sed pbo
q nō hoc obſtet quia ferrū ignitū nō ſolū in ſupficie
ſed in pfundo. Ex hoc ſic arguitur: in ferro ignito
ſunt ignis ⁊ ferrū: ⁊ tamē ignitū nō occupat maiorē
locū q̄ prius: ergo ſimul ſunt ſm locū ignis ⁊ ferrū
In opp. ergo ⁊c. ¶ In cōtrariū eſt phūs ſcdo de aia: et Aui
cen. ſexto naturaliū. et Damī. qui dicit lumē eē qua
Reſſio. litatē ignis. ¶ Reſponſio. queſtio iſta licet nō hēat
magnā difficultatē: ē tn̄ multū exquiſite tractata a
philoſophis ⁊ doctoribus alijs: nec credo huius eē
B. aliā cām niſi errores antiquorū circa materiā iſtam
Error. i. qui fuerūt duo. Vnus aliquorū dicentiū lumē eſſe
antiquorū defluxum corporū ſubtiliū a ſole ⁊ ſtellis: et hoc pȝ
Impro. i. eſſe falſum tripliciter. Primo ex parte corporū a qui
bus ponunt effluere quia illa corpora vel effluerēt
a ſole ⁊ ſtellis q2 reſoluerent ab ipis: vel q2 ab eis
de nouo cauſarēt. Nō q2 reſoluerent ab ipis: iā eēn
per cōtinuā reſolutionē cōſūpta: vel ſaltē notabili-
ter diminuta eſſent corpora ſolis ⁊ ſtellarū niſi for
ſan fabuloſe diceret q ex vaporibus eleuatis ciba
rent ad reſtaurationē deperditi. Item nec pōt di-
ci q de nouo cauſentur: q2 vel hoc eſſet ex materia
de nouo creata: ⁊ tūc illuminatio nō eſſet actio pu-
re naturalis: imo pure diuina qd̄ eſt abſurdū: vel
ex preiacēte materia ⁊ tūc gnātio vni9 eēt corruptio
alterius: generato eñ lumine in toto medio opor
tet aliquod aliud corpus tantūdē pportionabiliter
corrumpi. Et obtenebrato medio ex corruptiōe lu C.
minis alia corpa pportionabiliter gnārī: nō ſolum Euaſio
apud nos: ſed etiā in celo q2 ibi inuenit nouitas il-
luminatiōis ſicut pȝ in luna precipue: que oia ſunt
incōuenientia. niſi forte quis dicat q illa corpa nō
generant de nouo: nec corrūpunt: ſed transferunt
cum corpe luminoſo: puta cū ſole lato nūc ſuperi9:
nunc in inferiore hemiſperio. Sȝ nec illud pōt dici Impro.
quia nō ſolū obtenebrat mediū ex ablatione corpo
ris luminoſi: ſed etiā ex circūpoſitione corpis opa
ci circa corpus luminoſum (puta circa cādelā) Nec
videt q lumen cōgreget circa candelā: q2 nō appa
ret ibi maior claritas pluſq̄ ante ideo ⁊c. Scdo ap D.
paret idē ex pte medij in quo lumē recipit: q2 duo
corpora nō poſſunt ſimul eſſe p naturā: ſed lumen
ſimul eſt cū aere. Aer aūt eſt corpus: ergo impoſſi Impro.
bile eſt lumen eē corpus. Nec pōt dici q i aere ſint ij.
pori in quibus recipit lumē quia obtenebrato aere
oportet poros manere vacuos: niſi forte diceret q
etiā tenebra eſſet corpus qd̄ eſt falſum. Itē aer nō
totus illuminaret ſi ſolū in poris ei9 reciperet lumē
cuius oppoſitū docet ſenſus. ¶ Tertio apparet idē E.
ex pte motus: q2 ſi lumē eſſet corpus: illuminatio Impro.
eēt mot9 localis. Mot9 aūt localis nō pōt eē ſubito Euaſi. iij.
ſed neceſſario fit in tpe ⁊ ſucceſſiue qd̄ nō cōtingit
in illuminatione: nec pōt dici q illuminatio fiat i tē-
pore (ſcȝ īpceptibili). Quia ⁊ ſi ſucceſſio aliq poſſit
latere p modicū ſpatiū ppter ſui velocitatē nō tn̄ p
tm̄ ſpaciū ſicut eſt ab oriente in occidentē in quo tn̄
latet ſucceſſio illuminatiōis. Patet ergo ex oibus his F.
lumē nō eſſe corpus. ¶ Aliqui aūt fuerunt alij qui Secūd9
dixerunt lucē in ſole eſſe formam eius ſubſtātialē: error
ſed lumen in aere eſſe accidēs. ¶ Qd̄ etiā eſſe non Impro.
pōt ppter duo. Primū eſt q2 in actione vnica prin-
cipiū actionis: ⁊ terminus ſunt eiuſdē ſpeciei. Sȝ
actio qua lucens in ſe illuminat aliud eſt actio vni
ca ſicut illa q̄ calēs in ſe calefacit aliud: ergo principiū
et terminus illuminatiōis ſunt eiuſdē ſpeciei: hec
aūt ſunt lux in ſole ⁊ lumē in aere: ergo ſi vnū eſt ac
cidens ⁊ reliquū. ¶ Scdm eſt q2 nulla forma ſub-
ſtantialis eſt ſenſibilis per ſe: ſed lux in ſole eſt per ſe
ſenſibilis: ergo ⁊c. ¶ Dicēdū eſt ergo ſimplicr̄. q lux G.
in ſole: lumen in aere: ⁊ hmōi ſunt accidētia: ⁊ ſi eñ
lux q̄litas p quā agūt corpa ſupiora in hec inferio- Opio ali-
ra: oīe eñ alterās agit p aliquā formam in ipo ex quorū do.
iſtentē: ſed in celo illa forma nō pōt eſſe ſubſtātial'
que nunq̄ eſt immediatū principiū alterationis: ergo
oportet q ſit aliqua qualitas: et hec eſt lumen eius
et quia habemus aliqd dignius rōne ſcilicet expe-
rimētū ſenſus: nō oportet aliā adducere rōnē quo
ad pñs. ¶ Ad primū arg. rñdēdū ē ad minorē p i- H.
teremptionē: et cū pbat per dictū Dio. dicēdum q Ad pri.

coniunctio ⁊ ſeparatio luminis intelligit̃ ꝑ intẽſionem ⁊ remiſſionẽ luminis pluribus: vel paucioribus luminaribus additis vel ſubſtractis ſicut eſt vnus tractus nauis velocior vel tardior ſcḋm multitudinẽ: vel paucitatẽ trahẽtiũ. Radij aũt pluriũ luminariũ dicunt̃ a Dio. inconfuſi ꝑpt luminariũ

I. diſtinctionẽ. Experimẽta etiã que addunt̃ nõ va-

Ad expi. lent. Primũ de duabus vmbris non valet: q2 due vmbre nõ ſunt in eadẽ parte medij: ſ3 in diuerſis: et ideo nõ arguũt pluralitatẽ luminis in eadẽ ꝑte medij ſed in diuerſis: qḋ bñ conceditur: ſicut enĩ eſt altera ꝑs albedinis in alia ꝑte corporis: ita ⁊ in lumine reſpectu medij ⁊ ſcḋm hoc nihil ad ꝓpoſitum. Si vero dicat̃ ꝙ ex oppoſito cuiuſlibet duoꝝ luminariũ interpoſito corꝑe opaco eſt lumen minus q̃ in alijs partibus medij: dicendũ ꝙ verũ eſt: ſ3 hoc nõ eſt ꝓpter ſeparationẽ luminis a lumine ſed ꝓpt remiſſionẽ luminis: q2 in oppoſito cuiuſlibet luminaris eſt actio vnius tñ ⁊ nõ duoꝝ. Et ideo minꝰ intenſa q̃ vbi eſt intenſio duorum ſimul. qḋ addit̃ de lumine duoꝝ luminariũ tranſeunte ꝑ idẽ foramen: ⁊ tñ faciẽte duos fulgores in oppoſito pariete. dicẽdũ ꝙ lumina duoꝝ luminariũ in foramẽ in quo ſunt coniuncta realiter ſunt vnũ lumẽ. tñ radij et fulgores vltra ꝓcedẽs diſtinguunt̃ nõ ꝓpter diſtinctionẽ vl' ſeparationẽ luminis in foramine cõiter exiſtentis: ſed q2 nõ põt ad eandẽ ꝑtẽ vltra ꝓcedere actio vtriuſq3 luminaris: ſ3 ꝓcedit ad diuerſas ꝑtes ꝓpter corpus in quo eſt foramẽ vtriq3 luminari reſpectu alterius: ⁊ alterius ſitus interpoſitũ.

K. Ad. ij. ¶ Ad ſcḋm dicendũ ꝙ in ferro ignito nõ eſt ignis intrinſecꝰ q̃ nõ põt eſſe niſi in materia rara: ſ3 ẽ ibi diſpoſitio ad foramẽ ignis ſ3 nõdũ vltia et ꝑfecta.

## Queſtio. II.

## Vtrum lumen habeat eſſe reale an intentionale in medio.

Queſt. ij. L. DEinde queritur vtrum lumẽ habeat eſſe reale an intẽtionale in me-

Argu. j. dio. Et videt̃ ꝙ habeat ſolũ eſſe intẽtionale q2 nulla realis qualitas ſuppoſita ſenſui ꝑcipitur: ſed lumẽ immediate attingẽs pu-

Arg. ij. pillam: a viſu ꝑcipit̃ ergo ⁊c. ¶ Item qḋ dat alij eẽ intellectuale videt̃ de ſe ⁊ in ſe illud hr̃e: ſed lumẽ

Argu. iij. dat colori eẽ intẽtionale in medio: ergo ⁊c. ¶ Itẽ qualitas realis remanet in ſubiecto in abſentia ꝓducẽtis: ſed lumẽ nõ remanet in abſentia lumina-

In opp. ris: ergo ⁊c. ¶ In cõtrarium arguit̃ q2 nulla forma intẽtionalis denoiat ſubiectu3 in quo eſt (ſicut aer nõ dr̃ coloratus ꝓpter intẽtionẽ coloris q̃ eſt i medio) lumẽ aũt denoiat mediũ: ergo ⁊c. ¶ Itẽ forma intẽtionalis nõ eſt principium mutationũ na-

M. turaliũ: ſed ſolũ aialiũ: ſed lumen eſt principiũ im

Reſpõſio mutationis naturalis puta calefactiõis: ergo ⁊c. ¶ Reſponſio eſſe intẽtionale põt dupliciter accipi. vno modo ꝓut diſtinguit̃ cõtra eſſe reale ⁊ ſic dicuntur habere eſſe intẽtionale illa q̃ non ſunt niſi ꝑ operationẽ intellectus ſicut genus ⁊ ſpecies ⁊ logice intẽtiones: ⁊ iſte eſt ꝓprius modus accipiẽdi intẽtionem ⁊ eſſe intẽtionale. Et iſto mõ lumen in medio vel ſpecies coloris nõ hñt eſſe intẽtionale: q2 q̃ ſunt a principijs realibus circũſcripta operatione intellectus hñt eſſe reale ⁊ nõ intẽtionale: ſed lumen ⁊ ſpecies coloris in medio ſunt hmõi: ergo ⁊c. Alio mõ dicitur aliq̃d habere eẽ intẽtionale large: q2 habet eẽ debile: ſ3 habere eẽ debile adhuc tripl'r. Aliqua enĩ dicunt̃ hr̃e eſſe debile q2 nõ hñt ſuũ eſſe ſimul ſiue ꝑmanẽs ſed in ſucceſſione vt motus ⁊ tẽpus: et hec nõ dicunt̃ hr̃e eſſe intẽtionale. Aut ſi dicantur nõ competit lumini vel ſpeciei in medio hr̃e tale eſſe intẽtionale: q2 eſſe eoꝝ totum eſt ſimul ⁊ non in ſucceſſione. Scḋo modo dicunt̃ aliqua habere eẽ debile q2 ad ſui exiſtentiã requirũt preſentiam ſue cauſe prime naturalis: qḋ ꝓtãto dico q2 ãgeli: ⁊ ea que imediate a deo ꝓducũt̃ reqrũt ad ſui exiſtẽtiam p̃ntiã ſue cauſe imediate (ſc3 dei) et tñ nõ dicũtur habere eẽ debile: ſed lumẽ ⁊ ſpecies coloris in medio (licet habeãt ſuũ eẽ ſimul) tñ q2 requirũt preſentiã ſue cãe prime ⁊ naturalis dicũtur hr̃e eẽ debile. Et iſtud debile eẽ nõdũ dr̃ intẽtionale. Cuiꝰ ratio eſt q2 nõ ſolũ lumen in medio: ſed etiã lumen lune ⁊ ſtellarũ requirũt p̃ntiã ſolis illuminãtis: ⁊ tamẽ nullus vnq̃ dicit ꝙ lumẽ lune ⁊ ſtellaꝝ hr̃et eẽ intẽtionale. Tertio mõ dicit̃ aliquid hr̃e eẽ debile nõ ſolũ ꝑ cõparationẽ ad cauſam ꝓximã naturalẽ ſed q2 deficit a ꝑfectione ꝓprie ſpeciei. Et ſic lumẽ et ſpecies in medio hñt eẽ debile qḋ etiam põt dici

N. aliquo modo intẽtionale. ¶ Qḋ p3 q2 ad ſuſcipiẽdum magis ⁊ minus cooperat̃ diſpoſitio ſubiecti: vt patuit lib. j. diſtin. xvij. Cum igit̃ ꝓpria ⁊ ꝑfecta diſpoſitio ſubiecti coloris ſit eſſe terminatũ (vt p3 ex his que dicit phũs lib. de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ color eſt extremitas ꝑſpicui i corꝑe terminato) ꝓpria ac ꝑfecta diſpoſitio ſubiecti lucis ſit eſſe denſu3 nõ dico opacum eẽ. Nihil enĩ lucet niſi denſum: ideo impoſſibile eſt colorẽ vel lucẽ recipi ſcḋm ſuũ eſſe ꝑfectũ in medio nõ terminato ꝑ opacum quo ad colorẽ: vel in medio nõ denſo q̃ ad lucẽ: ſed recipiũtur ſcḋm eẽ debile ſiue imꝑfectũ. Iſtud aũt põt dici aliqual'r intẽtionale ſicut enĩ dictũ eſt prius intentio ꝓpriiſſime

P. ad actũ aĩe pertinet. ¶ Illud igitur põt aliqualiter dici intentionale quo anima tendit in alterum hoc etiam alludit nomini. Intentionale enĩ dicatur quo in alterum tendit̃: ſed lumen in medio: et ſpecies coloris ſunt hmõi. ratione enim imꝑfecti non terminãt actum anime: ſed ſunt illud quo anima tendit in obiectũ: non enim ſpecies coloris videtur: ſed color corporis obiecti mediãte ſpecie (vt quidã dicunt) nec lumen in medio proprie terminat viſum: ſed mediante ipſo fertur viſus in obiectum: ergo tam lumen q̃ ſpecies poſſunt dici intentiones vel habere eſſe intentionala: magis tamen ſpecies q̃ lumen: quia hab3 eſſe minus perfectum et minus poteſt terminare actum: ſimpliciter ta-

Q. Ad primũ pũs. men tam lumen q̃ ſpecies habent eẽ reale. ¶ Ad primũ argumentum dicendum ꝙ omne ſenſibile applicatum immediate organo ſenſus dummodo immutet ipſum poteſt ſentiri quia nihil plus requiritur ad ſentiendum niſi immutatio organi a ſenſibili: quod ergo corpus coloratum ſuppoſitu3 oculis non videatur: Cauſa eſt: quia nõ poteſt immutare organum viſus: nihil enim poteſt immutari a colore niſi actu illuminatum. Et quia corpus ſuppoſitũ oculis ꝓhibet illuminationẽ pupille: ⁊ organi viſus: idẽ nõ videt̃: lumẽ aũt cõtingẽs pupillã ipſam imutat ideo videri põt. Et eadẽ rõ eſt de q̃libet reali q̃litate ſenſibili imediate ſuppoſita ſenſui

Ad. ij. ¶ Ad ſcḋm dicẽdũ ꝙ lumẽ nõ dat colori eẽ intẽtionale: ſ3 diſpoſitio medij nõ terminati vt dictũ eſt: et ſi daret non tñ oporteret ꝙ haberet talẽ in ſe: q2 effectus multis modis põt deficere a perfectione

ſue cauſe. Eſſe aūt intentionale eſt eē impfectum. ¶ Item cōceſſum eſt q lumē hʒ eſſe intētionale ſicut ſpecies colorꝫ: nec p hoc excludit quin habeat eſſe reale. A. Ad.iij. ¶ Ad tertiū dicēdū q remanere in ſubiecto ad abſentiā cāe pducētis nō eſt de rōne qualitatis realis: nec exiſtere pñtiā cauſe facit aliquid eſſe intētionale (vt dictū fuit in corpe queſtiōis) q autē qualitates hoc requirāt que vero nō alias inquirendū erit. B. In opp. ¶ Ad argumēta alterius ptis. Ad primū dicēdū q oīs forma denominat ſubiectum ſuū: cū eñ omnis forma det ſuo ſubiecto aliqd eē ſm illud denoiat ipm ex neceſſitate. Et qd dicit q aer nō dicit coloratus ppter ſpeciē coloris que eſt in ipo. dicēdū q verū eſt qꝛ color dat talē qualitatē ſub eſſe pfecto. Et quia illud eſſe nō habet in aere ideo nō dicitur coloratus: ſimiliter lux dicit talem qualitatē ſub eſſe pfecto: et qꝛ illud eſſe nō habet in aere ideo aer nō dicit lucens: dicit autē illuminatꝰ ſicut ꝛ qualitas eius dicit lumen: ꝛ idē eſſet de colore ſi ppriū nomē eſſet impoſitū ſm illud eē quo perficit mediū qꝛ ſub illo nomie denominaret ipm. C. Ad.ij. ¶ Ad ſcḋm argumentū cum dicitur q forma intētionalis non eſt principium naturaliū actionū: dicendum q verū eſt de forma intētionali primo modo dicta qꝛ illa nō eſt res ſed ratio: et ideo nullius realis opatiōis eſt principium ſed eſt ſolū ratio p intellectū circa rem intellectā formata: nullus autē ponit lumen vel ſpeciē eſſe talē formā intētionalē. Sed dicuntur forme intētionales ppter eſſe impfectū qd habent in medio rōne cuius habēt q non terminēt actum anime: ſed mediātibus eis tendit anima in obiectū. Tales autē forme intētionales cum ſint vere res naturales poſſunt eſſe principiū realium actionū: nō ſolum animaliū: ſed etiam naturaliū. Nam ꝛ aīales actiones ſunt.

## Sententia diſtinctionis.xiiii. in generali et ſpeciali.

D. Diſt.xiiij. Snia in generali. Dixit quoq deus fiat firmamētum. Superius determinauit magiſter de opatione prime diei. Hic determiat de opatione ſcḋe diei. Et cū hoc ſequit illa pars vbi determinat de operatione tertie diei. Et ſequitur dixit itaq deus ꝛ ſic ſunt due ptes principales in iſta diſtin. quarū prima diuiditur i duas. Primo proponit opus prime diei qd eſt formatio firmamēti: ꝛ exponit per diuerſas opiniones q ſunt circa materiā firmamenti. Scḋo mouet quaſdam queſtiones incidētes circa firmamentū ꝛ motū celi: et circa ea que ad diſtinctionē operis tertie diei ptinēt. Scḋa ibi queri etiā ſolet cuius figure ſit celum. Hec eſt ſententia ꝛ diuiſio lectionis in gñali.

E. Snia in ſpeciali. ¶ In ſpeciali ſic pcedit. Et pponit q firmamētū ſecūda die factū eſt: qd ſm Bedam eſt celum ſydereum qd habet aquas inferiores ſe: et ſic diuidit aquas ab aquis: licet per celū quidā velint aerem intelligi qd quidē celū ſydereū ſm quoſdā eſt nature aquee: ſm vo alios eſt nature ignee: quō aūt ſupra celū poſſint eſſe aque dicit q hoc e diuina virtute: neq eſt incōueniēs cū videamus aquas euaporari ꝛ eleuari in altū. Sic pōt eſſe vt ſupra firmamentū ꝛ glacies ſolidate aque ſuſpendant. quales aūt ſunt: ad qd cōdite (ille ſolus nouit qui cōdidit) poſtea querit cuius figure ſit celū. Et rñdet q ſpūs ſanctus hoc p actores docere noluit eo q nō multū ſaluti prodeſt q̄uis ipi ſcirēt. Querit etiā vtrū celū ſtet: an moueat: vtrūq videt incōueniēs: ſi enim moueat nō eſt firmamētū: ſi vero ſtat non pñt in eo moueri ſydera. Et rñdet etiā ſi moueat dici pōt tamen firmamētū ppter firmitatē: ſi vero ſtat pñt in eo ſydera moueri. Querit etiā quare benedictio ſecūde diei ptermittit: ꝛ quare. ſ. in opibus ſcḋe diei nō eſt dictū vidit deus q eſſet bonū: et rñdet q eſt forte ppt quādā myſticā ſignificationē qꝛ binarꝰ nūerus eſt ſignū alteritatis ꝛ ſignū diuiſiōis. Ultimo ponit opus tertie diei qd fuit ꝯgregatio aquarū in vnū locū que ſub celo ſunt p quā cōgregationē terra arida apparuit q quidē ꝯgregatio fieri potuit vel qꝛ cauitates terre ſubintrauerūt aque: vel qꝛ inſpiſſate fuerunt: ꝛ licet ſint multe cōgregationes aquarū: tñ ppter cōtinuitatē eaꝝ ad inuicē dicunt cōueniſſe in vnū locū. Et in hoc terminat ꝛc.

## Queſtio.I.

## Vtrū aliquę aquę ſint ſup cœlos.

Circa diſtinctionem.xiiii. queritur primo. vtrū aliquę aquę ſint ſup celos. Et videt q nō qꝛ ſm naturā ignis ꝛ aer ſupeminent aque: ſed nullus ponit ignem vel aerē ſup celos: ergo multo minꝰ aquā. F. Queſt.j. Argu.j. In opp. ¶ In cōtrariū arguit qꝛ ſm Aug. Gen. ij. ad lrām Maior ē ſacre ſcripture auctoritas q oīs hūani ingenij pſpicacitas: ſed ſacra ſcriptura dicit expreſſe aquas eſſe ſup celos Gen. primo. diuiſit aquas q erāt ſub firmamēto ab aquis his que erāt ſupra firmamētū: et ſequit q vocauit deus firmamētū celū ergo ꝛc. G. Reſpōſio. Impro. ¶ Rñſio. qdā attēdētes ad potētiā diuinā que pōt facere oē qd ꝯtradictionē nō implicat dixerunt q he aque elemētares ſunt ſup celū cū cōtradictionē nō implicet. Sʒ hoc rōnabr refellit Aug. ij. ſup Gen. dicēs q in opibus ſex dierū quibꝰ natura inſtituta eſt nō querit quid deus facere poſſit ſʒ quid rerū natura patiat. Ido alij dicūt q aque elementares ſm naturā pñt eſſe ꝛ ſunt ſup celū: qd declarāt multipliciter. Opi.ij. Primo qꝛ oīs quātitas corpoꝝ inferiorū hʒ reduci ſicut in cāin in aliquā virtutem corporū ſupiorū: ſed frigiditas q eſt qualitas quedam corporū inferiorū nō pōt reduci in aliquā virtutē corporū celeſtiū niſi ponat aliqd celū aqueum vel aque ſup celos ergo ꝛc. Ratio.j. Minor patet qꝛ celū nō pōt cauſare frigiditatē p motū ſuū localē: qꝛ motꝰ localis nō hʒ infrigidare ſed magis ignire vt dicitur ſcḋo celi. Itē nec p lumē p eandē rōnē: g oportet q hoc fiat p hoc q eſt aqueū. Aqua eī cū ſit pō frigida videt eē cauſa frigiditatis in alijs: ergo ꝛc. Ratio.ij. ¶ Scḋo qꝛ eidē rei cōpetit diuerſus modus in diuerſis: ſicut oleū qd aſcēdit in aqua deſcēdit in aere: g eodē mō poſſibile ē q aqua q reſpectu aeris hʒ deſcēdere hēat reſpectu celi aſcēdere: vel ſtare: etiā nō eſt timēdū qd cadat. Ratio.iij. Tertio qꝛ velocitas motus circuli ipedit ne ſcutella plena aque poſita i tra circulū cadat: vel aqua i ea cōtēta: ſed motꝰ celi eſt velocior q motus cuiuſcūq apud nos: g pōt phibere caſum aque. Rō.iiij. ¶ Quarto qꝛ diſtātia corporis naturalis a loco ſuo naturali minuit eius inclinationē ad locū ꝛ motū: et ideo motꝰ naturalis intēſior eſt in fine q in principio. Sʒ aque ſup celū maxime diſtāt a loco ſuo natali: ergo minime inclināt ad ipm: et ſic idē qd priꝰ. ¶ Quicqd ſit de cōcluſione: rationes tñ iſte non valēt. ¶ Quod eñ pri H. Impro.

mo dicit ꝙ corpus celeſte nõ põt cauſare frigidita
tem niſi ſit aqueũ eſt falſum. Et cũ dr̃ ꝙ non ꝑ mo-
tũ ſit: ita nec per lumẽ falſum eſt: lumen enim de
ſe nõ habꝫ niſi illuminare: ſed in virtute corꝑis cuiꝰ
eſt habet calefacere ſi ſit corpus calidũ virtualiter
vt ſol mars ⁊ hmõi: vl' frigefacere ſi ſit planeta vir
tualiter frigidus vt ſaturnus: neqꝫ oportet ꝙ oĩa
ſint frigida ꝑ primũ frigidũ formalr̃ puta ꝑ aquã
vel ꝑ celum aqueũ: ſed ꝑ primũ frigidũ virtualiter
Ratio etiã magis ꝓcedit contra eos q: ſi eẽt celũ
aqueum nõ cauſaret frigiditatẽ ꝑ motũ vt dicunt:
nec ꝑ lumen q: non eſſet luminoſum: ſed ſolũ dia-
phanũ: ⁊ ſi eſſet ꝑ lumẽ tñ calefaceret ⁊ nõ ifrigida
ret vt dicũt: nec per ſuam frigiditatẽ formalẽ: quia
corpus nõ agit in diſtãs niſi agẽdo in propinquũ:
ſed illa frigiditas nõ reciperet in orbibus mediis
qui non ſunt capaces peregrine impreſſionis vt di
citur in primo methcoroꝝ: ergo impoſſibile eſt ꝙ ce
lum dato ꝙ eſſet aqueum: immediate cauſaret fri
I. gidítatẽ in his inferioribus per frigiditatẽ que eẽt
Impro. in ipſo. Sequẽtes etiã rõnes nõ ꝓbãt ꝙ aque ſint
ibi: vel poſſint eſſe per naturã: ſed ſolum ꝙ ſi ibi eſ
ſent nõ caderent: qđ certe timere non oportet neqꝫ
probare: quia cum ſphera vndiqꝫ circunſtet mediũ
nec ſit diuiſibilis abſqꝫ vlla dubitatione ſi ſuper ali
quam ſpherã eſſent aque nullo modo poſſent cade
re. Nihilominus nec illud ꝓbant ille rationes ſuf-
ficiẽter. ꝙ eñ oleum in aere deſcendat: in aqua ve
Nota ro aſcendat: Cauſa eſt quia oleum corpus mixtuꝫ
eſt in quo eſt multũ de humido aereo ratione cuiꝰ
aſcendit poſitum in aqua: ⁊ eſt in eo ſiccũ terreſtre
ratione cuius deſcendit in aere: hoc aũt dici nõ po
teſt de aqua elementari cum ſit corpus ſimplex: et
iterũ qđ deſcendit in rariore nihil ꝓhibet aſcẽde-
re in groſſiori ⁊ denſiori vt ponitur de oleo reſpe-
ctu aeris ⁊ aque. Sed cõtra rationẽ eſt ꝙ illud qđ
deſcendit in denſiori aſcendat in rariori vel ſubti-
liori. Celum aũt ẽ nature ſubtilioris ꝙ̃ corpus qđ
cunqꝫ elemẽtare: et ideo nulla probabilitas eſt ꝙ
K. aqua que naturaliter deſcendit ĩ aere aſcẽdat: vel
Ad.iij. ſtet in celo. ¶ Quod etiã tertio dicit ꝙ velociſſimꝰ
motus prohibet caſum grauis deorſum in nullo ẽ
ad propoſitum q: iſtud locũ habet in graui poſito
intra circulum vel ſpheram non autẽ in graui poſi
to ſuper circulum vel ſpherã: deſcenſum eñ eius
ad mediũ ſphere vel circuli ꝓhibet ſoliditas ſphe-
re vl' circuli. Et ideo ratio eorum poſſet aliquid va
lere ſi ponerent aque intra concauũ orbis lune: ſꝫ
ponendo eas ſuper celum nihil valet ad propoſi-
L. tum. ¶ Quod vero vltimo dicit ꝙ diſtantia a loco
Ad.iiij. naturali minuit inclinationem mobilis: falſum
eſt. Cum eñ inclinatio grauis ⁊ leuis ad loca ſua
ſequatur formã grauitatis ⁊ leuitatis manentibus
eiſdem formis manet eadem inclinatio: nec pro-
pinquitas vel diſtantia a loco per ſe facit aliquid:
ad hoc ꝙ ergo motꝰ naturalis ſit intẽſior in fine ꝙ̃
in principio. Cã eſt minor reſiſtentia medij ſuppo
ſita eadem inclinatione mobilis: ꝙ̃to eñ aer ẽ ter-
re propinquior tanto eſt minus leuis: ⁊ minus niti
L. tur contra motum grauis. Idem intelligendũ eſt
Opĩo ali- circa leue. ¶ Dicendũ ergo aliter ad queſtionẽ ꝙ
quoꝝ do. ſi celum accipiatur pro corpore quinte eſſentie tunc
ſuper celos non ſunt aque elemẽtares ſed aque di
cte metaphorice. Si vero celum accipiatur meta-
phorice pro parte aeris in qua condẽſantur nubes
tunc celum firmamentũ dici poteſt: ⁊ ſic ſuper celũ

ſunt vere aque elemẽtares. Primũ patet quia ſu-
pra lunam nõ eſt locus generationis ⁊ corruptiõis
vnde dicit ꝙ ſupra lunam nõ eſt malũ: ſed ſi ſupra
celum ꝓprie dictum eſſent vere aque elemẽtares
ibi eſſet locus generationis ⁊ corruptionis ⁊ quan-
doqꝫ ibi aliquid generaretur ⁊ corrumperetur: er-
go ⁊c. Probatio mi. quia ſi aque eſſent inter duas M.
ſpheras ⁊ ꝑ motum ⁊ lumen corporũ celeſtium poſ
ſent calefieri ⁊ rarefieri vltra ꝙ̃ ꝯgruat forme aque
et ſic eis corruptis aliquid aliud generaretur puta
aer vel ignis: nõ ſunt ergo ſupra celum aque ele-
mentares: ſunt tamen ibi aque dicte metaphorice
ratione ſimilitudinis cũ aqua in quibuſdã proprie
tatibus: ẽ eñ diaphana aqua ⁊ nõ lucida que duo
etiam conueniũt aeri: ſed vltra hoc aqua quãdam
maiorẽ terminabilitatem habet ꝙ̃ aer: hec autem
proprietates conueniunt none ſphere quã nos ce-
lum criſtallinum vocamus: ⁊ eadem ratione põt
dici aqueum. Scđm patet ſi eñ celum vocetur ꝑs
aeris in qua condenſantur nubes ſic eſt clarum ꝙ
aque elemẽtares ſunt ſuper illud celum que ibi va
porabilit trahunt virtute ſolis ⁊ ſtellaꝝ: eadẽ etiaꝫ
pars poteſt dici firmamẽtũ ꝓpter ſpiſſitudinem ⁊
aliqualẽ ſoliditatem. vnde Auguſt. ij ſuper Gen.
ad litteram hanc expoſitionẽ cõmẽdans dicit: hãc
conſiderationẽ laude digniſſimã iudico: vnde fir
mamentũ equiuoce vel anagogice ſumit cuꝫ dicit
Gen. primo diuiſit aquas que erant ſub firmamen
to ⁊c. Et cum dr̃ in ope quarti diei ꝙ poſuit in fir-
mamento celi ſtellas q: firmamentum primo mo-
do ſumptũ eſt celũ ſolũ nũcupatiue ad qđ deſignã
dum dicit ibidem ꝙ vocauit deus firmamentum
celum: Sed ſecundo modo ſumptũ eſt celum ve-
re ⁊ proprie: ad quod deſignandum dicitur ibi ꝙ
poſuit ſtellas in firmamento celi: id eſt quod eſt ce
lum. ¶ Per hoc patet rñſio ad argumenta. Po- N.
nimus enim nõ ſolum aquam ſed ignem ⁊ aerem Ad pri
ſuper celum metaphorice dictum hoc eſt ſuper par cipalia
tem aeris in qua nubes cõdenſantur: ſed nullum
iſtorum ponimus ſuper celum proprie ſumptũ niſi
ipſa metaphorice ſumant. Aqua eñ ⁊ ignis meta-
phorice ſumpta ſunt ſupra celos ꝓprie dictos: quia
celum empyreum dicitur igneum metaphorice ſi-
cut nona ſphera dicitur celũ aqueum.

## Queſtio. ii.

## Vtrum motus cœli ſit naturalis.

SEcundo queritur vtrum mo Queſtio
tus celi naturalis ſit. Et videt ꝙ ſic per Argu.
philoſophũ. ij. celi ⁊ mũdi: qui dicit ꝙ cu
iuſlibet corporis naturalis eſt aliqs mo-
tus naturalis. Sed celũ eſt corpus naturale g̃ ⁊c.
¶ Itẽ ſcđo phiſicoꝝ dicit ꝙ natura ẽ principiũ mo Argu.
tus ĩ eo in q̃ ẽ: ſꝫ corpꝰ celeſte naturã aliquã hꝫ g̃ ⁊c.
¶ In ꝯtrariũ eſt q: motꝰ naťalis nõ eſt niſi corꝑis In opp.
extra locũ ſuũ exiſtẽtis naťalẽ ⁊ terminat ad quieteꝫ
naťalẽ in loco ſuo: ſꝫ celũ nõ eſt extra locũ ſuũ g̃ ⁊c.
¶ Rñſio dicẽdũ ꝙ motꝰ celi nõ ẽ a naťa nec ab aĩa Reſpõſio
ꝓut aĩa dicit ſubſtãtiã viuẽtẽ vnitã matẽ ĩ rõne for proba.
me: ſꝫ ẽ ab itelligẽtia: Primũ pꝫ q: naťa corꝑis ſim
plicis iclinat ad vnũ motũ ⁊ ſimplicẽ: ſꝫ ĩ celo nõ eſt
vnꝰ motꝰ tñ ſꝫ plẽs: nõ ſolũ in diuerſis ſpheris: ſꝫ
in eadẽ. Etiã in eodẽ planeta. et tñ celũ eſt ſimplex
corpus ergo ⁊c. Ma. pꝫ. motꝰ ei naturalis correſpõ
det forme mobilis que inclinat ad motum: et ideo
licet forma mixti que virtute continet formas mi-

mobiliū poſſit incliare ad motū ſm oēm dr̄am loci:
ꝓpter qḋ ꝛ motus augmēti nō eſt ſolū ſurſum: qꝛ
nō eſt ſolū a virtute ignis vt aliqui crediderūt: ſꝫ
eſt ad oēm differētiā poſitiōis: qꝛ eſt forma planē-
te q̄ eſt forma mixti: tn̄ forma corpis ſimplicis ad
vnū ſolū inclinat. Minor pꝫ qꝛ ſpere planetarū nō
ſolū mouent̄ ab oriēte in occidētē motu diurno: ſꝫ
ecōtrario vt pꝫ ad ſenſum: precipue in ſole ꝛ luna:
in eodē etiā planeta p̄ter motū ſpere ſue ponitur
motus ſm ecentricū ꝛ epiciclū vt magis patebit in
queſtione ſequēti. Nec pōt dici ꝙ ſpere differāt ſpe
cie ſicut elemēta: et ideo mouent̄ diuerſis motib⁹
qꝛ ſequeret̄ ꝙ eſſēt plura corpa ſimplicia q̄ꝫ quinqꝫ
Et iterū planeta eſt de natura ſue ſpere vt dicit̄ ſe
cūdo celi: ꝛ tn̄ hꝫ aliū motū a motu ſpere. Et iterū
oēs ſpere aliqualiter ad inuicē cōueniūt: ſed ſpere
planetarū cōueniūt ſm ſpeciē (ſaltē motus cor̄ nō
arguit diuerſitatē ſpeciei) cū oēs moueant̄ ad eā
A. dem ptem: ergo ⁊c. Scḋo pꝫ idē ſic motus eſt na-
Scḋa p- turalis ex cōnaturalitate mobilis ad terminū: ſed
batio. cōnaturalitas mobilis ad locū nō pōt cauſare mo-
tū in loco: ergo ⁊c. Minor ꝓbat̄ qꝛ ſicut eſt in actib⁹
anime ſic ſuo mō in actibus nature: ſed in actibus
anime ſic eſt ꝙ bonū cōueniēs ſi ſit pn̄s cauſat de-
lectationē que eſt quaſi quies anime: ꝛ nō deſide-
riū qḋ eſt quaſi motus: ergo ſimiliter in actibus na
ture cōuenientia locati cū loco cauſat quiete in loco:
B. et nō motū. Tertio qꝛ ſi motus celi eſſet naturalis
Tertia quies in eodē loco eſſet violēta: et ita cū celū in fi-
ꝓbatio ne mundi ceſſet a motu quies illa eſſet violēta: qḋ
eſt incōueniēs: qꝛ tūc celū nō erit in deteriori cōdi-
tione ſed meliori. Itē motus naturalis eſt a dante
formā: qua cōſeruata nō oportet dare aliū motorē
per ſe ſed ſolū qḋ remoueat ꝓhibēs ſi ſit impedi-
mentū: ſed celo datur alius motor p ſe (ſcꝫ itelligē-
tia) ergo ⁊c. Nō eſt ḡ mot⁹ a nat̄a celi ꝓpe: neqꝫ tn̄
eſt cōtra naturā qꝛ nō eſt i oppoſitū inclinatiōis na
ture cū natura eius ad nullū motū inclinet. Exem
plum de corpe mathematico: pōt tn̄ dici naturalis
ſm quādā adaptationē: ꝛ cōuenientiā. Cōgruū ē
eni̅ vt corp⁹ celeſte qḋ neqꝫ eſt graue neqꝫ leue mo
ueatur tali motu p quē non accedit ad mediū: vt
grauia: nec recedit a medio vt leuia: ꝛ talis eſt mo
C. tus circularis. ¶ Scḋm pꝫ ꝙ ſ. celū non mouet̄ ab
Secūda aīa ſibi vnita in ratione forme qꝛ ſm vnā opinionē
ꝓqueſt⁹. prius tactā di. xij. In celo nō eſt cōpoſitio materie
et forme: ſed dato ꝙ eſſet: ꝛ ꝙ illa forma eēt aīa: ad
huc ꝓbo ꝙ nō moueret̄ ab ipa. Cū eni̅ idē ſm idē
nō poſſit eſſe mouēs ꝛ motū: immo oportet motuꝫ
ex ſe diuidere i ptē que mouet ꝛ q̄ mouet̄ (vt dicit̄
viij. phiſicorum) Pars q̄ moueret aut eſſet forma ꝛ q̄
moueret̄ eſſet materia aut ps vna quātitatiua cō-
poſita ex materia ꝛ forma moueret aliā ptē quāti-
tatiuā ad imperiū aīe ſicut fit in animalib⁹. Primū
nō pōt dici qꝛ materia ſm ſe nō pōt hr̄e rōnē mobi
lis. cum ſm ſe nō ſit quāta vt ſm ſe ſit ſubiectū actu
ens quod requiritur ad motuꝫ p̄cipue localē: neqꝫ
forma reſpectu materie pōt hr̄e rationē motoris:
quia forma ꝛ agēs nō coincidūt in idē ſm nūerum
reſpectu eiuſdē et ideo cū celi aīa reſpectu materie
ipſius ſe hēat vt forma ꝛ quicqd erat eſſe nullo mo
do pōt habere rōnē agentis que eſt vnū principiū
motus. Nec ſcḋm pōt dici qꝛ mouēs ꝛ motū ſunt cō
tacta ꝛ nō continua (vt dicit̄. viij. phiſicorum) Sed
ptes quātitatiue celi (exceptis forte corporib⁹ pla-
D. netarum) ſunt cōtinue ꝛ nō cōtacte: quare ⁊c. ¶ Ex
Tertia

his patet tertiū ꝙ celū mouetur ab intelligētia: qꝛ
omne qḋ mouetur ab alio mouet̄: ſꝫ celum mouet̄
et nō a natura: vel a dante naturā (vt probatum ē
in primo articulo) Neqꝫ ab anima cōiuncta (vt pro
batum eſt in ſecūdo) relinquitur ergo ꝙ ab intelli-
gentia. Et ꝓbatur pn̄a. Quia cum motus celi non
ſit violentus nec naturalis: oportet ꝙ ſit volunta-
rius voluntate intellectus coniuncti: vel ſeparati.
¶ Ad argumēta patet ſolutio. Non eni̅ cuiuſlibet E.
corporis naturalis oportet eſſe aliquē motū natu- Ad rōes
ralem niſi habeat quietē naturalē: vtrūqꝫ eni̅ poni principa.
tur in diffinitione nature ſcꝫ ꝙ eſt principium mo-
tus ⁊ quietis ꝛ hec duo ſolū cōpetūt corruptibilibus.

## Queſtio. III.

### Vtrum ſtelle moueantur motu ſolum ſue sphere vel preter illum habeant proprium motum.

TErtio queritur vtrum ſtelle F.
moueantur ſolū motu ſphere an preter Argu 1.
illum habeāt ꝓpriū motum. Et videt̄
ꝙ non habeant ꝓpriū motum qꝛ ſicut ce
lum eſt ingenerabile ꝛ incorruptibile ita indiuiſibi
le: cum diuiſio ſit via ad corruptionem: ſed ſi ſtelle
mouerentur motu ꝓprio celum diuideret̄: qꝛ non
ſeruarent in celo eundē ſitum ergo ⁊c. ¶ Itē mo- Arg. 2.
tus celi ē circularis: ſꝫ ſi ſtelle haberēt motū ꝓpriū
ille nō eēt circularis igitur ⁊c. Minor probat̄: qꝛ qḋ
mouetur circulariter non mutat locum: ſtelle aūt ſi
haberēt motum ꝓpriū ex toto mutarēt locū iō ⁊c.
¶ In contrarium eſt Tholomeus ꝛ alij aſtrologi In opp.
¶ Reſponſio ſtellarum quedā ſunt in octaua ſphe
ra que dicunt̄ fixe. Alie vero ſunt i inferiorib⁹ ſphe
ris ꝛ dicunt̄ planete: nec ſunt plures i eadē ſphera.
¶ De primis dicēdo ꝙ mouētur ſolū motu octa- G.
ue ſphere qꝛ fruſtra ponerent̄ plures mot⁹ vbi ſuf- Pria ps
ficit vnus: ſed omnia ap[illegible]tia circa ſtellas fixas queſt.o.
optime ſaluātur ponēdo eas moueri ſolum motu
octaue ſphere: qꝛ ſtelle fixe ſemp ſeruant eandem
elongationē ꝛ approximationē ad inuicē: qḋ opti-
me ſaluatur ponēdo ꝙ ſoluꝫ moueant̄ in fixe ſphe H.
re ſue: ergo ⁊c. ¶ De planetis autē q̄uis dicat ideꝫ 2e. que.
Ariſto. ij. ce. ꝛ mundi. Tamē verius dicūt aſtrolo
gi ponendo ipſos moueri ſm ecētricos ꝛ epiciclos
Et de ecentricis apparet: ꝙ ſtella que mouet̄ ſolū
motu ſphere nō pōt quandoqꝫ magis: quandoqꝫ
minus ad terrā appropinquare quia omnes ſphe-
re ſunt cōcentrice: ſed planete: quādoqꝫ appropin-
quant ad terrā magis vno tempore q̄ꝫ alio (vt pa-
tet per experimenta aſtrologica) quare ⁊c. ꝓpter
quod coacti ſunt aſtrologi ponere motum planeta
rum in circulis ecentricis quorum pars vna maxi-
me remouetur a terra [illegible]citur aux: ſiue eleuatio.
Altera vero maxime accedit ad terram: ꝛ dicitur
oppoſitum augis. ¶ Similiter patet de epiciclis: I.
quia ſi planate mouerentur ſolum motu ſpherarū:
cum ſphere planetarum moueantur ab occidente
in orientem: tunc ſi planeta aliqua nocte eſſet ex di
rectiōe alicuius ſtelle fixe ſequenti nocte deberet
ipſam antecedere verſus orientem: Uidemus au
tem in multis planetis contrarium quandoqꝫ re-
trocedunt enim verſus occidentem: ergo preter
motum ſpherarum oportet in eis ponere motū re
trogradationis quod fit in epiciclis in quibus pla
neta eſt retrogradus ſtationarius vel directus.

K. ¶ Ad primū argu. dicēdū ꝙ nō oportet celū diui-
Ad primū pūm. di ponēdo ꝓpriū motū planetarū in ecētricis ⁊ epi
cicli habendo bonā imaginationē eoꝝ. Ponit̄ enim
ecētricus circulus intra duas ſupficies ſpere extra
cui⁹ vna medietas magis accedit ad ſupficiē ſpe-
re concauā. Altera vero ad cōuexam: ⁊ mouet̄ hic
circulus intra ſperam cum ſit ſpere cōtiguus ⁊ non
cōtinuus: et motu ei⁹ mouet̄ planeta tanq̄ ps ei⁹
exiſtēs. planeta dico habēs ecentricū ſine epiciclo
ſicut eſt ſol: ſi vero habeat epiciclū ſine ecētrico / tūc
epiciclus poneret̄ moueri in ecētrico p modū quo
ponit̄ ecētricus moueri in ſpera: epiciclus ē enim cor-
pus ſpericū infra ecētricū cōtactū et non cōtinuū et
iō pōt in ecētrico hr̄e ſuū motū ꝓpriū ſpericū cuius
epicicli ps ē planeta: ⁊ hoc ponēdo nō oportz celū
diuidi. Sed ⁊ ſi diuideret̄ nō ſequeret̄ ꝙ eſſet cor-
ruptibile: qꝛ diuiſio nō eſt via ad corruptionē niſi
quaten⁹ ps diuiſa nō ſic pōt reſiſtere cōtrario agē-
ti ſicut cōiuncta toti. Celū aūt nō hꝫ cōtrariū ꝓpter
L. qd̄ nec cōtinuū: neq̄ diuiſum corrūperet̄. ¶ Ad ſe-
Ad .ij. cundū dicēdum ꝙ motus celi non eſt naturalis vt
oſtenſum eſt in p̄cedēte queſtione: ⁊ ideo nihil pro-
hibet planetā moueri alio motu q̄ circa axē neq̄ tñ
erit cōtra naturā: ſed ſolū preter naturā. Et tñ po-
nendo planetas ſolū moueri motu ſuoꝝ ecentrico-
rum ⁊ epicicloꝝ nullus inuenit̄ motus in eis niſi
circularis qꝛ ecētricus mouet̄ circulariter ſiliter ⁊ epici-
clus: ſecus aūt eēt ſi planeta ſm ſe ꝓpriū motū habe-
ret: tūc enim mot⁹ ei⁹ nō eēt circularis lꝫ eēt i circulo.

## Queſtio. IIII.

## Vtrum cœlū ſit figure ſpherice.

M. Quarto queritur vtrum coe-
Argu. i. lum ſit figure ſperice. Et videt̄ ꝙ nō qꝛ
figura quadrata magis congruit firmi-
tati q̄ rotunda: ſed celum eſt corpus fir-
In opp. miſſimū ergo ⁊c. ¶ In cōtrariū ē phūs .ij. celi ⁊ mū-
N. di. ¶ Reſponſio quidā dixerūt ꝙ celū eſt figure ſe-
Reſpōſio micircularis: qꝛ nunq̄ apparet nobis niſi dimidia
Opio aliquorum ſpera. Sed iſtud nō valet qꝛ cū celū moueatur ab
Improbatio. oriente in occidētē rediens in orientem (vt ex motu
aſtroꝝ apparet) ſequeret̄ ꝙ aliq̄ totaliter diſpera-
ret hoc aūt eſt falſum. dicēdū ergo ꝙ eſt figure ſpe-
O. rice. Quod pꝫ tripl'r. Primo qꝛ prima figura debe-
Proba. i. tur primo corpi: ſed inter oēs figuras ſolidas pri-
ma eſt ſperica: celū autē eſt primū corpus: ergo ⁊c.
Minor ꝓbat̄ qꝛ naturalit̄ vnū eſt pri⁹ multitudine ⁊
ſimplex cōpoſitis: ſed ſola figura ſperica inter figu-
ras ſolidas cōtinet̄ vna ſupficie ſicut inter figuras
ſupficiales ſolus circulus cōtinet̄ vna linea cetere
Proba. ij. aūt pluribus igit̄ ⁊c. Scdo qꝛ figura capaciſſima cō-
gruit celo qd̄ ꝯtinet oīa. Sed figura circularis ſiue
ſperica plus ꝯtinet q̄ quecūq̄ alia figura ex rectis
lineis: vel ſupficiebus ergo ⁊c. Et hec ratio ſolū cō-
cludit ꝙ celū ſit figure ſperice ſm ſuū ꝯcauū ſm qd̄
cōtinet oīa infra ſe poſita: ⁊ nō ſm ſuum cōuexum.
Prob. iij. Tertio qꝛ ſi celū eſſet alteri⁹ figure q̄ ſperice cōtin-
geret aliq̄ corpus eſſe ſine loco: ⁊ locū ſine corpore
quia cum extra celū nihil ſit nec corpus: nec locus:
et celum cōtinue moueatur ſi eſſet figure angulari
et anguli preemineant ceteris partibus cōtingeret
per motū celi ptes planas venire ad locū angulo-
rum ⁊ tūc remaneret aliquid vacuū: et iterū angu-
li venientes ad loca planarum partium vltra p̄cede-
rent in vacuum. Hec autē ratio quantum ad poſi-
tionē theologoꝝ locū nō hꝫ qꝛ ponūt vltimū celū
(ſcꝫ empireū) nō moueri: cetere aūt rōnes ſunt ꝓ-
babiles et non neceſſarie. ¶ Ad argumētum in P.
oppoſitū dicēdū ꝙ figura quadrata magis ꝯgruit Pri. prin.
firmitati ſtatus: et hoc precipue in grauibus: non
aūt firmitati nature: celum aūt vel firmamentū hꝫ
firmitatē nature nō ſtatus niſi celū empireū. Et il-
lam habet nō a figura ſed a natura: q̄ ad nullū mo-
tum inclinat: nec habet motorem ſibi deputatum:
vt alie ſpere.

## Sententia ſecunde partis diſtinctio nis .xiiii. in generali et ſpeciali.

Sequitur: dicit deus: fiant lu- Q.
minaria. Superius determinauit ma- Snīa in
giſter de operibus pertinētibus ad re- generali
rū diſtinctionē. Hic vero determinat de
operibus ꝑtinētibus ad ornatū. Circa qd̄ ſciēdum
ꝙ ſicut tres dies aſſignant̄ operibus diſtinctionis
ſic tres aſſignant̄ opibus ornatus. Et diuidit̄ pri-
ma pars in ptes tres. Primo determinat de operi-
bus triū dierū. Scdo determinat quedā ſuperius
iam dicta. Tertio ſubiungit de quiete ſeptime diei
Scda ibi. ſed anteq̄ de formatione hois. Tertia
ibi. iam de ſeptime diei requie. Prima diuiditur in
tres. Primo determinat de ope quarte diei. Secū-
do de ope quinte diei. Tertio de opere ſexte diei.
Scda ibi. dicit deus ꝓducāt aque. Tertia ibi. dicit
deus ꝓducat terra aīam viuentē. Prima iſtarum
diuidit̄ in tres. Primo diſtinguet opa dierū ad in-
uicem. Scdo determinat opus quarte diei. Ter-
tio determinat quedā ꝑtinētia ad illud. Scda ibi.
qꝛ igit̄ celū ceteris elemētis. Tertia ibi. qd̄ aūt ſub-
ditur ⁊ ſint in ſigna. Tertia vero ps in qua deter-
minat de ope ſeptime diei diuidit̄ in tres. Primo
exponit quō deus quieuit. Scdo quō opa cōpleuit
Tertio quō illū diē ſanctificauit. Scda ibi. lꝫ que-
ritur quō ſeptimo die. Tertia ibi. illū etiā diē ſan-
ctificaſſe et hec eſt diuiſio ⁊ ſentētia i gñali. ¶ In R.
ſpeciali ſic ꝓcedit magiſter. Et ꝓponit primo ꝙ tri- Snīa in
bus primis diebus ſuis ptibus eſt diſtincta vniuer- ſpeciali.
ſa machina. Prima enim die facta eſt lux que vniuer-
ſa illuſtrabat. Scda die fctā ē diuiſio ſupioris ptis
mūdi. i. nature celeſtis. Tertia die facta eſt diſti. in-
ferioris ptis ſcꝫ elementaris. Quarta ꝟo die orna-
tum eſt firmamētū ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Poſtea dicit
ꝙ celū quarta die añ alia ornat̄ qꝛ prius ⁊ dignius:
in quo quidē ſunt ſydera locata ad inferioris ptis
illuminationē: ad hoim et quorūdā aīaliū vtilitatē
et ad noctis decorē. Poſtea ponit ꝙ ſydera ⁊ celi lu-
minaria dicunt̄ facta in ſigna ⁊ tpa. In ſigna que-
dē qꝛ aeris qualitatē vl' aeree qualitatis viciſſitudi-
nē ſignificāt. ſ. ſerenitatē ⁊ tēpeſtatē. In tpe ꝟo qꝛ
tpis ptes diſtinguūt in q̄tuor tpa vl' ſunt in ſigna
et tpa. i. in diſtinctionē horaꝝ: tēporū qꝛ ſuo motu
horaꝝ momēta notificāt. Poſtea dicit ꝙ de ope quin-
te diei orte fuerūt aque ⁊ aer qꝛ opus illi⁹ diei fuit
formatio piſciū ⁊ auiū de eadē materia (ſcꝫ de aq̄s).
Poſtea dicit ꝙ de ope ſexte diei ornata fuit terra
iumētis reptilibus ⁊ beſtijs alijs. Subdit autē de
animalibus venenoſis ꝙ creata fuerunt innoxia:
ſed ꝓpter pctīn facta fuerūt noxia. de quibuſdā aūt
minutis aīalib⁹ dicit ꝙ ea q̄ ex elemētis naſcunt̄ tūc
fuerūt creata. Illa ꝟo q̄ ex corpib⁹ nō. Et addit ꝙ
hō fuit factus tanq̄ dñs ⁊ poſſeſſor creaturaꝝ vltio

poſtea ponit ſolennes opiniones. Quidã eñ dixerũt ꝙ per dieꝝ interualla oĩa formata ſunt vt ſupra dictũ eſt. Alij dicũt oĩa ſimul eẽ ꝓducta vel formaliter vt principales p̃tes mũdi: vel materialiter vt nõ principales partes mũdi. Vñ p ſex dies ſex rerum genera vel diſtictiones dicunt ſignari: quã diſtinctionem legiſlator ponit ruditati populi cui loquebatur condeſcendendo vnde potuit ſcriptura diuidere loquendo temporibus quod de⁹ operando temporib⁹ non diuiſit. Poſtea dicit ꝙ alia die dr̃ de⁹ requieuiſſe q: vlterius de⁹ creaturã non ↄdidit que vel in ſe: vel materialiter: vel in ſuo ſimili ꝓducta nõ fuerit. Poſtea dicit qḋ dr̃ cõpleuiſſe op⁹ ſexti diei: q: oĩa ꝑfecit ⁊ ſeptimo die requieuit ƀʒ autẽ hebraicã veritatẽ dr̃ op⁹ ſuũ alio die cõpleuiſſe: q: vltimũ opus. ſ. ſanctificationẽ ⁊ bñdictionẽ adhibuit vel q: alia die ↄpleta vidit. vltio dicit ꝙ dies ſeptim⁹ dr̃ ſanctificatus in myſteriuʒ. ſ. ꝓpter nouũ creaturarũ ſtatuʒ. Et in hoc terminat̃ ⁊c̃.

## Vtrũ corpora cęleſtia habeãt aliquã cauſalitatem ſuper hęc iferiora Queſtio prima.

A. Que. i. Arg. i. Circa diſt. quindecimã querit̃ primo an corpora celeſtia hẽant aliquã cauſalitatẽ ſup hec inferiora. Et videt̃ ꝙ non: q: agens preſtanti⁹ eſt patiẽte: ſed viuens nobilius eſt nõ viuẽte vt vult Aug. lib. de vera reli. ergo celũ cũ ſit non viuens nõ hẽre põt aliquã cauſalitatẽ ſup inferiora ſaltẽ viuentia. Arg. ii. ¶ Item Dama. dicit nos dicimus ꝙ corpa ſupiora nec ſunt cã gñationis coꝝ que gñantur neq̄ corruptiõis coꝝ que corrũpunt̃. In oppoſitum ¶ In contrariũ eſt q: qḋ hʒ cãlitatem ſup ſupremum hʒ et ſup inferiora. Sed celũ hʒ cãlitatem ſup hoĩem qui inter gñabilia et corruptibilia tenet ſupremũ gradũ hõ eñ generat hoĩem ⁊ ſol vt dr̃. ij. phi. ergo ⁊c̃. B. Reſpõſio. ¶ Reſpõſio Duo videnda ſunt que tangunt̃ in argumẽtis. Primum eſt de cauſalitate celi reſpectu oĩm gñaliter. Scḋm erit de cãlitate ei⁹ reſpectu viuẽtiũ ſpãliter. Arti. i. ¶ ꝙ aũt celũ hẽat cauſalitatẽ ſuper oĩa gñabilia et corruptibilia. Patet ſic. Alterãs inalterabile eſt cã oĩs alterationis: ſed celũ eſt alterãs inalterabile: ergo ⁊c̃. Maior pʒ. ſicut eñ oĩs mot⁹ reducit̃ ad mouens imobile; qḋ ẽ prima cã oĩs mot⁹ Sic oĩs alt̃atio reducit̃ ad alterãs inalterabile qḋ eſt cã omĩs alterationis. Minor ſimiliter pʒ. q: alterans inalterabile nõ eſt intelligentia: q: nõ mouet imediate ad formam ſicut patuit ſupra diſt. vij. Alterãs aũt dat formã nec aliqḋ corpus gñabile eſt alterãs inalterabile q: oĩa generabilia et corruptibilia ſunt alterabilia relinquitur ergo ꝙ hoc ſit celũ. C. Articul⁹ ſecũdus. Opĩo. i. ¶ Circa ſcḋm ẽ intelligendũ ꝙ quidã dicũt ꝙ celũ licet nõ ſit viuẽs q: tamẽ mouet̃ a ſubſtãtia viuente ſcʒ ab intelligentia virtute eius põt aliqḋ viuẽs gñare. ſed iſtud nõ videt̃: q: ſi celũ in virtute intelligentie poſſet aliqḋ viuens gñare iſtud eſſet vel p motũ ab intelligentia cauſatũ vel per aliquã virtutẽ ab intelligẽtia influxã. Non per motũ q: ſicut patebit motus localis non põt eẽ rõ aliquid agendi ⁊ nũc ſupponat̃ quod poſtea ꝓbabitur: nec per aliquã virtutẽ celo influxam: q: vel eſſet influxa imediate ab intelligẽtia vl̃ mediante motu. Nõ imediate q: intelligentia non agit ad formã imediate: nec mediante motu: quia p motũ localẽ qualis eſt motus celi nihil acquiritur. Ex his arguit̃ ſic. Qḋ non acq̇rit virtutẽ agẽdi nõ acquirit virtutẽ aliqḋ ꝓducendi: Sed celũ ab intelligẽtia mouẽte ipm̃ nõ acquirit aliquã virtutẽ agẽdi vt ꝓbatũ eſt: ergo ⁊c̃. D. ¶ Jḋ dicẽdũ ꝙ ſicut in ſemine qḋ nõ eſt viuens eſt virtus gñatiua rei viuentis ꝓ eo ꝙ ſemen deciſuʒ eſt a viuẽte Sic in celo licet nõ ſit viuẽs eſt virtus gñatiua rerũ viuẽtiũ: nõ q: motuʒ ab intelligentia: nec q: virtus ſit ei influxa ab aliqua intelligentia creata: Sed q: ꝓductum eſt a deo tanq̄ quodḋ ſemẽ oĩʒ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ et ſic celũ agit in virtute dei ad ꝓductionẽ viuẽtiũ ſicut ſemen equi in virtute equi gñantis ad ꝓducẽdũ equum. Opi. do. Per hoc patet ergo ſolutio ad primũ argumentũ. E. Ad ſcḋm principalẽ ¶ Ad ſcḋm dicendũ ꝙ Dama. intendit negare a corporib⁹ celeſtibus cauſalitatẽ primariã quam aliqui eis attribuebant dicẽtes planetas deos eſſe nõ autem cauſalitatem omnimodã.

## Vtrum cęlum habeat cauſalitatem ſupra actus liberi arbírii. Queſtio ſecunda.

F. Queſt. ij. Argu. i. Secũdo querit̃ur an cęlũ hẽat cauſalitatẽ ſuper act⁹ li. ar. Et videt̃ ꝙ ſic q: ƀm motũ aſtroꝝ p̃dicũt aſtrologi multotiẽs euent⁹ belloꝝ et alioꝝ q̄ ad act⁹ hũanos ptinẽt: ſed hoc nõ eſſet niſi motus corpoꝝ celeſtiũ hẽret aliquã cãlitatẽ ſup lib. ar. ergo ⁊c̃. Secũdo. ¶ Itẽ q̄cquid eſt cã prioris eſt cã poſterioris: ſed eſſe p̄cedit agere: ergo quicq̇d eſt cã ipſi⁹ eẽ eſt cã hui⁹ qḋ eſt agere: Sed celũ eſt cã aĩe q̄tũ ad eſſe qḋ hʒ in corpe q: hõ gñat hoĩem et ſol: ergo eſt cã actionuʒ aĩe in corpe: tales ſũt actiões li. ar. ⁊c̃. In op. ¶ In cõtrariũ ẽ q: ƀʒ act⁹ lib. ar. laudamur vel vituperamur: Sʒ ex his que inſunt nobis ex actõe corpoꝝ celeſtiũ non laudamur nec vitupamur cũ non ſint in ptãte nr̃a ergo ⁊c̃. G. Reſpõ. Reſponſio. intelligendũ eſt ꝙ aliquid hẽre cãlitatẽ ſup actũ vel motũ alteri⁹ contingit dupliciter: cãndo. ſ. vel impediẽdo. Cãndo tripliciter vel q: dat naturã ad quã ſequit̃ mot⁹ vel actus ſicut generãs graue cauſat motũ grauis dãdo g̃uitatẽ ad quã ſequit̃ motus vel in natura ſuppoſita iprimendo ſicut ꝓiciens lapidẽ ſurſum eſt cã motus eius ſurſum. Et vtrumq̄ hoꝝ hʒ p ſe cãlitatem ſup motum grauis preter hoc autẽ eſt aliq̇d qḋ hʒ cãlitatẽ ſup motũ g̃uis nõ per ſe: ſʒ p accñs: ſicut remouẽs ꝓhibẽs (puta tollẽs columnã g̃ui ſuppoſitã ꝓhibẽtem g̃ue deſcendere deorſum) dr̃ mouere ipſum. H. ¶ Hʒ etiã aliq̇d cãlitatem ſup actũ alterius impediendo ipſum dupliciter. Vno mõ directe ſicut cõtrariũ dr̃ p̄dominãs queadmodũ aqua frigida impedit ne ignis cõburat lignũ dũ preualet aqua vel extinguendo ignẽ: vel infrigidãdo ⁊ humectãdo lignũ vt non ſit aptũ cõbuſtioni. Alio mõ quaſi indirecte ſolũ ſubtrahendo obiectũ et ſic elongãs lignum ab igne ĩpedit ignẽ a cõbuſtiõe ligni. I. ¶ His viſis pʒ ꝙ celũ non hʒ cãlitatem ſuper actus lib. ar. primo mõ. ſ. dãdo naturã ad quã ſequat̃ actus q: illud ad quod ſequitur actus li. ar. eſt potẽtia intellectus ⁊ voluntatis hec ãt nõ cãntur a virtute celi vt patebit infra diſt. xvi. ergo ⁊c̃. K. ¶ Item nec ſecundo modo. ſ. in potẽtia li. ar. imprimẽdo ipm̃ actuʒ vel motum. q: bonũ ⁊ malũ quod ĩeſt nobis ab ex-

trinſeco nullo mō pōt hēre rōnem culpe vel meriti ſed ſolū pene: vel premij. Sed actus li. ar. hñt i no bis rōnem meriti cū ſint boni: vel culpe: cū ſūt ma li: ergo nō ſunt in potētia nr̄i li. ar. ab extrinſeco pu ta celo. Minor de ſe pȝ. pbatio ma. q: ſm Augu. i. de li. ar. eſt malū qd̄ patimur: et eſt malū qd̄ facim⁹ malū qd̄ patimur eſt malū pene. Et ex tali malo ȝ ipſum nō dicimur mali: malū qd̄ facim⁹ eſt malum culpe ex quo mali ſumus: Et idē eſt intelligēdum circa bonū. Nā ſicut malū qd̄ patimur nō eſt culpa ſed pena: Sic bonū qd̄ patimur ab alio nō eſt me ritū ſed premiū: vel bonū: Si aūt celū imprimeret in potētia li. ar. ipm̄ actū bonū vel malū tunc eēt ſolū bonū vel malū qd̄ pateremur et nō qd̄ facerem⁹ iō ꝛc. Et idcirco nec pure paſſiuū pōt eē li. ar. q: interpre tari naturā puri paſſiui nō eſt quod poſſit pati: vl' non pati imo neceſſario patitur pñte actiuo. Sed ſi velle cauſetur in volūtate a corpore celeſti volun tas reſpectu ei⁹ eſſet pure paſſiua: q: ſubiectū nō coincidit cū efficiente cā: ergo volūtas in volendo vel eligendo nō eſſet libera. Et ita qui ponit ꝙ ce lum poſſit imprimere in li. ar. deſtruit libertatē ar. ſic ergo pȝ ſcdm̄. ¶ Sed anteq̄ pcedam⁹ ad tertiū

L. mēbrum. ſ. an celū poſſit agere in li. ar. indirecte ſi cut remouens phibens: oȝ primo videre an li. ar. poſſit ipediri: vel phiberi ab actu ſuo p actionē cor poris celeſtis: et dicendū ꝙ nō directe ſicut aliquid ipeditur p contrariū pdominās q: nihil impedit ſe actū alterius niſi ponendo actū ſuū circa idē ſub iectum cū actu alteri⁹: (vt patet in exēplo ſupra po ſito de aqua reſpectu ignis ꝛ ligni) Et rō eſt q: con traria cōpatiunt ſeꝫ diuerſis et ſolū impediūt ſe reſpectu eiuſdē. Sed celū nullā impreſſionē poteſt habere in li. ar. vt ſtatim pbatū eſt: ḡ ꝛc. ¶ Itē ſi cut ſe hñt velle et intelligere ad pſecutionē ſic ſe hȝ naturalis inclinatio rei ad motū ſequentē. Velle eñ et eligere non ſunt aliud q̄ inclinatio volunta tis in rem volitā. Proſecutio aūt eſt mot⁹ in rem. Sed nulla res pōt impediri a ſua inclinatione ſtā te natura rei: licet poſſit impediri a motu ſequente ſicut graue nō pōt impediri quin inclinet deorſuȝ mediate ſua grauitate: ꝛ exñte loco deorſū ad quē inclinatur pōt tñ impediri ne moueat deorſum: ḡ ſimiliter voluntas pñtato volibili nō poteſt impe diri per ſe ne inclinet libere in illud: que inclinatio eſt ſua volitio ſeu electio: tñ pōt impediri a pſecuti

M. one voliti. ¶ Nunc reſtat cōſiderare de quarto mē bro in quo et tertium membrū omiſſuȝ implicabit. Videndū ḡ vtrū liberū ar. poſſit impediri p actio nem corporis celeſtis indirecte remouēdo obiectū ꝛ pȝ ꝙ ſic: q: oē quod fit p ſolā alterationeȝ corpis ſubiacet actioni corpis celeſtis. q: celū cū ſit alterās inalterabile eſt cā oīs alteratōis vt dictū eſt in pre cedente queſtione. Sed impedimentū electiōis voluntatis p abſentiā obiecti fit p ſolā alterationē corporis vt pȝ in pfundo ſomno in quo ligatis ple ne virib⁹ ſenſitiuis miniſtrātibus intellectui: circa ſuum obiectū intellect⁹ non poteſt deliberare: nec voluntas eligere et hoc mō impedit oīno rō a deli beratōe: et voluntas ab electiōe. Alio aūt mō im pediunt non totaliter ſed ſoluȝ a debito actu. ratio quidē a cōgrua deliberatōe: et volūtas a debita ele ctione qd̄ fit p alterationē nō ligantē ex toto vires ſenſitiuas. ſed immutantē eas a debita diſpoſitōe ſicut eſt in freneſi: ꝛ ſimilibus infirmitatib⁹ i quib⁹

non poteſt eē: nec plena deliberatio: nec libera ele ctio: q: rō nō poteſt plene cōſiderare circunſtātias reꝝ pter motū ꝛ turbationem in fantaſie in qua rei preſentatur ipſi ſuū obiectū nec fantaſia mouetur ad imperiū voluntatis predominātē maiori motu alteratōis. Sic igitur pȝ ꝙ celū hȝ cāılitatem ſuper li. ar. impediendo actū ei⁹ indirecte p ipedimentū viriū ſenſitiuaꝝ. ¶ Et per idē patet ꝙ hȝ cāılitatem ſup ipſum cāndo actū ei⁹ vt remouens phibens: q: ſicut vires ſenſitiue ligantur vel ledunt p altera tionē ſomni vel infirmitatis: ſic ſoluunt vel curant p cōtrariā alterationē: Sed corpus celeſte hȝ cāli tatem ſup oēm corporalē alterationē: ḡ ꝛc. Et obie ctum volūtatis eſt illud quod repñtat ei ſub rōe bo ni: ſed per alterationē factā circa corp⁹ nr̄m: aliqd apparet magis vel minus bonū ſicut calefacto cor pore venerea apparēt delectabiliora. frigefacto aūt min⁹: ergo per alterationē factam circa nos a cor pore celeſti poteſt volūtas plus: vel min⁹ moueri.

¶ Ad primū argumētū dicendū ꝙ iudiciū aſtrolo goꝝ de futuris particularib⁹ ad li. ar. nō eſt certuȝ ſed deficit in multis. Contingit tamē qñq; eos ve ra predicere precipue q̄tū ad hoies ſequentes ap petitū ſenſitiuum in quē imprimit corpus celeſte: ꝛ mediāte quo repreſentatur intellectui et voluntati ſuum obiectū ſub rōe boni vel melioris qd̄ tamen intellectus poteſt diſcutere et examinare et volun tas libere refutare qd̄ faciūt virtuoſi: vnde ꝛ aſtro logi dicūt ꝙ vir ſapiēs dñabit aſtris. ¶ Ad ſcdm̄ dicendū ꝙ celū non eſt cā aīe q̄tū ad eſſe quod hȝ in corpore niſi diſpoſitiue q: eſſe aīe in corpore eſt a deo qui eā creat infundendo et infundit creādo. Corpus aūt celeſte eſt ſolū cā diſponēs ſubiectū. Et ſimili modo celū non hȝ cāılitatē diſcretaȝ ſup actio nes pprias aīe inclinādo voluntatē in eas directe impediendo ſed ſolū indirecte inq̄tum diſpoſitio corporis facit ad preſentationem obiecti modis q̄ bus expoſitum eſt. N. Ad primū principale. O. Ad ſcdm̄

## Vtrum cęlum agat per motum. Queſtio tertia.

Ertio quęritur vtrum celum agat per motū. Et videt ꝙ ſic q: ſicut ſe habet terminus ad terminum: ſic actio ad actionem: Sed terminus motus lo calis eſt cauſatiuus termini gñatiōis et alteratōis ergo ꝛc. Maior pȝ: q: rōnes actionū et motuum ſu munt ex terminis. Minor pbat q: locus qui eſt ter minus mot⁹ localis eſt cā forme que eſt terminus gñationis et alteratōis: locus eñ confert ad gña tionem vt dicit Por. quēadmodū pater ergo ꝛc. P. Queſtio. Arg. i.

¶ Item gñatio et alteratio ſunt cauſa motus loca lis: ḡ ꝛ econuerſo. Añs patȝ. generās eñ graue mo uet ipſuȝ vt dr̄. viij. phi. Magnes etiā alterādo fer rum trahit ipſum. Probatio pñe q: perfecti eſt age re Sed motus localis eſt pfectior alteratione ꝛ ge neratōe: q: non eſt niſi pfectoꝝ: ergo magis debȝ eſſe cā eoꝝ q̄ econtrario. ¶ Item ſcdo celi ꝛ mun di dr̄ ꝙ motus localis hȝ ignire ligna ꝛ lapides: ꝛ ferrum ¶ Contra. quod cōpetit q̄to quatenus q̄tum non pōt eē alicuius actōis principiū. Sed mo tus localis eſt hmōi: ſm eñ prius et poſteri⁹ in ma gnitudine eſt prius et poſteri⁹ in motu locali vt ap paret ex. iiij. phi. li. ꝛc. ¶ Rñſio. Hic e pre intelligen dum eſt ꝙ differunt motus: et actio: q: motus eſt Secūdo. Tertio. In op. Q. Rñſio.

quecunq mutatio ſucceſſiua ſiue ad locū ſiue ad formā. Actio aūt ſolū eſt mutatio ſm formā. Cum igit querit vtrū celū agat p motum. intelligit de actione ꝓprie dicta per quā celū creat aliquā formam ſubſtantialē vel accidentalē in iſtis inferioribꝰ quo

A. ſuppoſito dicendū eſt ꝙ illud p quod aliquid agit poteſt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ illud ſit ratio formalis in agente per quā agit ſicut calor in igne eſt formal' rō per quā calefacit: Alio modo poteſt intelligi agere p aliqd qḋ nō ſit ſibi rō agēdi mō iā dicto: Sed q ipſamet actio: ſicut ignis dr calefacere per calefactionē. Et preter iſtos duos modos quidā addūt tertiū: videlicet ꝙ aliquid dr agere p alteꝝ qḋ nec eſt ſibi rō agendi tanq̄ forma: neq ē ipſamet actio: ſed eſt aliquid neceſſario requiſitum ad hoc ꝙ agens agat: ſicut ponit exēplum de ſecuri que ad hoc ꝙ poſſit ſecare requirit ꝙ ſit acuta: τ de materia dura: requirit etiam ꝙ ſit mota a ſecante. Sed duo prima .ſ. acuties τ durities ſūt ei rō agēdi tanq̄ forma agentis: Sed motꝰ ſolum eſt ali-

B. quid neceſſario requiſitū ad hoc ꝙ ſecuris agat vt inſtrumentū quod nō agit niſi motū. ¶ Si ḡ queſtio intelligat primo mō ſic dicendū eſt ꝙ celum nō agit per motū q motus localis non eſt ſibi formal' rō agendi nec vniuerſaliter aliquis motꝰ ſm ſe: ſz ſolū rōe termini. Quod pz ſic. illud qḋ nō ponit in eo in quo eſt aliquid abſolutū nō poteſt eſſe principium actionis: q ſicut reſpectus ſm ſe non terminat aliquā actionē: ſic nec principiat: principiū enim actōis et terminꝰ ſibi inuicem correſpōdent. Sed motꝰ ſm ſe non ponit in eo in quo eſt aliquid abſolutum. Sed ſi ponit hoc eſt rōe ſui termini: ḡ mo-

C. tus ſm ſe non pōt eſſe rō ſeu principiū alicuiꝰ actionis: in alteꝝ niſi rōe termini tm̄. Et hoc poteſt dici de motu alteratōis: Aqua eñ calefacta poteſt alteꝝ calefacere non ſolū ceſſante motu calefactōis: ſed etiam dū eſt in calefieri: q iā hz aliquid de termino. ſ. de calore. In motu aūt locali neutrū eſt: q

D. nec rōe ſui: nec rōne termini ad quē eſt: ponit aliquid abſolutū qḋ pz multipliciter. ¶ Pmo q oē qḋ ponit in aliquo formam abſolutā quancunq: facit ipſum aliud: vel alteꝝ: forma eñ ſubſtātialis facit aliud: accidētalis vero alterū: Sed motus localis non facit aliud: nec alteꝝ: q iā eſſet ḡnatio vel alteratio ḡ τc. Itē ſi poneret aliquid abſolutum illud eſſet locus: ſed locus nō eſt in locato: ſed locatum in locāte. Eſt eñ vltimum cōtinentis: ergo τc. Itē nō omne mouens eſt agēs (primo de ḡnatione) ſz ſi motus localis poneret aliquid abſolutū oē mouens eſſet agens: In alijs eñ a motu locali non ē inſtantia: ḡ τc. Nullo ergo mō pōt motus localis alicuiꝰ eſſe rō agendi: nec hoc aſſerunt vnq̄ aliqs

E. doctor. vt puto. ¶ Item nec ſcḋo modo motꝰ celi poteſt eē actio per quā celum agat in alteꝝ: q actio non eſt in agente: ſed in paſſo. Sed motus celi eſt in celo: et vniuerſaliter oīs motus eſt in mobili cuius eſt motus: ergo motus celi vel cuiuſcunq mo-

F. bilis nō poteſt eſſe actio per quā celū vel quodcunq aliud mobile agat in alteꝝ. ¶ Si autē tertio mō intelligat queſtio. ſ. an motus celi requirat ad hoc vt celum agat in hec inferiora: licet non ſit rō agendi vt dictū fuit in exēplo adducto de ſecuri. Sicē

G. duplex modꝰ dicendi. ¶ Quidā eñ dicunt ꝙ ſi ce-

Opio.i. lum non moueret nullo modo poſſet agere in hec inferiora. ¶ Quod pbāt tripliciter. primo q moue-

Prob.i. re non motum videt eſſe ꝯditio primi mouentis: Sed nullū corpus poteſt eē primū mouens: ḡ nullum corpus poteſt agere ſine motu. ¶ Secūdo q Prob.ij. primū in vnoquoq ḡne eſt cā alioꝝ: ſed motus localis eſt primus motuū (vt pbat. viij. phi.) ḡ motꝰ localis eſt cā alioꝝ motuum: ſed amota cā amouetur effectus: ergo τc. ¶ Tertio q oīs motus eſt p- Prob.iij. pter indigentiā ſupplendā: ſed motus celi non eſt ad ſupplendam indigentiam celi: ergo eſt ad ſupplendā indigentiā inferioꝝ. Sed illa non ſupplet niſi p aliquā cāſitatē: ergo celū p motum hz aliquā cāſitatem. Et iō iſti dicūt ꝙ ceſſante motu celi ceſſet oīs actio naturalis eius in hec īferiora et actio inferioꝝ inuicē maxime illa que eſt ad ḡnationem et corruptionē. Et ꝓpter hoc ſi ceſſante motu celi

H. poneretur ſtupa iuxta ignē nō ꝯbureret. ¶ Alij di-

Alia opi. cunt τ verius ꝙ motus celi non requirit ad hoc: vt agat in hec inferiora. Sed ſolū ad nouitatem actionis: et alternationē generatōis τ corruptōis: et ceterarum mutationū. Primum pbatur tripliciter Primo q qḋ non eſt neceſſariū in corpe ḡnabili τ corruptibili ad agendū: nec in celo. Sed motus localis non eſt neceſſarius in ḡnabilibus τ corruptibilibus ad hoc vt agant: ergo nec in celo. minor patz q magnes nō motus localiter alterat ferrum: Et ignis non motus localiter calefacit oē ſibi appoſitū: q ſi moueat accidit hoc: q̄re τc. Secūdo q celū empyreum agit in hec inferiora vt aliqui doctores etiam ipſimet ponunt: τ tñ non mouet localiter: ḡ motus local' non eſt neceſſariꝰ in celo ad agendū. Tertio q articulus eſt cōdemnatꝰ ꝙ ignis ceſſante motu celi nō cōbureret ſtupā ſi ſibi apponeretur igit motus localis non requiritur in celo ad hoc vt agat in hec inferiora. ¶ Secundum pz. ſ. ꝙ exiga-

I. tur ad nouitatē: vel alternationē actionū. Q ad actionē requirit ꝙ agens τ paſſum ſint approximata: quo facto neceſſario ſequitur actio niſi ſit aliud impedimentū. Si igit ſit aliqua actio de nouo oz ꝙ de nouo actiuum ſit approximatū paſſiuo: Hec autē approximatio fit p motum localē: Et iō motꝰ localis preexigit ad nouitatē actōis. Et ad hūc intellectū ꝓcedit rō prima. Ariſt. viij. phiſi. ad pbandum ꝙ motus localis eſt primus motuum. Requiritur etiā ad alternationē actionum. Quia eñ idē manens idem natū eſt facere idem (vt dr. ij. de gc.) ideo ſi celum nō moueret ſol et aſtra que ſemp eodem modo ſe hērent ad determinatas partes terre ſemper idē facerent: nec eēt in eadem parte alternatio diei et noctis: caloris et frigoris: eſtatis τ hyemis: Sed vnum et idē ſemp. ad hoc igit vt ſit circa eaſdē partes terre hoꝝ alternatio requirit: ꝙ corpora aſtroꝝ per motum approximent diuerſis partibus terre et non ſemp eiſdē. Et hec eſt intentio Ariſt. in. ij. de gc. vbi innuit ꝙ motus circuli obliqui eſt cā alternationis ḡnationis et corruptōis: q adducit τ abducit generans. Sic igit pz ꝙ motꝰ localis non eſt rō agendi in alteꝝ: nec exigit ad actionē niſi ꝓpter actōis nouitatē vel alternationē.

K. ¶ Ad rōnes cōtrarie opinōis reſpōdēdū eſt. ad

Ad prim pri. opi. primā: ꝙ cōditio primi mouentis non eſt ſolum ꝙ moueat immotū: ſed ꝙ ſit immobile. Iſtud autem non competit alicui corpori: primū tamē poteſt bñ

L. cōpetere. ¶ Ad ſcḋm dicendū ꝙ illud intelligitur

Ad ſcḋm de primo in ḡne cāſitatis: primum eñ efficiens eſt cauſa oīm efficientiū. Materia etiā prima eſt cauſa ſubiectiua oīm alioꝝ: Similiter τ vltimus finis q̄ dr primus hoc eſt principalis in ḡne finiū eſt cā fina

lis aliorum. Primū aūt in gñe predicamētali nō oꝫ eſſe cām alioꝝ. Color eñ albus qui eſt prim⁹ in genere coloꝝ nō ē per ſe cauſa alioꝝ: aliquo gñe cauſalitatis. Motus aūt localis nō eſt primus oīm motuum primo mō ſcꝫ in gñe cāūtatis: qꝛ nullū genus cāūtatis p ſe inuenit inter ſpēs motus vt patet deducendo in ſingulis generib⁹ cauſaꝝ. Item nec motus localis eſt prim⁹ motuū in genere predicamentali. qꝛ motus non eſt in vno genere: ſed i pluribus: ſicut alternatio in genere qualitatis: augmētum ꝛ diminutio in gñe q̄titatis: loci mutatio in p̄dicamento vbi: qualiter ergo dicit prim⁹ motuum dico ꝙ ſꝫm tempus reſpectu nouitatis: et alternationis alioꝝ vt deductum eſt. ꝛ ſic probat Ariſtoteles ipm̄ eſſe primū. viij. phy. vt patet bñ cōſiderāti proceſſum ei⁹. Supponit enim alternationē gñationis et corruptionis eē ab eterno. Ex quo concludit ꝙ neceſſariū eſt aliquē motū localē eſſe eternū per quē fiat alternatio alioꝝ motuum. Et iſto mō bñ conceſſum eſt motū localē precegi reſpectu aliorum motuum.

M. Ad tertiū. ❡ Ad tertiū dicendū ꝙ motus celi eſt ꝑpter indigentiā hoꝝ inferioꝝ q̄tum ad alternationē caloris: ꝛ frigoris: ꝛ ſimiliū que alternatio requirit acceſſum et receſſum ſolis et ſtellaꝝ et motu ſuo: ſed actio tota cauſaliter eſt a formis corum ſubſtantialibus et accidētalib⁹.

N. Ad prim̄ pñcipale. ❡ Ad argumenta principalia. ❡ Ad primū dicendū ꝙ locus non eſt terminus motus localis cū preexiſtat motui: ſed eſſe in loco eſt terminus motus localis. Et dato ꝙ locus eēt terminus: tamē accidit ei ꝙ ſit cā gñationis. Non eñ eſt cā quatenus locus ſed per qualitatem aliquā ꝯtinentis cuius termin⁹ eſt loc⁹ Corpus eñ locās pōt eē gñans: ſed hoc cōtingit ei per aliquā qualitatē. nō autē rōne ſue ſuperficiei ſꝫm quā contingit eſſe locū.

O. Ad ſcdm. ❡ Ad ſecundū dicendū ꝙ licet motus localis requirat ſubiectū magis perfectum q̄ gñatio. vel alternatio: ipſe tamen mot⁹ eſt minus ꝑfectus q̄ gñatio vel alternatio: qꝛ ſicut agens eſt perfectius qd̄ minus ſupponit in actione ſua: et plus ꝑducit: ſic gñatio et alternatio ſunt ꝑfectiores q̄ motus localis: qꝛ plus ponunt et min⁹ ſupponunt.

P. Ad ter̄tiū. ❡ Ad tertiū dicendū ꝙ mot⁹ localis per ſe nō hꝫ aliquid ignire: Sed in aliquib⁹ motis ſequit ignitio ad motum coꝝ in q̄tū calor virtualiter in eis exñs q̄dam forti cōpreſſione partiū vigoratur et ſuſcipit augmētū: Iſtud aūt logic⁹ hꝫ videri ſupra. ij. celi ꝛ mundi. ꝛ ſupra primū Metheo.

## Sentētia huius diſtinctiōis .xvi. in generali et ſpeciali.

Q. Sētentia in gñali. His excurſis ſcilicet de hominis formatiōe Superius determinauit de creatura pure ſpūali ꝛ de creatura pure corporali. Hic vero determiat de creatura media. ſ. de hoīe. Et diuidit in duas. Primo determinat de hoīe q̄tum ad ſui ꝑpriam inſtitutionem Secūdo q̄tū ad eius lapſum dicens: videns igitur diabolus hoīem. Prima in duas. Primo determinat cōditionis hūane principium. Scdo oſtēdit hoīs ōditi ſtatum diſt. xix. Prima diuiditur in duas. Primo eñ in gñali ꝑponens hoīs ꝑductionem oſtēdit ipſum eſſe creaturā ad dei imaginem. Secundo magis in ſpeciali pſequit modū ſue creationis. Secūda incipit in principio. xvij. diſt. ibi. hic de origine aīe. Prima eſt principiū lectōis. Et diuiditur in duas. Primo eñ oſtendit hominē ad imaginem dei eſſe creatum. Secundo determinat ſꝫm quam partem ſui ad imaginem dei ſit creatus. Secunda ibi. factus eſt ergo hō ſꝫm imaginē dei. Prima diuidit in quattuor. Primo ꝑponit ſuū intentū. Secūdo oſtēdit qd̄ ꝑpoſuerat. Tertio excludit quorundā opinionē. Quarto addit quandā declarationē ſue expoſitionis. Secunda ibi. imago aūt ꝛ ſimilitudo. Tertia ibi. filius vero ꝑprie. Quarta ibi. veruntamen hic ꝛc. Secūda pars pñcipalis factus eſt ergo hō ſꝫm animā vbi determiat ſꝫm quā partē hō ſit ad imaginē dei creatus: diuiditur in duas. Primo oſtēdit hoīem eſſe formatū ad imaginē diuinitatis non ſolius patris ꝛ filij. Secundo oſtendit quo modo differenter imago hominis et filio cōueniat. Secūda ibi quocirca homo. Hec eſt diuiſio lectiōis ꝛc.

R. In ſpāli. ❡ In ſpeciali ſic procedit et ꝑponit primo in gñali que intendit de creato hoīe ꝑponit ergo qualis creatus ſit homo. Et reſpondet ꝙ ad imaginē dei ſicut hētur in Geñ. faciamus hoīem ꝛc. In quibus verbis oñdit vnitas eſſentie et trinitas perſonaꝝ. Poſtea dicit ꝙ illud poteſt accipi ꝑ imagine increata que eſt idē qd̄ diuia eſſentia in qua pſone ſibi aſſimilant: vel ꝑ creatura in qua factus eſt homo. Et ſꝫm quā deo aſſimilatur. Sed qꝛ imago relationē importat ad illud cuius eſt imago: et ad cuius ſimilitudinē facta eſt iō eſſentia nō proprie imago dicit. Poſtea dicit ꝙ aliqui crediderūt ꝙ filius eſt imago: hō vero non eſt imago ſed ad imaginem hanc opinionem reprobat ꝑ Apoſtolū. Alij vero dixerūt ꝙ filius eſt imago: ſed ſpūs ſanctus dr̄ ſimilitudo: homo vero ſit ad imaginē et ſimilitudinē. Et hanc opinionem etiā nō approbat. Poſtea dicit ꝙ hō factus eſt ad imaginem ſꝫm naturalia: ad ſimilitudinē vero q̄tum ad virtutes theologicas: vel ad imaginē q̄tū ad cognitionē ad ſimilitudinē q̄tū ad effectum: vl̄ dilectionē boni: vel ad ſimilitudinē q̄tum ad eſſentiam et ad imaginē q̄tū ad ſuperaddita eſſentie. Poſtea dicit ꝙ ſꝫm aīam homo dr̄ eſſe imago dei: fili⁹ dei ꝑprie eſt imago patris: homo vero ē imago ꝙ etiā ad imaginē Et iō hoc non habet a ſe ſed habet cā ꝑ creationē. Et ſubdit ꝙ huiuſmodi imaginis ſignum eſt erecta ſtatura que apparet in corpore: et in hoc terminatur ꝛc.

## Vtrum in ſolis creaturis intellectualibus ſit imago.

### Queſtio prima

S. Arg. ĩ. Circa diſt. xvi. queruntur duo. Primum eſt vtrū in ſolis creaturis intellectualibus ſit imago. Et videtur ꝙ non qꝛ imago dei reperitur in creaturis: vel vt imitant eſſentiā diuinā ſub rōne nature vel ſub rōe idee: non vt imitant ipſam in rōe nature Quia ſꝫ Hylariū imago eſt ſpecies indifferens: Sed quo ad eſſe naturale quelibet natura differt ab eſſentia diuina: plus q̄ ſpecie: ergo vt imitantur ipſam ſub rōne idee: Sed creatura irrationalis eque perfecte imitatur ideā ſꝫm quā ꝑducatur ſicut creatura rōnalis: ergo in vtraꝗ reperit eq̄lr imago.

In op̄. ❡ In contrariū eſt qd̄ dicit Aug. xiiij. de trini. ꝙ aīa ē ad imaginē dei qꝛ capax eius eſt. et loquit de capacitate per cognitionem et amorē: ſed hec non inuenit

A. in creaturis irrationalib⁹: ergo ꝛc. ¶ Reſpōſio. vi denda ſunt duo. Primū eſt qualiter poſſit imago dei reperiri in creaturis. Secūdū erit in quib⁹ creaturis reperiat̄. ¶ Circa primū ſciendū φ cū imago dicat pfectā repñtationē eius cuius eſt imago hoc poteſt fieri dupliciter. Uno mō participando eandē ſpeciem ſicut filius ſimillim⁹ patri dr̄ imago patris Et hoc modo in diuinis filius dr̄ imago patris: Sp̄s tñ ꝓprie dr̄ imago q2 non eſt participatione eſſentie diuine ſimilis patri: ſed idē. Alio modo dr̄ aliquid imago alteri⁹ non quid participando eandem ſpeciem: ſed alterā: ſpeciei tamē demōſtratiuam: Sicut imago Herculis dr̄ aliquid ſculptū in lapide vel pictū in pariete quod licet ſit alterius nature a natura Herculis: tamē Herculē demōſtrat vel repñtat. Primo mō nulla creatura poteſt eſſe imago dei. Secūdo autē mō poteſt vt ſtatim patebit.

Reſſio. B. Articul⁹ primus.

C. Articul⁹ ſcdus. ¶ Quantū ad ſcdm̄ notandū eſt φ imago dei in creaturis dr̄ dupliciter. ſ. quo ad eſſentialia: vel quo ad perſonalia que dr̄ imago trinitatis: imago quo ad eſſentialia ꝯſiſtit in repñtatōe diuine nature per naturam creatā: ſed imago trinitatis non conſiſtit in repñtatiōe trinitatis increate per creaturam quo ad naturā partium trinitatis vt ſic loquimur. Non eñ ſicut partes trinitatis icreate ſunt pater et filius ꝛ ſpūs ſan. ſed tria ſuppoſita: ſic partes trinitatis create ſunt pater et fili⁹ ꝛ ſpūs ſanct⁹ Tria ſuppoſita: ſed ꝯſiſtit imago trinitatis in ſimili ꝓportiōe partiū hic et ibi. vt ſicut in trinitate increata ſunt tria hñtia talē hītudinē originis ſicut in trinitate creata. Et iō cōſueuit dici φ eſt ibi quedā ꝓportionabilitas q̄ eſt hītudo duaꝝ ꝓportionū. dicendū ergo φ in ſolis creaturis intellectualibus reperitur imago dei. quo ad eſſentialia ꝛ quo ad perſonalia: qḋ primo pȝ de eſſentialibus. Illud eñ ſolum poteſt habere rōnem imaginis qḋ eſt productum in participatiōe vltime: et cōplete: ꝛ quaſi ſpecifice pfectiōis diuine. Cuius rō eſt q2 imago vt dictum eſt dr̄ aliquid ꝓductū in expreſſam ꝛ ſpecificā repreſentationē: ſed ſola creatura itellectualis eſt hmōi vltima eñ ꝛ quaſi ſpecifica pfectio ſiue i deo intellecta ſiue rebus cōicata eſt intellectualitas: ꝫ ꝛc. Idem pȝ de imagine trinitatis q2 ibi eſt ſolum inuenire imaginem trinitatis vbi ſunt tria vnū in eſſentia et diſtincta relationib⁹ originis: hoc autē eſt ſolū in creaturis rōnalibus vel intellectualibus quo ad memoriā: intelligentiā: ꝛ voluntatē: ergo ꝛc.

D. Ad primū pncipale. ¶ Ad argumentū in oppoſitū dicendū φ creatura dr̄ imago dei q2 repñtat eſſentiā diuinā quo ad eſſe nature ꝺm illud qḋ intelligit in deo qſi ſpecificū. Hoc aūt fit non pticipando eandē naturam ꝺm ſpeciē: de qua imagine pcedit dictū Hylarij: ſꝫ participando aliā naturā diuine tñ nature repñtatiuam ꝺm illud qḋ in deo itelligit qſi ſpecificū: imago aūt trinitatis attēdit ſꝫ ſimilitudinē vt dictū ē.

## Vtrum imago equaliter ſit in homine et in angelo. Queſtio. II.

E. Que. ij. Argu. i.

Secundo queritur vtrū imago equaliter ſit in hoie et in angelo vel ſit in vno perfecti⁹ q̄ in altero. Et videt̄ φ ſit eq̄lit in vtroq3 q2 ꝺm Aug. xiiij. de trini. mens ad imaginē dei eſt: q2 capax eius eſt particepſq3 eius eſſe poteſt: Sed capacitas mentis humane et angelice equalis eſt: Erimus eñ equales angelis dei in celis. ergo ꝛc.

In oppoſitum. ¶ In contrariū ē qḋ dicit Greg: quanto in angelo ſimplicior eſt natura tanto in illo imago dei magis inſinuat̄ impreſſa.

F. Deciſio q̄ſtionis. ¶ Reſponſio. dicendū φ ſi loquamur de imagine q̄tum ad eſſentialia ſic non reperitur equaliter in hoie ꝛ i angelo: ſed pfectius in angelo q̄ in homie. qḋ pȝ q2 in illo eſt verior et expreſſior rō imaginis: qḋ eſt ꝓductū in maiori pticipatione diuine perfectionis: hoc autē eſt magis angelus q̄ homo: g ꝛc.

G. ¶ Si vero loquimur de imagie quo ad perſonalia: que ē imago trinitatis: ſic eq̄liter ē i vtroq3 imago. q2 vbicūq3 inuenit̄ eadē ꝓportio: inuenit̄ ꝺm gradū indiuiſibilē non obſtāte diuerſa pfectione ꝓportionabiliū: Sicut eadē eſt ꝓportio duoꝝ ad quattuor Et octo ad ſexdecim q2 dupla: Sed imago trinitatis inuenit̄ in creatis: q̄tū ad ꝓportionē quā hñt partes imaginis create ad ſimilitudinē partiū imaginis increate: et non q̄tū ad repñtationē partium p partes q̄tū ad naturas eaꝝ (vt dictū eſt in q̄ſtōe precedēte) ergo vbicunq3 inuenit̄ hec ꝓportio inuenit̄ ꝺm eūdē gdū nō obſtāte diuerſa pfectiōe ꝓportionabiliū. q̄q̄ ergo partes imaginis pfectiores ſint in angelo q̄ in hoie: ſcꝫ memoria: itelligentia ꝛ voluntas: ſicut natura intellectualis in q̄ ſunt dāt: tñ eadē eſt hic et ibi partiū hītudo ꝛ ꝓportio: et per ꝯñs eadē: q2 equalis rō imaginis.

H. Ad primū pncipale. ¶ Ad argumentum in oppoſitū dicendū φ mētis hūane ꝛ angelice non eſt eadē capacitas per naturā: ſed per gratiā: ꝺm naturā eñ pfectius capit de⁹ ab āgelo q̄ a nobis. Et ideo in angelo quo ad eſſentilia eſt pfectior rō imaginis ſicut et pfectior natura intellectualis. Non aūt quo ad pſonalia: q2 illa attenditur quo ad ſimilitudinē ꝓportiōis que eſt i homie et angelo eadē et equalis: vt dictū eſt.

I. Ad arg. in oppo. ¶ Argumētum autē in oppoſitum pcedit de imagine quo ad eſſentialia que pfecti⁹ eſt in angelo q̄ in homine.

## Sententia huius diſtinctionis .xvii. in generali et ſpeciali.

Di. xvij. K. Snīa in generali.

Hic de origine anime Superi⁹ determinauit magiſter de creatōe hois in gnāli. hic vero pſequit̄ in ſpeciali. Et diuidit̄ in duas Primo determinat ꝓductionem viri Secūdo mulieris in principio. xviij. diſtin. ibi. In eod vero paradiſo Prima eſt principiū lectiōis et diuidit̄ in tres. Primo determinat ꝓductionē hois q̄tum ad aīam Secūdo q̄tum ad etatem corporis. Tertio q̄tum ad locū. Secūda ibi. Solet ita queri. Tertia ibi. hoiem ita formatum. Prima diuidit̄ in duas. Primo inquirit principiū effectiuum ipſius aie. Secūdo inquirit de creatōe ipſius q̄tum ad corpus. Secūda ibi. ſed vtrū in corpore an extra corpus. Tertia principalis diuiditur in duas. Primo inquirit vtrū ille locus fuerit ſpūalis vel corporalis. Secūdo oſtēdit φ corporalis fuerit. Et oſtendit qualiter ornatus fuerit. Secūda ibi. In hoc aūt paradiſo. Hec eſt ſententia ꝛ diuiſio lectōis in generali.

K. Snīa diſt. in ſpeciali. ¶ In ſpeciali ſic ꝓcedit magiſter Et ꝓponit primo φ anime creatio exprimit̄ cū dr̄ in ſpi. in faciem ei⁹. ſpi. vite. Et ſubdit φ non ſpirauit faucibus vel manib⁹ corporeis: nec aīam de ſui ſubſtantia emiſit ſicut quid heretici dixerunt: Sed dr̄ inſufflaſſe q̄ñ aīam fecit que aīa eſt flatus quid. Poſtea querit vtrū aīa primi hois creata fuerit añ corpus. Et reſpōdet φ quid

dixerũt ꝙ ſine corpore creata fuit. Poſtea vero naturali appetitu quod corpori fuit vnita. Alij tamen in corpore eã fuiſſe creatam dicũt: tamen ſubdit ꝙ quicquid de ea fuerit de alijs animalib⁹ ita eſt ꝙ infundendo creant̃ et creando infundunt̃. Poſtea querit vtrũ homo fuerit creatus in virili etate. Et reſpõdet ꝙ ſic, non virtute creata ſed diuina. vbi ẽt ſubdit ꝙ multa ſunt poſſibilia ſm cauſas ſuperiores que non ſunt poſſibilia ſm inferiores. Poſtea dicit ꝙ hoĩem ſic formatũ poſuit deus in paradiſo q̃ locus a quibuſdã tm̃ corporaliter: a quibuſdã tm̃ ſpũaliter. a magiſtro vero corꝑaliter ⁊ ſpũaliter intelligit̃: Ultimo dicit in hoc paradiſo fuiſſe lignũ vite quod ſic intelligendũ eſt ꝙ vim hẽbat vitam cõſeruandi lignũ ſciẽtie boni ⁊ mali qḋ non a natura habuit tale nomen. ſed ab euentu: q: poſt guſtũ homo experimentalit̃ cognouit quid ſit obedientie bonũ et inobedientie malum: eſus ãt illius ligni licit⁹ fuit: ſꝫ homini fuit interdict⁹ ad oſtendendũ q̃tum malũ fuit inobedientie q̃ graue peccatũ eſt etiã ſi ꝑ eaꝫ fiat quod de ſe licitum eſt. Et in hoc ter. ⁊c.

## Queſtio prima.

## Vtrum anima intellectiua vniatur corpori tanq̃ forma.

L. Que .i. Arg .i. Circa diſtinctionẽ iſtã primo queritur vtrũ aĩa intellectiua vniat̃ corpori tanq̃ forma. Et videtur ꝙ non: q: qḋ ineſt alicui ſm ſe ſemꝑ ineſt ei. Sed forme ſm ſe ineſt vniri materie; ergo ſemꝑ conuenit ei q̃diu eſt. Sed aĩa intellectiua corpori non vnita remanet: ſeparatur em̃ a corpore ſicut perpetuũ a corruptibili. ergo ⁊c.

Prob. ili. ¶ In cõtrariũ eſt: q: differentia ſumit̃ a forma rei ſed rõnale eſt differẽ-

M. tia ſpecifica hoĩs que cõuenit ei rõne aĩe intelle-

Reſpõſio ctiue: ergo ⁊c. ¶ Reſpõſio. Abſolute dicendũ eſt ꝙ aĩa intellectiua vnitur corpori ſicut forma. Ad hoc autẽ probandũ nõ põt efficacior rõ hẽri q̃ illa quã ponit Ariſt. ij. de aĩa dicẽs ſic. Anima eſt quo viuimus: ſentimus: mouemur: ⁊ intelligim⁹. Primuꝫ q̃re rõ quedã vtiq; erit et ſpecies. virtus autẽ hui⁹ rõis eſt hoc. principiũ cuiuſlibet operationis oꝫ eſſe formã aliquã operantis: Sed vnuſquiſq; experitur ſe intelligere: ergo oꝫ in vnoquoq; eſſe formaꝫ aliquã que ſit intellectionis principiũ hoc aũt dicimus aĩam itellectiuã g̃ ⁊c. Minor de ſe patet. Sed maior ꝓbatur: quia forme eſt agere: alterius vero potentie pati: vt bene dicit commentator. in hoc ꝙ vnumquodq; agit ꝑ illud ꝑ quod eſt in actu hoc autẽ eſt forma. Huic aũt rõi adeo innititur Ariſt. ꝙ dicit eã demonſtrationẽ eſſe. Unde in principio illi⁹ capituli dicit ſic. non em̃ ſolũ quid eſt oꝫ rõnem diffinitiuam oſtẽdere ſicut plures terminoꝝ dicũt. ſꝫ cauſam ineſſe et demonſtrare. Et ſicut pꝫ ibidẽ Ariſto. dicit ꝙ per hanc diffinitionẽ Aĩa eſt quo viuimus ⁊c. tanq̃ ꝑ mediũ demonſtratõis cõcluditur demonſtratiue alia diffinitio prius data de anima .ſ. ꝙ eſt actus corꝑis phiſici ⁊c. Uirtus aũt hui⁹ rõis pꝫ in hoc ꝙ oẽs qui ab ea diuertunt incidũt in pregrandes abuſiones: maxime Auerroys qui ĩ dicit̃ primus fuiſſe ⁊ precipuus delirator circa materiaꝫ iſtam. Cuius opinio recitabitur primo. Secundo oſtendetur quomõ a quibuſdã colorat̃. Tertio oſtẽdetur ꝙ nec coloratio valet: neq; opinio. ¶ Quantum ad primũ ſciendũ ꝙ Auerroys ponit intellectum nõ eſſe aĩam noſtrã: nec aliquid aĩe noſtre. A. Opinio

Sed eſſe q[illegible] ſubſtantiã ſeparatã. Cuius itelligere eſſicit[illegible] intelligere mei: vel illius: inq̃tum Auer.

ille intellect[illegible] ſeparatus ſm eẽ copulatur mihi vel alij ꝑ fantaſmata que ſunt in me vel in alio: quod ſic dicebat eſſe poſſibile. Nam ſpẽs intelligibilis ſꝫ ipſum hꝫ duo ſubiecta. ſ. intellectũ ſeparatuꝫ ⁊ fantaſmata noſtra in fantaſia. Et iõ per vnã ⁊ eandeꝫ ſpeciem in ipſo et in nobis exiſtem copulat̃ nobis: intellectus ille at per hoc dum intellectus ille intelligit homo intelligit cui copulatur: Et quia fantaſmata diuerſa ſunt in diuerſis: contingit vnum aliquid intelligere: alio non intelligente illud: quicquid eſt em̃ ibi diuerſitatis totum eſt ex parte nr̃a. Quod aũt ex parte intellectus eſt vnũ tm̃ et iõ corruptis hoĩbus remanet ſolus vnus intellectus. hec

eſt poſitio in ei⁹ ſũma et hec de primo. ¶ Quãtuꝫ B.

ad ſcðm aliqui colorant: ⁊ palliãt hanc opinionem hoc modo. accipiunt em̃ duas ſuppoſitões Prima eſt ꝙ intelligentia diſtincta eſt ſm ſitum ab eo cui pñs eſt: q: diſtinctioni ſm ſitũ facit ſola q̃titas dimenſiua qua caret intelligentia. Secũduꝫ ẽ ꝙ forma intentionalis non numeratur penes ſubiecta ſed penes obiecta: vel cauſas efficientes vñ ſꝫ eos plures ſpecies alboꝝ poſſunt eſſe et ſunt in eadeꝫ parte medij. Et eodẽ mõ vna ſpecies in diuerſis ſubiectis ſit niſi illa ſubiecta ſunt ſm ſitum indiſtincta. Ex hoc ſic arguit̃: vna ſpecies intelligibilis poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis ſm ſitum indiſtinctꝫ (vt patet ex ſcða ſuppoſitõe.) Sed ille intellectus poteſt ſimul eẽ cum fantaſia noſtra indiſtincte ſm ſitum (vt patet ex ſuppoſitione prima) ergo eadeꝫ ſpecies poteſt eſſe in intellectu illo: et fantaſia nr̃a

coexiſtente continuat̃ nobis ille intellect⁹ ⁊ cõicat C.

nobis ſuum intelligere. hoc q̃tuꝫ ad ſcðꝫ ¶ Quan- Impro.

tum ad tertium dicẽdum eſt ꝙ nec palliatio valet: nec opinio. de palliatione. patet hoc ſic q: q̃uis prima ſuppoſitio coꝝ poſſet aliqualiter concedi .ſ. ꝙ intelligentia ſit indiſtincta ſm ſitum ab eo cui pñs eſt non quidẽ poſitiue: quaſi intelligentia eundeꝫ ſitum hẽat: ſed negatiue q: aliũ non hꝫ. Tamen ſecũda ſuppoſitio. ſ. ꝙ eadem ſpẽs numero poſſet eſſe in intelligentia: et in quacunq; alia re ſuppoſito diſtincta non eſt vera. Quod patet tripliciter. Primo q: magis eſt poſſibile idẽ numero eſſe ĩ diuerſis ſubiectis indiſtinctis ſm ſuppoſitũ q̃ in diuerſis ſubiectis ſm ſuppoſitũ diſtinctis Sed itellectus noſter poſſibilis: ⁊ fantaſia ſunt indiſtincta ſm ſuppoſitũ ponendo intellectũ eſſe partẽ anime noſtre: ⁊ tm̃ in eis nõ poteſt eſſe eadẽ ſpẽs numero Neq; aliquis tenentium hanc viã hoc ponit: g̃ nec

intelligentia et fantaſia ſi diſtinguant̃ ſm ſuppoſitũ D.

¶ Secundo q: quanto forma minus hꝫ de entitate tanto plus hꝫ de dependentia ad ſubiectũ. Sed forma intentionalis minus hꝫ de entitate q̃ alie forme naturales: ergo plus hꝫ de dependentia ad ſubiectum: Sed alie forme ꝓpter dependẽtiã ad ſubiectũ numerant̃ numeratõe ſubiectoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Tertio q: in quib⁹ inuenit̃ vna forma nõ ſoluꝫ numero ſed ſpecie oꝫ ꝙ ſit eadẽ ratio receptiua: q: act⁹ actiuoꝝ ſunt in patiẽte diſpoſito: ſed intelligẽtia que eſt res ſpũalis et fantaſia que eſt res corporalis non poteſt eſſe eadem rõ receptiua: ergo neq; eadem rõ receptiua non ſolũ nõ eadẽ ſm nũerũ ſed nec eadẽ ſꝫ ſpeciẽ. nõ valet ergo iſta coloratio.

A. ¶ Opinio etiā iſta multa improbabilia continet.
Primum eſt ꝙ ponit intellectū ſeparatū intellige=
re per ſpecies: abſtractas a fantaſmatibꝰ: quia ⁊ ſi
hoc colorabile ſit dicere de intellectu coniuncto (quāquā
et hoc multi negent) tamē hoc dicere circa intel=
lectū ſeparatū abſurdū eſt: diſſonat enī ab opinōe
fere oīm loquentiū de modo intelligendi ſubſtan=
tiarū ſeparataꝝ (vt patet intuēti librū procli et a=
ctoris de cāis) ꝙ enī propria operatio ſubſtātie ſe=
parate dependeat a noſtro fantaſmate friuoluꝫ eſt:
ſic enī hominibꝰ corruptis vel dormientibꝰ ⁊ non
ſomniantibꝰ nihil intelligeret ille intellectꝰ quod ē
abſurdū: nec valet ſi dicatur ꝙ intellectus noſter lꝫ
ſit coniunctꝰ ſm veritatē: et intelligat ex fantaſma
tibus tamē corrupto corpore adhuc intelligit. Sꝫ
per aliū modū: Et idē poſſet dici de intellectu ſepa
to: hoc enī non eſt ſimile ꝙ intellectus noſter cōiū=
ctus ⁊ ſeparatus hꝫ aliū modū eſſendi ꝓpter quod
poteſt hēre aliū modū operādi: ſed itellectus ſepa
tus ſolū hꝫ vnū modū eſſendi quare et vnū modū
intelligendi: a quo ſi ceſſet ceſſabit oīno intelligere
B. ¶ Secundū inconueniens eſt qꝛ operatio que nō
tranſit in materiā exteriorem nō poteſt alteri diſti
cto ſm ſuppoſitū cōicari qꝛ actiones ſunt ſuppoſito
rum: ſed itelligere eſt hmōi (vt patet ex .ix. meta.)
C. ergo ⁊c. ¶ Tertiū eſt: qꝛ ſi intellectꝰ ſeparatus co=
pularet nobis per ſpecies abſtractas a fantaſmati
bus noſtris ac per hoc faceret multos intelligētes
eadē rōe poſſet copulari aſino per ſpeciem abſtra=
ctam a fantaſmatibus aſini ⁊ facere aſinū intelligē
tem quod eſt abſurdum. Cōſequētia ꝓbat: quia ex
parte noſtra non ponit niſi actus fantaſie que pōt
eſſe in aſino: non abſtractio ſpeciei effectiue ⁊ quaſi
per aliquid qđ ſit in nobis: Sed per intellectū ſe=
paratum: intellectꝰ etiā ille equaliter poteſt ſe hēre
ad hominē: et ad aſinū: ⁊ ad fantaſmata vtriuſqꝫ:
D. quare ⁊c. ¶ Quartū eſt: qꝛ ſi per huius copulatio=
nem coīcaret nobis intellectꝰ ſuum intelligere cōi=
caret nobis tale intelligere quale hēret: Sed intel
lectus ſeparatus circa cognitionē reꝝ naturalium
non decipit: ergo nec nos deciperemur in intelligē
do lꝫ forte deciperemur i fantaſiādo qđ experimur eē
falſum. Multa etiā incōueniētia poſſent ex hac po
ſitione deduci ſed hec ſufficiūt. Ex quibus pꝫ ꝙ nō
ſolū erroneū eſt ⁊ cōtra fidem ponere aīam intelle
E. ctiuā nō vniri nobis in rōne forme Sed plane ꝓceſ
Ad prin ſit ex magna ignorantia phie. ¶ Ad argu. in op
cipale. poſitū dicenduꝫ ꝙ illud quod ineſt alicui ꝑ ſe prio
modo dicendi per ſe ſemper ineſt ſicut aīal tempca
ineſt hoī: qđ autē ineſt ſcđo mō dicēdi ꝑ ſe: aut dr̄
ſm potentiā vt riſibile reſpectu hoīs et tale ēt ſem
per ineſt: aut dr̄ ſm actū et tale nō ſemꝑ ineſt preci
pue ſi ꝯnotat reſpectū ad alterū ſicut leuis īeſt ꝑ ſe
moueri ſurſum qđ tñ impediri poteſt: iſto mō ineſt
anime vniri materie: et ideo impediri poteſt ꝑ in=
diſpoſitionem que a corrumpente inducitur.

## Vtrum anima primi hominis ꝓducta fuerit ante corpus.

## Queſtio ſecunda.

F. SEcundo queritur vtrum aīa
Que. ii. primi hominis fuerit ꝓducta ante corpꝰ
Argu. i. Et videt ꝙ ſic: qꝛ finis ꝓportionat princi
pio Sed aīa in fine remanet poſt corpꝰ:
ergo creatur ſimiliter ante corpus ¶ In contrariū In op.
eſt: qꝛ ꝓprius actus eſt in ꝓpria materia: Sed aīa
eſt proprius actus corporis: ergo ꝓducit in corpore ⁊ G.
non añ corpus. ¶ Reſponſio. Quidā dicūt ꝙ im= Deciſio q̄
poſſibile eſt aīam ꝓduci ante corpus: Cuiꝰ rōnem ſtionis.
aſſignāt. qꝛ impoſſibile ē terminū gñatōis precedere Opio. i.
gñationem. Sed aīa eſt terminus gñatōis hoīs:
g̊ ⁊c. Item quicquid ſit de aīa primi hoīs: ſaltē vi=
detur impoſſibile plures aīas creari añ corpora ſi=
cut poſuit Origenes: qꝛ forme non plificant ſꝫ nu
merū niſi rōe materie. Aīa autē comparat ad cor=
pus ſicut forma ad materiā: ergo non pñt ples aīe
ꝓduci niſi cū pluralitate corpoꝝ. Sed iſta nullam
hñt neceſſitatē: non primū qꝛ ſicut terminꝰ ad queꝫ
gñationis nō poteſt p̄cedere gñationē ita terminꝰ
a quo corruptōis non poteſt remanere poſt corru= H.
ptioneꝫ. Sicut enī terminꝰ ad quē acquirit: ita ter Improba=
minus a quo abijcitur: Sed ſicut aīa eſt terminus tio p̄ced.
ad quem in gñatione hoīs: ita eſt terminus a quo opinio.
in eius corruptiōe: g̊ ſi non poteſt p̄exiſtere gñatōi
pari rōe non poteſt p̄exiſtere ꝓpter corruptioneꝫ.
¶ Intelligendū ergo ꝙ dupliciter aliqđ poteſt eē
terminus gñationis: Vno modo qꝛ ꝑ gñationē ac= I
quirit eſſe: et eē in hoc: puta in materia que eſt ſub=
iectū gñationis: et talis terminus nō poteſt p̄exiſte
re gñationi: nec manere poſt corruptioneꝫ: ⁊ tales
ſunt oēs forme naturales ſub aīa hūana. Alio mō
terminat aliquid gñationem nō qꝛ acquirit eſſe ab=
ſolute ꝑ generationē: ſed qꝛ acquirit eſſe i hoc. Et K.
talis terminus pōt manere poſt corruptionē: et p̄=
exiſtere gñationi ſicut eſt de aīa humana que acqui
rit eē ꝑ creationē ſed eſſe i materia acquirit aliquo
modo ꝑ gñationem ſaltem diſpoſitiue. ¶ Secū=
da rō ſimiliter nō cogit: qꝛ viſū fuit ſup. di. iij. ꝙ ni= L.
hil ꝓhibet ſubſtantias ſpūales ſiue oīno ſeparatas
a materia vt ſunt angeli: ſiue vnibiles materie vt
ſunt aīe: plurificari ſm nūerum excluſa quacūqꝫ ha
bitudine ad materiā. ¶ Suppoſito g̊ ꝙ vna aīa: M.
vel ples pñt ꝓduci añ corpa q̄rit de aīa primi hoīs Alia. q̄ſt.
an fuerit ꝓducta añ corpꝰ? Et videt ſētire Au. vij. Opinio
ſup Geñ. ad litterā ꝙ aīa primi hoīs fuit creata cū ā aliquoꝝ.
gelis ante corpꝰ. Et rō eiꝰ eſt qꝛ ꝑ opꝰ creatiōis to
ta natura inſtituta eſt: vel in ſe: vel in ſuo ſimili: vl'
in ſuis cauſis et rōnibus ſemialibus: Sed anima
primi hoīs non fuit ꝓducta in ſuo ſimili: qꝛ nulla
preceſſit ipſam. nec in cauſis ſeu rōibus ſeminalibꝰ
qꝛ non eauat de potētia materie. ergo oꝫ ꝙ fuerit
ꝓducta in ſe per opus creationis Sed hoc nō fuit
cū corpe qꝛ tam ſm ipm: quā ſm alios ſanctos homo
q̄tum ad corpus nō fuit ꝓductꝰ opere prime crea N.
tionis: ergo aīa eius fuit ꝓducta ante corpꝰ ¶ Sꝫ Op. doc.
qꝛ hoc non dicit Aug. aſſerendo (vt verba eius de
monſtrāt) ideo dicendū eſt ꝙ nec aīa primi homis
nec anime alioꝝ creant ante corpa: ſed creādo cor
poribꝰ infundunt: et infūdendo creantur qꝛ res
inſtitute ſunt imperfecto ſtatu Sic enī inſtitute fūt
vt alie ex eis ꝓpagarent: Propagare aūt alterum
ex ſe eſt rei ꝑfecte: aīa aūt cum ſit pars humane na
ture non hꝫ naturalē ꝑfectionē niſi ſm ꝙ eſt corpo
ri vnita. io ⁊c. Et huic concordat philoſophꝰ. xij.
metaphi. dicēs ꝙ cauſe efficientes p̄cedunt factuꝫ.
Cauſe vero formales nūqꝫ: licet aliqua poſſit poſt
corruptionē manere vt anima intellectiua: neqꝫ rō
cogit qꝛ illa que creant non ſuppoſita materia ex q̄
vel in qua ꝓprie ꝑtinent ad opus creationis quod

preceſſit opus diſtinctionis et ornatus: Que vero
pducunt abſq; materia ex qua hñt tñ materiã in q̃
licet de eius potentia nõ educant ſicut eſt aia nõ p
pue pertinent ad opus creationis ſed pcedunt in
ipſo q̃tum ad rões ſeminales: per quas licet nõ ac-
O. quirant eẽ: acquirũt tamẽ eſſe in materia ſaltẽ diſ
Ad arg. in op. poſitiue. ¶ Ad argumẽtum in oppoſitũ dicendũ
q finis pportionatur principio per ſe: per accidẽs
tamẽ nõ oz. Et ita p accidẽs contingit animam re-
manere poſt corpus per defectum corporis qui eſt
mors qui nõ potuit eſſe in principio creationis.

## Vtrum paradiſus terreſtris fuerit locus conueniens humanę habitationi. Queſtio tertia.

P Que. iij. Arg. j. Tertio q̃ritur de paradiſo ter-
reſtri. Vtrũ fuerit locus conueniens hu
mane h̃itatõi p ſtatu innocentie et vide
tur q non. q: tẽperatiſſime complexioni
debetur temperatiſſimus locus: ſed complexio hu
mana eſt temperatiſſima: ⁊ maxime fuit in tempo-
re innocentie: ergo debuit eẽ in loco tẽperatiſſimo
Paradiſus autẽ terreſtris videt̃ eſſe intẽperat⁹
pp̃ter exceſſum caloris quia dr̃ eſſe ſub equinoctia
li vt eſt torrida zona: ergo ⁊c. ¶ In contrariũ ẽ qd
In op. dicit Dama. q paradiſus eſt diuina regio ⁊ ꝯgrua
eius qui ſm imaginem dei erat habitatio vel con-
uerſatio. ¶ Reſponſio. Videnda ſunt duo. Primũ
Q. eſt vtrum paradiſus terreſtris fuerit locus conue
Rñſio. Articul⁹ primus. niens humane h̃itationi. Secundũ erit de ſitu lo-
ci. ¶ Quantũ ad primũ dicendũ q paradiſus fuit
locus cõueniẽ⁹ homini. Quod patet. ſicut eñ de⁹
nihil facit fruſtra: ſic nec deficit in neceſſariis. Sz
homini in ſtatu innocentie erant duo neceſſaria: q
debuit ei puideri de illis puiſum autẽ fuit in para
diſo terreſtri: ergo ⁊c. Minor pbatur: q: homo in
ſtatu innocentie conditus eſt potẽs non mori et iõ
duo fuerũt ei neceſſaria contra duo ex quib⁹ mors
poteſt contingere naturaliter .ſ. ab interiori p hũi-
di naturalis ꝯſumptionẽ: Et ab exteriori p aeris
intemperiẽ. contra primuz puiſum eſt ei per eſum
fructuũ lignoꝝ paradiſi ⁊ maxime ligni vite. Con
R Articul⁹ ſecũdus. Opi. i. Proba. tra ſcd̃m puiſum eſt per loci cõditionẽ: fuit eñ lo-
cus temperatiſſim⁹ vt poſtea patebit. ¶ Quantũ
ad ſecundũ quidã dicunt q paradiſus eſt ſub equi
noctiali. vbi eſt clima temperatiſſimũ ex natura lo-
ci: quod pbant q: ex proportionato acceſſu ⁊ receſ-
ſu ſolis eſt temperamẽtũ caloris et frigoris. Sed
ſub equinoctiali eſt ſumme pportionatus acceſſus
et receſſus ſolis: ergo ⁊c. Maior de ſe pz Minor p-
batur q: cũ ſit ſemp equinoctiũ in illo climate q̃tuz
morat̃ ſol de die ſuper hemiſpheriũ tm̃ moratur de
nocte ſub hemiſperio. Et cõfirmat̃ q: due ſunt cau
ſe caloris: vna acceſſus ſolis ad nos. alia mora ei⁹
que ambe concurrunt in climate noſtro in diebus
eſtiuis q: tunc ſol magis accedit ad zenith noſtruz
et pluriores ſunt dies noctibus. Et iõ tunc hẽmus
exceſſum caloris in climate tam primo ſub equino
ctiali licz ſit altera cauſa exceſſiui caloris .ſ. maxim⁹
acceſſus ad zenith eoꝝ: ſecunda tamẽ deeſt propt̃
equalitatẽ dierum ⁊ noctiũ ⁊ pp̃ter magnitudinez
circuli quez ſol deſcribit qui q̃to eſt maior tanto in
ipſo motus eſt velocior: et minus moratur ſuper
eandẽ partẽ terre pp̃ter qd̃ effect⁹ ei⁹ min⁹ firmat̃.

¶ Sed iſtud nõ videt̃ q: ſi ſub equinoctiali eẽt cli S. Impro.
ma temperatiſſimum climata que ei magis appro
pinquarent eſſent magis temperata: ⁊ que minus
minus: Hoc autẽ eſt falſum q: ſcd̃m clima quod ẽ
ei pp̃inquiſſimuz eſt valde itemperatũ pp̃ter ex-
ceſſum caloris. ¶ In illo eñ dr̃ ab aliquibus eſſe
ethiopia que eſt regio calidiſſima vt declarat cutis
nigredo ethiopum: ⁊ criſpitudo capilloꝝ. Itẽ cli-
ma maxime remotuz ab equinoctiali eſt frigidiſſi
mum pp̃ter maximã diſtãtiã a via ſolis vt eſt vlti-
muz clima: ergo clima ſub equinoctiali eſt calidiſſi
mum pp̃ter maximam approximationẽ ad viam
ſolis: quod concedendũ eſt: et hoc tenet Ariſto. ij.
Methe. ¶ Ad rõem alterius poſitionis dicendum
q duplex eſt acceſſus ſolis ad nos: vnus ſm motũ T. Ad ra. opõis. i.
diurnũ q̃ ſol accedit ad hemiſpheriũ nr̃m vel recedit
ab hemiſperio noſtro: Et hic acceſſus et receſſ⁹ cãt
diuerſitatẽ caloris et frigoris quo ad diẽ et noctez
Nam dies ſunt calidiores noctib⁹ ceteris paribus
Alius eſt acceſſus et receſſus ſolis ſm motum p-
priũ circuli quo accedit ad zenith nr̃m vel recedit ⁊
hic cãt diuerſitatem caloris et frigoris ad maiores
partes tẽporis prout eſtas calidior eſt hyeme. Pri
mus ergo acceſſus et receſſus qui eſt ſm motũ di-
urnuz eſt valde pportionat⁹ in ſphera recta ſub eq̃
noctiali: q: ſemp adequat̃ acceſſus receſſui et econ
uerſo ſicut bñ arguebat̃. Sed ſecund⁹ acceſſus et
receſſus ſunt valde improportionati q: bis in anno
ſol tranſit p zenith capitis eoꝝ .ſ. in puncto arietis
et libre: Receſſus autẽ eſt valde paruus q: ad plus
eſt per .xxiij. gradus .li. minuta que eſt q̃titas ma
xime declinatõis ſolis. Et ideo ex hoc acceſſu no-
tabili cauſat̃ notabilis exceſſus caloris pp̃ter nota
bilem refractionẽ radioꝝ ſolis que ſemper eſt in il
lo climate ad angulos rectos vel quaſi rectos. Cõ
firmatio etiã rõis excluſa eſt q: vbi eſt maior acceſ
ſus ibi eſt minor mora ſup orizontẽ et tamẽ: vide-
m⁹ ibi maiorẽ calorẽ vt pz i ordine climatũ. Unde
ad cauſandum notabilẽ calorẽ ſufficit notabilis ac-
ceſſus non obſtãte q mora eius ſuper hemiſpheriũ
noſtrũ ſit minor q̃ in aliis climatibus in dieb⁹ eſti-
uis: Nã in diebus hyemalibus eſt maior plus. eñ
facit ad actionem aliquaz pp̃inquitas agentis ad
paſſũ q̃ mora agentis. Quid dicẽdũ eſt ergo: vbi V. Opi. do.
eſt paradiſus terreſtris: dicẽdũ q ſub equinoctio-
nali: ſed in monte eleuato ſup omnẽ altitudinem
montium: vbi nec aque diluuij attigerũt. Eſt autẽ
locus temperat⁹ non ex natura climatis abſolute:
ſed ex loci ſitu: et altitudie: Reflexio eñ radioꝝ
ſolis in locis planis illius climatis cuz ſit ad angu
los rectos q̃nq; .ſ. in punctis arietis ⁊ libre qui tan-
gũt equinoctionalẽ: quãdoq; vero ad angulos q̃ſi
rectos in omnibus .ſ. tẽporibus aliis cauſat ardorẽ
nimiũ et forte inflãmat aere qui inflãmatus et mo
tus forte vocat̃ a ſcriptura gladius flãme⁹ atq; ver
ſatilis Geñ. iij. Sed illa reflexio nõ attingit vſq;
ad altitudinẽ paradiſi terreſtris. Aer etiã ẽ ibi ſub
tilis ⁊ iõ minus incorporatur in eo calor pp̃ter que
non eſt ibi exceſſus caloris: de exceſſu aũt frigoris
non eſt timendũ cũ locus ille ſit ſub via ſolis. Per
hoc patet reſponſio ad primum argumẽtũ. Aliqui
bus aũt non placet hoc: ſed dicunt q impoſſibile ẽ X. Opinio aliquoꝝ.
q ſupra mediũ aeris vbi eſt locus ſempiterne calidi
tatis ſit locus habitabilis pp̃ter exceſſũ caloris.
Quod declarant: quia hiſtoriographi et maxime

Solin⁹ dicit φ phi aſcendētes montē olympū ſe-
cū deferebant aquā in ſpōgijs vt poſſent calliditatē
⁊ ſiccitatē aeris exñtis in ſumitate mōtis infrigida
re ⁊ ingroſſare vt aer ſic infrigidat⁹ ⁊ ingroſſatus
aptus eſſet reſpiratōi: ⁊ ſi ſic erat in mōte olympo
fortiori rōe ſic fuiſſet in paradiſo ſi paradiſus fue-
rit maioris altitudīs ꝙ̃ olymp⁹ vel ceteri montes:
Et iō iſti dicūt φ loc⁹ tēperat⁹ ꝑ hītatōe hūana ſo
lū eſt circa terrā ſub medio interſtitio aeris q̄ eſt lo
cus ſempiterne fri giditatis: Et ibi oꝫ ponere fuiſ
ſe eē paradiſuꝫ terreſtrē nō quidē ſub equinoctiali
A. ꝑpter intēperatū illi⁹ climatis aerē ſed alibi. ¶ Qꝫ
aūt aque diluuij q̄ aſcēderūt ſup oēs alios mōtes:
nō aſcēderūt ad paradiſuꝫ terreſtrē. Dicūt φ hoc
fuit qꝛ aque naturaliter ſiſtūt circa una; ⁊ φ mōs in
quo paradiſus terreſtris ē excedit cōem planiciem
terre pluſq̄ triginta cubitis: ſm quā altitudinē aq̄
diluuij aſcenderūt ſup terrā iō ad paradiſum aque
diluuij nō aſcēderūt. φ aūt aſcēderīt ſup alios mon
tes altitudine maiores fuit miraculū vt dñt ad hoc
vt purgarent q̄ in eis ꝑ hītatiōnē hoim cōmiſſa ſūt
B. In paradiſo aūt nihil erat purgandū. ¶ Iſtud āt
Impro. non oꝫ dicere qꝛ nūq̄ eſt recurrēdū ad miraculum
vbi pōt veritas ſaluari cū naturali curſu reꝝ. Non
videtur aūt ſm curſuꝫ nature qn ſup mediū inter-
ſtitiū aeris ſit locus ꝯueniēs hītabilis ita vt non ſit
ibi neq̄ exceſſus caloris neq̄ frigoris: Qꝛ ſm cur-
ſuꝫ naturalē ꝯtraria manētia in ſuo exceſſu nō ſitu
ant imediate. Cū igit mediū iterſtitiū aeris ſit loc⁹
frigiditatis nō eſt ꝓbabile cū imediate poſt ipm ſit
locus cū exceſſu caloris: ſed pori⁹ ē ibi dare tēpatū
calorē añq̄ ꝑueniat ad regionē exceſſiue calidam.
¶ Qđ āt dr̄ de Solino reſpōdēdū eſt de eo ⁊ de ce
teris hyſtoriographis ſicut de ceteris poetis illud
C. qđ ſcriptū ē. Nā mirāda canūt ſed nō credēda poe
Ad prīm te. ¶ Ad rōnē principalē factā in arguendo pꝫ re-
cipal e. ſpōſio ex dictis qꝛ licet ſub equinoctiali quātū eſt ex
natura climatꝫ ſit exceſſus caloris: tñ ꝑpter ꝯditio
nem ſitus eſt ibi temperamentū mō q̄ dictū eſt.

## Sētētia hui⁹ diſtictinctōis .xviii. in generali & ſpeciali.

D. Di. xviii. Snīa in generali.

N eodē quoq̄ paradiſo &c. Superius determiauit magiſter de ꝓ-
ductiōe viri. Hic determiat de ꝓductiōe
mulieris Et diuidit in duas. Primo de
termiat ꝓductionem ei⁹ q̄tū ad corpus. Secundo
q̄tum ad alam ibi. quēadmodū mulieris corpus.
Prima diuidit in duas. Primo inq̄rit vtruꝫ fuerit
mulier formata de coſta. Secūdo inquirit moduꝫ
formatōis eius. Secūda ibi. Solet etiā queri verū
de coſta. Prima in duas Primo docet quid ſcriptu
ra de formatōe mulieris tradat. Secūdo cōcludit
ꝯgruitatē formatōis ibi. attēdēdū eſt. Secūda ps
in qua inquirit formatōis modū diuidit in tres ſꝫ
tres queſtōes quas mouet ⁊ ſoluit quarū prima eſt
circa principiū materiale. Scđa vero et tertia circa
principiū actōis. Secūda ibi. illud aūt ſciri oꝫ. Ter
E. tia hic queritur an rō qua deus plus. Hec eſt ſenten
Snīa diſ. tia ⁊ diuiſio lcōis in gñali. ¶ In ſpāli ſic ꝓcedit ma
in ſpeciali giſter Et ꝓponit primo mulierem de coſta viri dor
mientis eſſe formatā vel fuiſſe: vt ſcriptura Gen.
refert. Poſtea dicit mulierē de viro formari cōgru
um fuiſſe vt maior eſſet amor inter hoīes ⁊ homo
oſtenderetur oīm alioꝝ hoīm eſſe principiū. De la
tere autē formata fuit qꝛ nō ad dominiū: vel ad ſer
uitutē: ſed ad ſocietatē eius ꝓducebatur. De dor-
miente viro fuit ꝓducta: ad diuine virtutis oſten
ſionē: ⁊ fundationis ecclīe myſticā ſignificationeꝫ.
Poſtea querit vtrū de ſola coſta ſine alteri⁹ mate-
rie additōe formata fuit mulier. Et reſpōdet φ
non fuit alia materia: qꝛ ſic magis deberet dici mu
lier de illa materia eſſe formata ꝙ̃ de coſta que mł
tiplicata fuit virtute diuina ad totius mulieris for
mationē ſicut factū fuit de q̄nq̄ panib⁹ Paulopoſt
dicit φ angeli mulierē nō formauerūt licet ad for-
mationē ei⁹ miniſteriū prebuerint. Poſtea querit
vtrum in creatura fuerit rō ſeminalis ad mulieris
formationē. Et rñdet ꝑmittēdo prīo quedā. ſ. φ rō
nes primordiales ab eterno in deo fuerūt: ſemina-
les vero creaturis indite licet non oīm rerum: ſed
quarūdā: addit etiā φ ille rōes pñt dici primordia
les aliquo mō: Tum qꝛ reb⁹ in prima creatione in
dite ſunt. Tū qꝛ ſunt quaſi principia reruꝫ ex ipſis
ꝓducendarum. Subditq̄ φ illa naturaliter fiunt
que ex rōne ſeminali fiunt ſeu ꝓducunt. Illa vero
fiunt ſupnaturaliter quoꝝ cauſe tm̄ ſunt in deo. in
reb⁹ vero creatis eſt potētia vt hec poſſint fieri nō
tm̄ neceſſitas vt ſint. ex his cōcludit φ formatio mu
lieris non fuit ſm cās ſeminales ſed ſupernaturali
ter ex diuina virtute. Ultimo oſtendit φ quidam
poſuerunt animā mulieris de anima viri eſſe ꝓpa
gatam. Alij vero ab initio cū ceteris animabus di-
xerūt fuiſſe creatā. Sed ſm catholicā fidem creādo
infunditur: et infundendo creatur. Unde beatus
Hieronymus excōicat eos qu[illegible] dicunt aiam eē ex
traduce: vbi ponit auctoritat[illegible] quas multi erro-
res circa ꝓductionem anime excluduntur. Et in
hoc terminatur ſententia ⁊c.

## Vtrū Eua producta fuerit de coſta viri vel produci potuerit ſine additione materię: Quęſtio prima.

F.

Circa diſtinctionem .xviii. que- Que. I.
ritur primo de ꝓductōe mulieris quo ad Argui. ſ.
corp⁹ vtrū ꝓducta fuerit de coſta viri vel
ꝓduci potuerit ſine additōe materie. et
videtur φ non: qꝛ impoſſibile eſt totuꝫ equari par-
ti: Omne eñ totum maius eſt ſua parte: Sed co-
ſta Ade equabatur ſm materiam alicui parti cor-
poris mulieris. ergo non equabatur toti materie
corporis mulieris: fuit ergo neceſſaria in corpore
mulieris aliqua materia preter materiam coſte.
¶ Item deus non poteſt facere corpus mixtum ſi Secūdo.
ne materia. ꝫ pari rōe nō potuit facere tantū corp⁹
ſine tanta materia. nec maius ſine maiori: Et ex
ꝑua materia coſte nō potuit formari totū corp⁹ qđ
fuit multo mai⁹ coſta: ſine additōe alteri⁹ materie
In ꝯtrariū arguit qꝛ idiuiſibile additū idiuiſibili nō In op.
efficit aliqđ mai⁹ (vt pꝫ. vi. phi.) ſꝫ matia ſꝫ ſe ē idi
uiſibil: ꝫ additio matie ad matiā nō facit aliqđ ma
ius. ſi ꝫ añ additionē materie ad coſtā ade nō po-
tuit ex ipa formari corp⁹ eue ꝑ eādē rōeꝫ neq̄ poſt
cū ꝑ additionē materie ſolt⁹ nihil efficiat maius.
Rñſio. circa q̄ſtionē iſtā ſūt tres opiniōes vna q̄rūđ G.
dñtiū φ nō ſolū diuia ꝟtute veꝝ et virtute nature Rñſio.
pōt fieri de ꝑuo magnū abſq̄ rarefactōe ⁊ additōe Opio. ſ.
materie. qđ declarāt ex trib⁹ ſuppoſitōib⁹. Prīa eſt
φ in oīb⁹ reb⁹ naturalibus eſt dare minimum ſm
naturā vt minimā carnē ⁊ ſic de alijs. Et hec ſuppō

clare ſcripta ē .i.phi. Secūda eſt ꝙ elā gn̄ant ex ſe inuicē alternari ſupiora ex inferiorib⁹ et inferiora ex ſuperiorib⁹. Tertia eſt ꝙ ſupiora gn̄ant ex inferiorib⁹ ſm multiplicatā analogiā ita ꝙ ex vno pugillo terre fiunt decē aque: ⁊ ex vno aque decē aeris. Et ſic vltra. Et he due ſuppoſitiōes clare habētur ex .ii. de Gen. quib⁹ ſuppoſitis arguit ſic. Unū minimū aeris pōt cōuerti in aquā p ſcdam ſuppoſitionē. tūc q̄ritur aut cōuertit in minimū aque aut in min⁹ minimo qḋ non eſt dare p primā ſuppoſitionē: ergo conuertitur in minimū aque. Sȝ ex minimo aque pōt fieri decē minima aeris p tertiā ſuppoſitionē: ergo a primo ad vltimū ex vno minimo aeris pōt fieri decē minima aeris. hoc aūt fit abſq̄ additiōe materie. ⁊ abſq̄ rarefactiōe: qꝛ eque rarū eſt minimū aeris qḋ primo cōuertit in minimū aque ſicut decē minima aeris in q̄ minimū aque cōuerſuȝ eſt ⁊ ecōtrario.

H. Im pbatio pceḋ. opinio. Sed hec rō nō valet qꝛ q̄uis in naturalib⁹ ſit dare minimū (puta minimā carnē vt dicit prima ſuppoſitio.) Hoc tn̄ itelligēdū eſt de minimo ſeparato: ⁊ per ſe exn̄te. Sic eīn eſt dare minimū in naturalib⁹ ita ꝙ in minori nō ſaluaret ſpecies imo ppter debilitatē virtutis ſtatim reſolueret in corpus continēs ſicut vult Ariſt. in lib. de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ modic⁹ vapor infuſus maiori ſtatim reſolueretur in cōtinens: minimū aūt cōiunctū toti nō eſt dare: ſed quocūq̄ paruo dato ſemp eſt accipere minus: Cū eīn forma carnis extendat extenſiōe continui: ſicut in cōtinuo non eſt dare minimū ſic nec in carne: ſed qualibet data cū ſit cōtinua et diuiſibilis eſt dare minorem: forma vero eſt ꝙ ſi ſepararet ſtatim corrumperet.

Solu. ra. ¶ [illegible] dr̄ ꝙ minimū aeris cōuertit in minimū aque: aut in min⁹ minimo. Dicēdum ꝙ cōuertitur in aquā ⁊ in min⁹ ſm decuplum minimo ſeparabili. illud tn̄ min⁹ eſt coniūctū ⁊ non ſepatū: in min⁹ aūt ſeparatū cōuerti non pōt qꝛ neq̄ illud eſſe pōt qꝛ in ſeparatis nō eſt dare minimū Sed bene pōt cōuerti in cōiunctū min⁹ minimo ſeparato: qꝛ in cōiunctis nō eſt dare minimuȝ: Et ſi iſtud cōiunctū min⁹ minimo ſepato cōuerteret iterum in aerē cōuerteret in decē ptes aeris cōiūctas que non efficerent niſi vnū minimū aeris ſeparatū ⁊ nō decē minima ſepata vt iſti putāt et ita nō fieret aer magn⁹ ex paruo ſed equalis ex equali.

I. Opinio ſecunda. ¶ Alia eſt opinio quorūdā dicentiuȝ ꝙ nec ope nature: nec virtute diuina poteſt fieri magnū de paruo: nec potuit fieri corp⁹ Eue de coſta Ade ſine rarefactiōe: vel additiōe materie. qḋ pbant ſic. Corp⁹ Eue nō potuit formari ex tā parua materia niſi p aliquam ei⁹ multiplicationē. Hec āt multiplicatio pōt intelligi: vel ſm q̄titatē ſolū: vel ſm eſſentiaȝ materie: Si ſm q̄titatē ſolū ſic neceſſariū eſt ꝙ fieret per rarefactionē: qꝛ rō diffinitiua rarefactōis eſt ꝙ eadē materia accipiat maiores dimenſiōes vt patet .iiii. phi. Sed ſi multiplicatio attendat ſolū ſm q̄titatē hoc eſt per hoc ꝙ eadē materia pri⁹ ſub paruis dimenſionibus exn̄s accipit maiores dimēſiones: ergo nō pōt ibi nō eſſe rarefactio. Cū deus nō poſſit ſeparare diffinitionē a diffinito. Si vero multiplicatio attendat ſȝ eſſentiā materie oportebit dicere ꝙ aliquid materie factū fuit ſub forma corporis mulieris qḋ nūq̄ non erat ſub forma coſte: illa ergo materia vel eſt de nouo creata. vel prius erat ſub forma alteri⁹ corporis Et quicq̄d horum dicat ſemp hētur ꝙ ad materiā coſte facta eſt additio alteri⁹ materie vel preexiſtētis: vel de nouo create ideo ⁊c.

K. Improb. Hec aūt rō nō cogit. detur eīn ꝙ multiplicatio ſolā q̄titateȝ attingat: nō oȝ ppter hoc dicere ꝙ ibi ſit rarefactio Et cū dr̄ ꝙ rō diffinitiua rarefactōis eſt eandē materiā accipere maiores dimēſiones: falſuȝ eſt: illa eīn que ſunt diuerſa p eſſentiā non ſe hn̄t vt diffinitio et diffinitū: Sed paruū fieri magnū ſuppoſita eadē materia: et denſuȝ fieri rarū ſunt diuerſa per eſſentiā: ergo ⁊c. Maior pȝ. minor pbat qꝛ ille actiōes ſunt diſtincte realiter que ſunt ad terminos diſtinctos realiter (rōes eīn motuū ⁊ actionū ſumuntur ex terminis vt dr̄. v. phiſi.) ſed actio qua ex paruo fit magnū eſt ad perfectā q̄titatē tāq̄ ad terminū Actio vero qua ex dēſo fit rarū eſt ad q̄titateȝ vt hētur .iiii. phi. ergo ⁊c. Et ideo ecōtrario eēt arguēdū ſic: ſicut illa que ſunt diuerſa p eſſentiā poſſunt diuina virtute ſeparari niſi alterum ſit pura potētia que ab oī actu ſeparari non pōt: ſed extenſio eiuſdē materie p maiorē q̄titatē ⁊ rarefactionē ſunt diuerſe actiōes realiter: ergo ⁊c. Item ſi rarefieri eſſet eandē materiā accipere maiores dimenſiones non poſſet eſſe rarefactio vbi nulla eſſet materia quod falſuȝ eſt: nā deus poſſet accidentia remanentia in ſacramento altaris mutare ſm rarū ⁊ denſum:

L. Opi. iii. ¶ Ideo ſūt alij tenentes mediaȝ viā ꝙ deus poteſt facere magnū de paruo ſine rarefactiōe: ⁊ ſine additione materie non autem hoc poteſt natura: Primū patet dupliciter. Primo qꝛ deus poteſt facere quicq̄d eſt in potentia materie non ſolū naturali ſed obedientiali: Sed quelibȝ materia q̄tum eſt de ſe eſt equaliter in potētia ad magnū et paruū rarum ⁊ denſum: ergo ⁊c. Maior pȝ Minor pbatur: qꝛ materia ſm ſe non eſt q̄ta aut qualis ſed in potentia ad q̄titatem vel qualitatem ſm quamlibet differentiā. Et iſtud eſt equaliter in omni materia. vnde ſi materia montis et parui lapidis per intellectū ſeparent ab omi forma ſubſtātiali ⁊ q̄titate nulla differentia eſſet inter eas q̄tū ad ſuſceptionē magnitudinis: ⁊ paruitatis raritatis: et denſitatis: Itē cōſtat ꝙ deus pōt facere q̄tū ſine raro ⁊ dēſo: ſicut ſine alijs qualitatib⁹: ⁊ etiā ſine materia. Sed illud q̄tū nō eſt dubiū qn̄ poſſet mutari de magno i paruū ⁊ ecōuerſo de paruo in magnū. hoc aūt fieret ſine rarefactōe ⁊ ɔdenſatione: etiā ſine additōe: vel ſubſtractiōe materie: ergo ⁊c.

M. ¶ Scdȝ pȝ qꝛ q̄cq̄d natura facit in gn̄abilibus et corruptibilib⁹ facit mediāte calido ⁊ frigido (vt pȝ ex .iiii. Methe. gignūt eīn calidū et frigidū vincentia materiā vt ibidē dr̄ Sed calidum non extēdit paruum in magnum niſi rarefaciendo Nec frigidum conſtringit magnum in paruum niſi ɔdenſando ideo ⁊c.

N. Ad primum principale. ¶ Ad argumēta in oppoſitū dicēdum Ad primū dr̄ ꝙ materia ſȝ ſe nō eſt alteri materie equalis vel inequalis. Cū equalitas vel inequalitas ſint rōnes fundate ſm q̄titatē: ſed diuerſe q̄titates poſſunt eſſe ſucceſſiue in eadem materia rōne quarum poteſt equari plurib⁹ et etiā parti ⁊ toti.

O. Ad ſcdm ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ magnum non eſt niſi ex magna materia: nec paruum niſi ex parua: ⁊ vniuerſaliter tātū ex tanta: Sȝ hoc non eſt in materia ſm ſe ſed ratione q̄titatis ⁊ ideo tāta eſt materia ſub quāta quātitate exiſtit.

## Vtrum in materia ſint aliquę rōnes ſeminales: Quæſtio ſecunda.

A. Que. ij. Argu. i. Secundo queritur Vtrum in materia ſint alique rõnes ſeminales. Et videt̃ ꝙ non: q2 quicqd eſt extra aiaꝫ eſt res ⁊ nõ rõ: ſed qcquid eſt in materia eſt extra aiam: g̃ eſt res ⁊ nõ rõ: non ſunt g̃ in materia
Secũdo. rões ſeminales. ¶ Itẽ ſemẽ importat aliquid actiuũ vt dr̃. ij. phi. Sed in materia nõ eſt aliquid actiuum cũ ipa ſcḿ ſe ſit pura potentia cuiꝰ eſt pati ⁊ nõ
In op. agere: g̃ ⁊c. ¶ In cõtrariũ eſt: Aug. ⁊ hẽtur in lr̃a.
Reſpõſio. Circa queſtionẽ iſtã duo ſunt vidẽda.
Diuiſio. Primo vtrũ in materia ſit aliquid qđ cõuertatur ĩ naturã forme. q2 hoc poſuerũt aliqui eẽ rões ſeminales. Secũdo dato ꝙ non: quid ſunt ſcḿ veritatẽ
B. rões ſeminales. Circa primũ ſic ꝓcedetur q2 omiſ
Articu. i. ſa opiniõe que põit ĩ materia latitationẽ formarũ eo ꝙ negat veraꝫ gñationẽ ⁊ ponit ſolũ eductionẽ forme de occulto ad manifeſtũ: Omiſſa etiam illa opiniõe: que dicit oẽs formas eẽ ab extrinſeco per creationẽ eo ꝙ tollit a rebus ꝓprias actiões et negat ſenſum: (Hec enim a doctoribꝰ ſufficienter reꝓbata ſunt.) Primo ponemus quãdã opinionẽ magis nouã: que ponit purũ poſſibile cõuerti ſua cor-
C. ruptõe in naturã forme. Scđo videbitur quid ve
Opio. i. ritatis ſit in illa opiniõe. ¶ Quantũ ad primũ ſciẽdũ ꝙ quidã dicũt ꝙ in gñatione reꝝ naturaliũ ẽ cõſiderare quattuor per ordinẽ. Primo ſcḿ nihil qđ eſt negatio oĩs entitatis. Secũdo puruꝫ poſſibile qđ de primo ſe hꝫ ad nihil. Tertio materiã Quarto ⁊ vltimo formã ſubſtãtiale. Gñat g̃ aliquid naturaliter ꝑ hoc ꝙ purũ poſſibile qđ eſt in materia trãſmutatur in naturã forme: non quid ſua ꝑfectione tanq̃ aliqđ exñs ſub forma ⁊ ꝑfectũ ꝑ formã: q2 illud eſt materia que manet ſub forma rei facte: ſꝫ tranſmutat̃ in formã ſua corruptione: nec tñ adnihilat̃ q2 manet quodam mõ in forma .ſ. in virtute: Iſtud aũt puꝝ poſſibile multiplicat̃ in materia ſcḿ multiplicatione formarũ in quas eſt tranſmutabile ⁊ eſt minoris actualitatis q̃ materia: q2 materia manet in re facta. purũ aũt poſſibile non manet vt
D. dictũ eſt. ¶ Motiuũ autẽ huiꝰ opiniõis fuit duplex Vnũ q2 timebãt ꝙ nõ poneret̃ aliquid qđ cõuerteret̃ in naturaꝫ forme ꝙ oꝫ dicere ꝙ forma fieret ex nihilo: ⁊ ſic crearet̃ ⁊ non eẽt per gñationẽ: propter qđ poſuerũt in materia aliquid tale qđ tranſmutaret̃ in vnãquãq3 formã poſſibilẽ in materia et illud dixerũt purũ poſſibile. Aliud fuit ex dicto cõmentatoris ſup. xij. meta. de nũero potentiaꝝ in materia dicit enĩ ꝙ nũerꝰ potẽtiaꝝ ẽ ſcḿ nũeru ꝑpetuũ gñabiliũ et corruptibiliũ. Et iſtud non põt intelligi de materia ſcḿ ſe cũ ſit vna: ſed vt dicunt de iſto puro
E. poſſibili qđ multiplicat̃ in ipa. ¶ In iſta opinione ſunt tria incõueniẽtia. Primũ q2 qđ ponũt eſt fictitium: Scđm q2 ſibi cõtradicũt. Tertiũ eſt q2 incidunt in illu**đ** quod vitare intẽdũt. Primũ apparet auctoritatibꝰ ⁊ rõibꝰ Primo auctoritate phi. i. phi. vbi inqrit de principijs oĩm reꝝ trãſmutabiliũ q̃ nũq̃ poſuit aliqđ purũ poſſibile niſi materiã: ⁊ tñ poſuiſſet ſi eſſet: cũ illud puruꝫ poſſibile magis ſit neceſſariũ ad gñationẽ q̃ priuatio de qua tñ phũs facit mentionẽ. Ad idẽ eſt auctoritas Aug. lib. confeſſionũ que dicit ꝙ materia eſt ꝓpe nihil ita vt ſi fas eſſet potiꝰ deberet dici non ẽs q̃ ens: vel aliqđ Ex q̃o pꝫ ꝙ materiã ponit purũ poſſibile et eẽ in infimo gradu entitatis ita ꝙ ſub ipa ſtatim eſt caſꝰ in nihil. Item pꝫ per rõnem primo q2 illud qđ habꝫ rõnem primi ſubiecti ſimpliciter illud eſt purũ poſſibile ſimpliciter q2 rõ ſubiecti ſumit̃ a potẽtia paſſiua per quã aliquid eſt alterius ſubiectũ receptiuuꝫ Sed materia ſcḿ eſſentiã ſuam eſt primũ ſubiectũ ſimpliciter in quo ſunt oĩa alia et ipa non in alio: ⁊ idõ ingenita et incorruptibilis: q2 nõ reſoluit̃ in aliđ ſubiectũ priuꝰ (vt dr̃ in fine primi phiſi.) ergo ⁊c.
S ecũdo principaliter apparet ꝙ ſibi contradicunt F.
in hoc ꝙ ponũt purũ poſſibile minoris entitatis q̃ ſit materia et nihilominꝰ dicũt ꝙ forma nõ fit ĩ materia niſi mediãte iſto puro poſſibili qđ cõuertit̃ in ipſum: forma nõ vnit̃ nec põt vniri materie per aliquid quod magis diſtat ab illa forma q̃ diſtet materia: mediũ enĩ quo vniunt̃ extrema minus diſtat a quolibet extremoꝝ q̃ extrema ad inuiceꝫ: Sed puꝝ poſſibile ſi ſit minoris ẽtitatis q̃ materia vt dicũt: plus diſtat a forma q̃ a materia. g̃ non erit mediũ quo tranſmutet̃ ad formã: vel ſi ſit mediũ non erit minoris entitatis q̃ materia. Itẽ illud purum poſſibile cum ſit in materia vt in ſubiecto (neq3 enĩ ponit̃ per ſe ſubſiſtẽs) oꝫ ꝙ ſit accñs cũ nõ ſit forma ſubſtãtialis neq3 materia: neq3 compoſituꝫ: Sed oẽ accidẽs cũ ſit aliqua forma eſt maioris entitatis
q̃ ſit materia g̃ ⁊c. Tertio apparet ꝙ incidũt in il- G.
lud quod vitare intendũt. ſ. ꝙ forma fiat ex nihilo et creet̃ q2 illud poſſibile ſi debebat tranſmutari in formã corꝑaliter (vt dicũt) g̃ priꝰ ſaltẽ ordine nature eſt nihil q̃ forma fiat: ⁊ ſic forma nõ fiet ex aliquo: ſed ex nihilo: vel poſt illud nihil: et ſic creabitur. Item illud quod producit̃ per aliquã creationem naturalẽ non ſupponit̃ in oĩ actione naturali. Nullum enĩ agens ſupponit ex neceſſitate illud quod ꝓducit: Sed purum poſſibile producitur actione naturali. dicunt enĩ ꝙ cum forma corrumpitur ꝙ cor-
rumpitur in purum poſſibile ſicut ex puro poſſibi- H.
li generatur ⁊c. ¶ Dicendum eſt ergo ꝙ ante gene- Opinio
rationem nihil preexiſtit in materia: qđ conuerta- doctoris.
tur in naturam forme. quod patet: q2 ſicut forma ꝓexiſtit in potentia paſſiua materie ſic immo verius preexiſtit in potẽtia actiua generantis. Sed forma non preexiſtit in potentia actiua generantis ſic ꝙ ipſa forma vel aliquid eius preexiſtat ibi: vel ali-
quid generantis conuertatur in ipſaꝫ: ergo ⁊c. Et I.
ſic patet primum principaliter propoſitum. ¶ Cir- Arti. ij.
ca ſecũdum ſcꝫ quid ſint rõnes ſeminales. Notandum ꝙ quedam rõnes dicuntur primordiales quedã obediẽtiales: quedã vero ſeminales. Primordiales ſunt rões rerum vt in deo preexiſtũt qui res ꝓducit per intellectum ſicut artifex oĩm hñs omnes ſciẽtias. Rõ vero obediẽtialis ẽ potentia que ẽ in creatura vt de ea fiat quicquid contradictionẽ nõ implicat: ſicut de tritico imediate fiat vitulꝰ Et hec rõ ſeu potẽtia obediẽtialis ẽ increata ſolũ reſpectu dei ſcḿ quã deꝰ facit de qualibet creatura quicqd vult et ſicut vult: rões vero ſeminales ſũt ꝟtutes actiue ⁊ paſſiue collate rebꝰ ſcḿ q̃s nõ q̃libꝫ fit ex quolibꝫ neq3 q̃libet mõ: ſꝫ determiatũ ex determiato: ⁊ determiato mõ: ⁊ ꝑ determiata media: ſicut nõ ex q̃cũq3 fit equꝰ: ſed ex ſemie equi: nec q̃libꝫ mõ: ſꝫ oꝫ ſemẽ priꝰ eſſe molle poſtea duꝝ vt dr̃. ij. phi. Et q̃q̃ generaliter oẽs virtutes actiue cũ paſſiuis ſibi correſpondentibus dicantur rões ſeminales Nã Auguſtinꝰ dicat. iij. de tri. ꝙ oĩm que viſibiliter ad oculos nr̃os ꝓdeũt occulta quedã ſemia in elemẽtiſ mũdi latent: tamen proprijſſime dicũtur rões ſemina-

les eſſe in illis quib⁹ ſimile ex ſimili pducat̃ marie
in viuentib⁹: Talia em̃ ꝓpꝛie ex ſemine gñantur:
et ex virtute actiua ⁊ paſſiua: in hiis tamẽ in pfectio
rib⁹ repertis tranſlatũ eſt nomẽ rõis ſeminalis ad
M. oẽs virtutes naturales actiuas ⁊ paſſiuas. Quic-
quid ḡ pducit̃ preter has rões ſeminales ſi ſit p ſe
ſubſiſtẽs ⁊ nõ ſit alteri⁹ pars ꝓpꝛiiſſime dicit̃ creari:
vt angel⁹: qd̃ aũt natũ eſt p ſe ſubſiſtere ⁊ tñ eſt al
terius pars: nec pducit̃ ſm rões ſeminales min⁹
ꝓpꝛie dr̃ creari: vt eſt aĩa intellectiua. Nã ẽ rões ſe
minales cooperant̃ aliqualiter ad eſſe eius nõ ab-
ſolute et ſimpliciter: ſed ad eſſe in materia diſpo-
nendo materiã. Illud vero qd̃ pducit̃ preter rões
ſeminales et eſt alteri⁹ pars: nec eſt natum per ſe
ſubſiſtere minime ꝓpꝛie dr̃ creari: ſicut eſt de gra-
tia in aĩa: forma vero que nõ eſt nata p ſe ſubſiſtere
⁊ pducit̃ ſm rões ſeminales ꝓpꝛie dr̃ eſſe termin⁹
gñatõis ⁊ nullo mõ dr̃ creari: q̃uis nihil ſit in ma-
L. teria qd̃ cõuertat̃ in ipſam. ¶ Ad primũ argumen
Ad prim tum dicendũ ꝙ rõ ſumitur nõ ſolũ p pertinẽtibus
pricipale. ad intellectũ: ſed p oĩ eo qd̃ impoꝛtat cãlitatẽ reſpe
M. ctu alteri⁹ Sicut dicimus ꝙ caloꝛ in igne eſt ſibi rõ
Ad ſcd̃m calefaciendi. ¶ Ad ſcd̃m dicendũ ꝙ ſub rõibus ſe
minalib⁹ cõprehẽdunt̃ non ſolũ virtutes actiue: ſʒ
etiã paſſiue eis coꝛreſpõdẽtes ſicut in gñatione aĩa
lis ſemẽ dr̃ non ſolũ qd̃ miniſtrat̃ ex parte viri: ſed
etiã ex parte mulieris: principali⁹ tñ illud dr̃ ſemẽ
in quo eſt virtus actiua ⁊ ſic loquit̃ philoſophus.

## Vtrum anima intellectiua pducatur cum ſemine: Queſtio tertia.

N. Ertio queritur vtrum anima
Quõ. iij. intellectiua pducat̃ cũ ſemine. Et vide
Arg. i. tur ꝙ ſic. q: cõmentatoꝛ ſupꝛa. v. meta. di
cit ꝙ ĩpoſſibile eſt diuerſos agentes quo
rum vni⁹ actio terminet̃ ad formã: alteri⁹ vero ad
ſubiectũ forme ſm ſe cũ ſubiectũ in actiõe naturali
ſupponat̃ ſed put ſuſcipit formã: ſed coꝛpus orga-
nicũ eſt ſubiectũ aĩe. Cũ ḡ p actionẽ virtutis forma
tiue exñtis in ſemine coꝛpus organiſet̃ ⁊c. Videt̃
In op. ꝙ eius actio extendat̃ ad aĩam. ¶ In contrariũ eſt
Ariſt. xvi. de aĩalib⁹ vbi dicit ꝙ intellect⁹ eſt ab ex
trinſeco. Et in lib. de ꝓpꝛietatib⁹ Elc. dr̃ ꝙ in natis
fit ſpũs dei iuſſu. Et Eccle. vltimo. reuertat̃ puluis
in terrã vñ erat: ⁊ ſpũs redeat ad dominuʒ qui de-
O. dit illuʒ. ¶ Reſponſio. traduci dicunt̃ illa que pdu
Deciſio q̃ cunt̃ in eſſe p deciſionẽ a gñante: ⁊ iõ traductio im
ſtionis. poꝛtat originẽ et deciſionẽ. Et iõ lignũ diuiſum a
ligno non dr̃ ꝓpꝛie traduci ꝓpter defectũ originis
neqʒ ignis gñatus ab igne dr̃ ꝓpꝛie traduci ꝓpter
defectũ deciſiõis. Sola aũt gñatio aĩatoꝝ dr̃ tra-
ductio. Nõ faciam⁹ aũt vim in nõie traductõis: ſʒ
inqram⁹ vtrũ aĩa intellectiua ſit gñabilis ⁊ coꝛrupti
bilis. Cõuertũtur em̃ ſm reſ naturã. Et ſciendũ ꝙ de
cõcluſiõe ſm modernos doctores nõ ẽ diſceptatio.
P. Oẽs em̃ dicunt aĩam hũanã ingenitã eſſe ⁊ incoꝛ-
ruptibilẽ. Modus autẽ pbandi concluſionẽ eſt dif
ficilis. ad pñs tñ pbabit̃ ſic: oĩs forma que in ope-
rando excedit coꝛpus obiectiue in eſſendo: exce-
dit coꝛpus ſubiectiue: agere em̃ ſequit̃ eſſe. et actio
forme reſpicit obiectũ ſicut eſſe reſpicit ſubiectũ: ſʒ
aĩa intellectiua in operãdo excedit oẽ coꝛpus obie
ctiue: q: licet primo occurrãt intellectui nr̃o coꝛpora
lia: q: nõ itelligim⁹ niſi mediãtib⁹ fantaſmatib⁹ q̃

ſunt quedã ſimilitudines coꝛpaliũ: tñ in ipſis non ſi
ſtit intellectus: ſed ductu rõis venit in cognitionẽ
icoꝛpoꝛaliũ ⁊ imaterialiũ: ḡ aĩa intellectiua excedit
i eſſendo coꝛp⁹ ſubiectiue: Non quod ſic ꝙ pars ſit
in coꝛpoꝛe ⁊ pars extra: Sed q: preter hoc ꝙ eſt in
coꝛpoꝛe põt eſſe ſine coꝛpoꝛe. ¶ Quid autem ſen- Q.
ſerit Ariſt. circa materiã iſtã dicũt quidã ꝙ intẽtio Opinio
Ariſt. fuit ꝙ aĩa q̃tũ ad operationẽ erat ſeparabi: aliquoꝝ.
a coꝛpoꝛe: ⁊ nõ q̃tũ ad eſſe: ita ꝙ poſſet p ſe ipſam
manere coꝛrupto coꝛpoꝛe. Qd̃ aũt de intẽtõe Ari
ſto. fuerit ꝙ ſit ſeparabilis ſm operationẽ. pʒ p ex-
ẽplũ qd̃ ponit De ſphera enea cui ꝯuenit tangere
planũ in puncto nõ in eo ꝙ enea: ſed i eo ꝙ ſphera
q: ſicut ſphera Enea: tãgit planũ in pũcto ⁊ ad hoc
nihil facit p ſe natura enea: neqʒ aliqd aliud niſi ſo
la ſpehricitas: ita vt dicũt ſẽſit Ari. ꝙ ſola aĩa itelle
ctiua: vel intellect⁹ eſt ſuſceptiua actus intelligẽdi
ita ꝙ ad recipiendũ talẽ actum nihil p ſe facit mate
ria neqʒ qualitates coꝛpoꝛales vt calidũ: frigidum
⁊ cetera. hmõi: Et ob hoc dr̃ ſolũ ſeparari ab aliis p
tibus aĩe. Et ſic exponũt illud qd̃ dicit Ariſto. ij. de
aĩa ꝙ intellect⁹ ſeparat̃ ab aliis ſicut ppetuũ a coꝛru
ptibili: dñtes ꝙ p hoc Ariſt. nõ ſenſerit aĩam itel-
lectiuã eẽ ſeparabilẽ et incoꝛruptibilẽ ſm eſſe: ſed
ſolũ ꝙ ip̃a hʒ quandã ſimilitudinẽ cũ ſubiectis ſe-
paratis incoꝛruptibilib⁹: et hoc inſinuat mod⁹ ſu⁹
loquẽdi: dicit em̃ ꝙ ſeparat̃ ab aliis ſicut ppetuũ a
coꝛruptibili ⁊ hoc. ſ. ꝙ q̃tũ ad opationẽ intelligẽdi
ipſa ſepat̃ ab oĩ cõditõe materiali. ſicut ⁊ incoꝛru-
ptibilia. Et q̃uis non multũ ſit curãdũ quid ſenſe
rit ariſt. Tñ magis credo ꝙ ariſt. ſenſerit aĩam in R.
tellectiuã eẽ ſepabilẽ ſm eſſe et opationẽ q̃ ſcd̃m Op. doc.
operationẽ ſolũ put iſti dicũt: q: xij. meta. q̃rit licet
ſub dubio an aliq̃ forma remaneat poſt coꝛruptio-
nẽ cõpoſiti ꝯſtat ꝙ loquit̃ de ſeparatõe forme q̃tũ
ad eẽ ⁊ hoc dicit poſteri⁹ pſcrutãd. illa ãt pſcrutatio
poſterioꝛ reuera ptinebat ad librũ de aĩa ad quã p
tinet cõſiderare ꝓpꝛiã naturã aĩe itellectiue ⁊ iõ qc
quid dicit Ariſt. i lib. de aĩa de ſepatiõe aĩe itellecti
ue: vel itellect⁹ poſſibil' ſeu agẽtis a ceteris ptibus
aĩe itẽdit dicere de tali ſepabilitate de q̃ ſub dubio
locut⁹ fuerat. xij. meta. q̃ ſepabilitas eſt ſm eẽ. Itẽ
Ariſt. i. de aĩa dicit ꝙ ſi aĩe intellectiue ẽ aliq̃ ꝓpꝛia
opatio in qua nõ cõicat cũ coꝛpe ip̃a eſt ſepabilis a
coꝛpe: ⁊ ſi nõ eſt aliq̃ talis ip̃a nõ ẽ ſepabilis: igit̃ ex
ſepabilitate aĩe a coꝛpe q̃tũ ad opationẽ intẽdit cõ
cludere aliquã ſepabilitatẽ: aut igit̃ eand̃ aut aliã:
Si eand̃ ridiculũ eẽt ꝯcludere idẽ per idẽ: eẽt em̃
ſenſus ꝙ ſi aĩa eſt ſepabilis ſm opationẽ ip̃a eſt ſe
parabil' ſm opationẽ qd̃ eſt nugatoꝛiũ: intendit ḡ
ex ſepabilitate opatõis intelligẽdi ꝯcludere aliã ſe
pabilitatẽ aĩe: illã. ſ. que ẽ ſm eẽ. Itẽ. xvi. de aĩali-
bus dicit ꝙ intellect⁹ ẽ ab extra: vel ab extriſeco. ſ. a
deo ⁊ nõ a virtute ſemis ⁊ ſic ſm ip̃m itellect⁹ ẽ ige-
nerabilis ḡ ſm eundẽ intellectus ẽ incoꝛruptibilis
q: oẽ ingñabile ẽ incoꝛruptibile ſm eũ. Si ãt intel-
lectus eſt incoꝛruptibilis. ergo nõ deſinit eẽ coꝛru-
pto coꝛpe. Et ita videt̃ ꝙ magis ſit itẽtio Ariſt. ꝙ
itellect⁹ ſit ſepabil' a coꝛpe ſm eẽ ⁊ ſm opationẽ q̃
ſm opationẽ ſolã. Sed cõtra hoc vident̃ eſſe duo S.
Primum eſt ꝙ Ariſto. reputauit ſe demonſtraſſe Inſtã. i.
generationẽ hominũ eſſe eternã a parte ante: et a
parte poſt. Reputauit etiam demonſtraſſe ꝙ infi
nita actu eſſe non poſſunt. Sed ſi intellectus eſt
forma hominis: et remanet coꝛrupto homine tũc

cum infiniti hoies ſcḋm ipm iã ſint mortui: ſequeret
A. ꝙ infiniti intellect⁹ ſeparati actu remãſiſſent: ꝛ ita
Inſtãtia cõtradiceret ſibi qḋ nõ videt ¶ Scḋʒ eſt ꝙ ſcḋm Ari
Scḋa. ſtotelẽ Oẽ ꝑpetuũ a parte poſt eſt ꝑpetuũ a parte
añ ſi ꝰ intellect⁹ eẽt ꝑpetu⁹ a pte poſt ſeqret ſʒ Ari
ſto. ꝙ eẽt ꝑpetu⁹ a pte añ: ſʒ ſi eẽt ꝑpetu⁹ a parte añ
nõ eẽt ſcḋm eũ de nouo forma corporis: qꝛ forma nõ
ꝓcedit cõpoſitũ vt dr̄. xij. meta. ꝰ non ſtant ſimul ꝙ
ipſe ponat intellectũ eẽ formã corpis: et ponat ipm
B. manere corrupto corpore. Et dicendũ ꝙ nihil ꝓhi-
Solutio. bet aliquẽ nõ conferentẽ dicta ſua ad inuicẽ dicere
repugnãtia ſicut ſciens oẽʒ mulã eſſe ſterilẽ poteſt
credere hanc mulã hẽre pullũ in vtero ſi non dedu
cat vnũ ex altero. Et per modum iſtũ nihil ꝓhibet
Ariſt. qui fuit purus hõ dixiſſe in plurib⁹ locis ali-
qua ſibi inuicẽ diſſonantia. Conſtat eñ ꝙ in .xij.
meta. clare dicit nullam formã ꝓcedere cõpoſitũ: ꝛ
ſubiungit ꝙ nihil ꝓhibet in quibuſdã aliquã formã
remanere poſt cõpoſitũ: nec hoc ponit ſub dubio:
ꝗuis ponat ſub dubio vtrũ aĩa ſit talis forma. Et
tamẽ primo celi dicit ꝙ oẽ eternũ a parte poſt: eſt
eternũ a parte ante: qḋ repugnat primo. Ideo ꝛ ſi
mile inuenit in plurib⁹ alijs qui vult bñ ſcrutari. vñ
C. illa repugnãtia dictorũ nõ arguit quin Ariſt. ſenſe
Ad prim rit aĩam intellectiuã eſſe imortalẽ. Ad argu. in op-
pĩcipale. poſitũ dicendũ ꝙ ſolũ aĩe ſubiectũ eſt materia pĩa
ad quã nõ terminat actio virtutꝫ formatiue exñtis
in ſemine. Sed terminat ad aliquã formã ſubſtã-
tialem: vel accidẽtalẽ que tñ nõ manẽt aduenien-
te aĩa itellectiua qꝛ erãt diſpoſitiões queḋ matie vt
trãſmutaret ad formã. ꝛ nõ vt eẽt cũ eis ſub forma

## Sententia hui⁹ diſtinctõis. xix.

D. in generali & ſpeciali.

Diſt. xix. Snia in generali. Olent autem queri. Superi⁹
magiſter determiauit de creatõe hois ge
neraliter Hic determiat creati hois con
ditiõẽ ſpecialiter determinãdo ei⁹ prim
ſtatum. Et diuidit in duas. Primo determiat ſta-
tum primi hois ꝗtũ ad immortalitatẽ: Scḋo ꝗtũ
ad ſpeciei mltiplicitatẽ. Scḋa in principio. xx. diſt.
ibi. Poſt hoc videndũ eſt. Pĩa eſt in pĩcipio le-
ctionis. Et diuidit in duas. Primo ꝑponit qḋ in-
tendit. Scḋo ꝓſequit oñdendo hois immortalitate
tem ibi. Solet hic. Et hec pars diuidit in quattuor
Primo mouet queſtionẽ. Scḋo ſoluit. Tertio oc-
caſione ſumpta ex ſolutiõe diuerſas opiniões tan-
git. Quarto addit quaſḋ auctoritates queḋ dicto-
rum cõfirmantes Scḋa ibi. ad. quod dici põt Ter
tia ibi. ꝓpter qḋ aliqui dicũt. Quarta de hac vero
hois imortalitate. Hec eſt diuiſio ꝛ ſnĩa lcõis in ge
nerali. ¶ In ſpãli ſic ꝓcedit et proponit primo ꝙ
E. itẽdit determiare ſtatũ primi hois: añ peccatũ qua
In ſpãli. lis fuerit tã in aĩa ꝗ̃ in corpore: Et de quibuſdam
alijs que non inutiliter ſciunt. Poſtea dicit ꝙ ꝓſeq̃
tur de his que pertinent ad corpus: ꝛ dicit ꝙ prim⁹
hõ mortal erat: ꝛ nõ mortalis. Poterat eñ mori.
et non mori: Non mori aũt in primo ſtatu. ſ. ante
peccatũ: qꝛ habuit poſſe non mori. In ſecundo ve
ro. ſ. poſt pctm̃ neceſſario hũit mori. In tertio ve-
ro. ſ. btitudis hẽbit nõ poſſe mori Et ſubdit ꝙ corp⁹
eius erat aĩale. i. alimẽtis egẽs: ꝛ añ peccatum im
mortale. i. (potẽs nõ mori) ſed poſt peccatũ erat cor
pus eius mortuũ ſcḋm apl̃m: in reſurrectione vero
hẽbit corp⁹ ſpũale. i. non egẽs alimẽtis ꝛ tũc erit im
mortalis. i. non potens mori. Et hoc confirmat per
auctoritates apl̃i. Poſtea querit cãʒ imortalitatis
eius an hoc fuerit ex cõditiõe nature: an ex dono
gratie: ꝛ dicit ꝙ hoc fuit ex dono grẽ. ſ. ex eſu ligni
vite. Vñ ſi illo nõ vteret peccaret et moreretur. Sʒ
vtẽdo ligno vite nõ peccaſſet: et ſic non moreretur.
Et hoc mõ ex ligno hẽret poſſe nõ mori: querit aũt
circa hoc an ſi nõ eſſet ꝓceptuʒ ꝙ comederet de ligͦ
vite: ꝛ alijs: et non illo veſceret nũquid poſſet non
mori ſed ſemꝑ viuere. qꝛ ſi ſic ꝰ nõ ex ligno vite eẽt
immortalis: ſi vero non: tunc ex ligno vite: in-
erat ei imortalitas. Et ꝓpter hoc aliqui dicũt ꝙ li-
gnũ vite nõ erat tota cauſa immortalitatis: ſed ha-
buit imortalitatẽ etiã ex natura. Alijs vero videt
ꝙ homo erat oĩno imortalis ex ligno vite. Vltimo
dicit et ponit quaſḋ auctoritates in quibus dr̄ quo
mõ differebat imortalitas ade ab imortalitate bea
torũ: qꝛ imortalitas Ade pleſuʒ ligni cõſeruabat vſ
ꝗ ad tẽpus quo ſumẽs de ligno vite fieret ꝑfecte
imortalis vñ quibuſḋ videt ꝙ hẽret tñ aliquã imor
talitatẽ ex natura: ſed ad ꝑfectã veniſſet ꝑ eſum li
gni vite: Magiſter vero ſuſtinet ꝙ primam immor
talitatem habebat ex ligno vite. Et in hoc ter. ꝛc.

## Queſtio prima.

## Vtrũ immortalitas Adę in ſtatu innocẽtię fuerit naturalis.

Irca diſt. xix. queruntur duo F.
Primo vtrũ imortalitas Ade in ſtatu in Que. i.
nocẽtie fuerit naturalis. Et videt ꝙ non Arg. i.
qꝛ ſicut in demonib⁹ remanſerũt natu-
ralia integra poſt peccatũ vt dicit Diony. i iij. capi.
de di. no. Sic et in hoib⁹ vt videt: Sed homo poſt
peccatũ nõ remanſit immortalis: ergo prior imor- In op.
talitas non fuit per naturam. ¶ In contrarium
eſt qꝛ illud eſt naturale quod ineſt ꝑ virtutẽʒ nаẽ
ſiue ſcḋm rationes ſeminales: Sed talis fuit imor-
talitas ſtatus innocentie: qꝛ inerat hoi per eſuʒ li- G.
gnorum paradiſi: et precipue per eſum ligni vite: Rñſio.
ergo ꝛc. Reſponſio. Videnda ſunt tria: Primo an
homo in ſtatu innocentie fuerit immortalis: Se-
cundo qualis fuerit immortalitas. Vtrũ eadẽ cum
immortalitate reſurgentũ. an alia. Tertio an fue Articu. i.
rit per naturam: an ꝑ gratiã. Circa primum ſcien
dum ꝙ cum fuiſſe immortalem conuincitur aucto
ritate ſacre ſcripture: et probabili perſuaſione. Au
ctoritate ſcripture per hoc qḋ dicit Apl̃us ad Ro.
v. ꝙ per vnũ hominem peccatum intrauit in mun
dum et ꝑ peccatũ mors: ergo añ peccatum erat hõ
immortalis: Vnde et dominus penã mortis com-
minatus eſt primo homini Geñ ſcḋo. dicens qua-
cunq̃ die ex eo comederis morte morieris. id ẽ ne
ceſſitati moriẽdi addictus eris. Eſt etiam ad hoc
perſuaſio probabilis: quia ſicut eſt in eſſe nature
ſic ſuo modo ẽ in eſſe ſupernaturali: Sed ſic eſt in
eſſe nature ꝙ quecunq̃ proceſſu temporis produ-
cta ſunt in ſe a principio fuerũt ꝑducta ſcḋm ſuas
rõnes ſeminales (vt dicit Auguſtin⁹ ſuper Geñ.)
ꝰ debuit eſſe ſimiliter in ſupnaturali: ꝙ glorie taʒ
anime ꝗ̃ corporis que proceſſu temporis erat dan
da hominibus fuit a principio ꝑducta ſcḋm ſuum ſe
minarium. Seminarium autem glorie aĩe eſt gra
tia: ſeminariuʒ vero glĩe corpis eſt queḋ ichoatio
imortalicalitatꝫ ꝰ a pĩcipio hõ fuit creatus ĩ grã aĩe
tanq̃ in ſeminario glorie ei⁹; et in aliqua ichoatõe

H. immortalis corporis tanq̃ in ſeminatio pfecte imor
Arti.ij. talitatis ⁊ impaſſibilitatis. ¶ Quantū ad ſecundū
articulū notandū ꝙ immortalitas ſtatus innocētie
fuit qua poterat non mori: et nō qua non poterat
mori qualis erit imortalitas reſurgētiū. poterat ei
peccare et mori: ſicut et factū eſt: poſſe aūt nō mo=
ri in quo cōſiſtebat rō illius immortalitatis pōt capi
dupliciter. ad ſemp: vel ad temp⁹. Ad ſemp aūt nō
erat illud poſſe nō mori quo ad actū: q: de illo ſtatu
hō transferend⁹ erat ad ſtatū glorie in quo nō poſ
ſet ſimpliciter mori que eſt imortalitas alteri⁹ rōis
Et ſic prime imortalitati ſucceſſit ſcḋa imortalitas:
nec virtus prime imortalitatis ſp fuiſſet. Erat igit
illa immortalitas qua poterat hō nō mori nō ad ſp
q̃tuz erat ex cōditōe ſtat⁹ ſed vſq; ad tempus .ſ.
I. quſq; trāſferret ad gloriā. ¶ His ſuppoſitis dicē
Tertius dū ꝙ imortalitas ſtatus inocētie nō fuit ſimpliciter
naturalis: ſed q̃tū ad aliqua potuit eē naturalis.
Primū p3. q: nihil dr̄ ſimplicit naturale niſi qđ pōt
puenire ex cāis pure naturalib⁹. Sed illa imorta
litas ex cāis pure naturalib⁹ nō poterat puenire:
ſed reqrebat diuia puidētia ſpālis defendens ab
oī inferēte extrinſeco mortē p violētiā: et prudētia
quā hūit de omi cibo mortifero q̃ fuit ei gtuite col
lata: et iterū ꝙ eēt in tali loco tēperato. ſ. in paradi=
ſo: ⁊ veſceret tali cibo ſic cōfortatiuo nō fuit nature
ſed gratie vt magiſter dicit: ppter q̃ imortalitas il
la ſimpliciter loquēdo magis dicēda ē fuiſſe ſupna
turalis q̃ naturalis. Itē qđ eſt ſimpliciter naturale
manet vel manere poteſt in oī ſtatu ſicut a pricipio
arguebat. Sed illa imortalitas nō manſit in hoīe
poſt peccatū: ergo nō fuit ſimpliciter naturalis: et
K. ſic p3 primū. ¶ Secūdū patet. videlicet ꝙ excluſis
pdictis in ceteris poterat illa imortalitas pure eſſe
naturalis: qđ p3 ſic. q̃to pplexio eſt fortior et cib⁹
melior: ⁊ aer purior tanto pōt naturaliter vita eſſe
diuturnior. Sed in paradiſo fuerūt hec oīa cū ceterꝫ
que cooperant ad lōgitudinē vite: fuit eñ natura
hoīs optime cōplexionata: cib⁹ lignorūz paradiſi
puriſſim⁹ ⁊ cōfortatiu⁹ p̃cipue fruct⁹ ligni vite pluſ
q̃ queciq; ſpēs aromatice: fuit etiā temperatiſſi=
mus aer abſq; vlla inordinatōe caloris: ⁊ frigoris:
que multos interficit: ergo potuit etas eorū eē diu=
turniſſima. ſ. quo vſq; ad aliū ſtatū transferret. Hoc
aūt magis p3 ex coparatōe ſtatuū: et etatū: Cōpa=
rādo eñ ſtatū innocentie ad ſtatū poſt pctm̄: ⁊ ante
diluuiū plus exceſſit pplexio pplōnem in vigore: ci
bus cibū in bonitate ⁊ pformatiōe nature: locus lo
cū in aeris tēpamēto et puritate: q̃ exceſſit ſtat⁹ añ
diluuiū: et poſt pctm̄ ſtatū modernū. Sꝫ añ diluuiū
viuebāt abſq; miraculo in decuplo plus q̃ mō vt p3
Gen̄.v. g̃ in paradiſo p ſtatu innocētie poterāt i de
cuplo ⁊ forte i cētuplo plus viuere q̃ illi q fuert poſt
peccatū et añ diluuiū quorū aliqui vixerūt fere mil
L. le ānis quo cōpleto tranſlati fuiſſent ad gl'iam Et
ſi eſſet verū hoc ꝙ aliqui dicūt: ꝙ fructus ligni vite
talē hūit naturā vt qđ ſumebat de alimēto puerte=
teret in naturam in equali puritate qua prius ⁊ na=
tura reſtituebatur ad eundē vigorem: vt prius ni
hil phibuiſſet illam immortalitatē fuiſſe per natu
ram etiā ad ſemp q: nō erat ex ſublatōe principio=
rum paſſiuorū intrinſecorū quibus aliquid dr̄ p na
turam mortale vel corruptibile: Sed erat ex impe
dimento eorū: quorū actio poterat inducere corru
ptionem: et hec bene ſtant ſimul. Sum eñ mortal'
et tñ nō morior actu: Et ſicut eſt p nūc ſic poſſet eē
p toto tpe ſū idem impedimentū mouendi exiſte
ret: ⁊ ſic p3 ꝙ imortalitas ſtat⁹ innocētie nō fuit ſim M.
pliciter naturalis: ſed ſolū q̃ ad ſupradicta. ¶ Ad Ad arg.
argumētū in oppoſitū dicendū ꝙ ſi homo poſt pec in oppo.
catū in paradiſo manſiſſet et cōediſſet tēperate de
lignis paradiſi maxime aūt de ligno vite: et cum
hoc habuiſſet puidentiā diuinā. ſ. pſeruantē a leſi=
uis extrinſecis: forſitā illā candē imortalitatē cōſe
quut⁹ fuiſſet: Sed extra paradiſūz nō erāt illa que
hāc imortalitatē in eo cābant. Et hoc videt innue=
re ſcriptura Gen̄.iij. cū dicit domin⁹ videte ne for
te ſumat de ligno vite: ⁊ viuat i: eternū: ⁊ emiſit eū
de paradiſo. defecit etiā ei diuina puidentia quo
ad cuſtodiā a nocumētis extrinſecis. Unde ⁊ poſt=
modum Abel occiſus fuit a Cayn vt dr̄ Gen̄.iiij.
Nec hoc eſt cōtra illud qđ domin⁹ dixerat quacun
q; die ex eo comederis morte morieris: q: hoc dicit
p̄cudēs eū eijciendū de paradiſo et amiſſurū ſpe
ciale dei cuſtodiā quā hēbat. Et hec eſt ſententia
Aug. lib. de queſtiōib⁹ noui ⁊ vete. teſtamēti: vbi
dicit ſic. denicq; poſt peccatū potuit inſolubilis ma=
nere ſi permiſſum illi eſſet edere de ligno vite.

## Vtrum corpus Adæ fuerit paſſibile: Queſtio ſecunda.

Secundo querirur vtrū corp⁹ N.
Ade fuerit paſſibile. Et videt ꝙ ſic: q: q̃ Quō.ij.
cunq; cōicant in materia agūt et patiū= Arg.i.
tur mutuo vt dr̄ primo de Gen̄. Sꝫ cor=
pus Ade cōicabat in materia cū alijs: ergo potuit
ab eis pati. ¶ In cōtrariū arguit. q: paſſio magis
ac magis facta ſemp pl⁹ abijcit a ſubſtātia ⁊ tandē In op.
inducit corruptionē: ſed corpus Ade fuit incorru=
ptibile: ergo ⁊ impaſſibile. ¶ Reſponſio. Paſſio p O.
prie dicta que ē abiectio alicui⁹ puenētis ſm natu Deciſio q̃
ram pōt accipi dupliciter: Uno mō vt iducit corru= ſtionis.
ptionē cū effectu. Alio mō vt ſtat in limitib⁹ paſ= P.
ſionis. Primo mō corpus Ade nō fuit paſſibile ſi
cut nec corruptibile durāte ſtatu inocētie Scḋo mō
pōt accipi adhuc paſſio dupliciter. ſ. natal' q̃ pſiſtit in
ſola abiectiōe alicui⁹ cōuenietis ⁊ aīalis q̃ eſt dolor
ex pceptōe leſiui. Si natural': ſic fuit Adā vere paſ
ſibilis ſm corpus q: fuit in eo vera deperditio ali=
cuius conuenientis ſm naturam: qđ p3 q: p ſtatu
innocētie neceſſariū fuit alimētū cū hō hēret cor=
pus aīale indigens cibis: ppter qđ preceptū fuit
pmo hoī Gen̄.ij. Ex oī ligno paradiſi comede. vſ⁹
autē alimenti ſolum eſt triplex. ſ. ad nutritionem:
augmentum: et generationem. In primis autem
parentibus non fuit vſus alimenti ad augmentū
q: formati fuerunt in perfecta q̃titate: nec fuiſſet
ſolum ad generationem: tum quia tunc non come
diſſent niſi quotiens genuiſſent: quod falſum eſt:
tum quia ſemen eſt aliquid deciſum a toto corpo
re non decideretur autem niſi aliqua pars in to=
tum corpus conuerteretur et alia decideretur. re=
ſtat ergo vt aliquis vſus alimenti fuiſſet ad nutri=
tionē: ſed nutritio eſt reſtauratio alicuius deperdi
ti. ergo in corpore ade fiebat aliqua deperditio: ⁊
ita fuit in eo vera paſſio naturalis que eſt abiectio
alicuius conuenientis ſm naturam: Nec poteſt di
ci ꝙ alimentum ſumeretur non ad reſtauratione
deperditi: ſed vt prohiberet deperditionem fieri:

quia alimētum ſumptū vere cōuerſū fuiſſet in naturā nutriti: alioquin nō fuiſſet principiū augmenti in pueris: Augmentū aūt non fit per naturā niſi per rarefactionē que nō fuiſſet in augmento puerorū: nec per additionē materie vt viſum fuit ſupra diſt. pcedēte. Si igitur de ſubſtātia corporis nihil deperderet añ ſumptionē cibi: nec poſt et ſemp aliquid conuerteret de alimēto: oporteret neceſſario q ſemp ſequeretur augmentū qd non eſt verū: fuiſſet ergo in ſtatu innocētie vera paſſio naturalis q eſt abiectio alicui⁹ conuenientis ſm naturā: nec tñ fuiſſet ſequuta corruptio ſm totū: qz qd abiectū fuiſſet reſtauratū fuiſſet in eadē puritate per virtutē ligni vite confortantis ad modū optime medicine: vt dicit Aug. lib. de queſtionib⁹ no. z vete. teſt. z ſic reſtauratū fuiſſet quod ſuffeciſſet ad vite cōtinuationē quouſqz transferrent in ſtatū glorie. Si vero loquamur de paſſiōe aiali que eſt dolor ſenſitiu⁹ pueniens ex perceptione leſiui: Sic in ſtatu innocētie non fuit talis paſſio. Qd pbatur primo ex dicto ſcripture Gen. iii. vbi domin⁹ dicit mulieri poſt peccatū: et in penā peccati: in dolore paries: Et idem ſentiendū eſt de aliis doloribus. Perſuadet etiā hoc tali rōne pena non debet precedere culpā: ſed paſſio aialis que eſt dolor ex ſenſu leſionis pena e: g non fuit añ culpā: Et de hac paſſione. ſ. aiali itelligendū eſt illud qd cōiter doctores dicunt hic (ſcz q paſſio non fuit in tēpore innocentie. nō autē de paſſione pure naturali nō iducēte corruptionē: qūuis autē corpus Ade in ſtatu innocentie paſſibile eēt predicta paſſiōe: tamē preſeruabat ne actu pateretur partim per rōnē ppriā per quā poterat nociua vitare: partim per diuinā puidētiā que ſic eū tuebatur vt nihil occurreret ei ex improuiſo a quo lederetur. Per hoc patet ſolutio ad obiecta.

## Sententia huius diſtinctionis .xx. in generali et ſpeciali

B. Diſt. xx. Snia in generali. POſt hæc videndum eſt &c: Superi⁹ determiauit magiſter de ſtatu primi hominis. qūtum ad imortalitatem Hic vero determiat de ſtatu eius qūtum ad ſpeciei multiplicationē. Et diuidit in duas. Pmo determinat ſuū intentū. Secūdo determinat finalem ſtatū quē homo tūc hiturus erat. Secūda ibi. talis erat hois inſtitutio. Prima diuidit in duas. Pmo determiat modū gñatōis in pmo ſtatu. Secundo inqrit gñandorū cōditionē. Secūda ibi. Si vero querit. Prima diuidit i tres. Pmo inquirit et determiat gñatōis modū. Scdo gñatōis locū. Tertio gñatōis terminū. Scda ibi. cum ergo non Tertia ibi. determinatio vero. Scda vero in qua inqrit gñatorū cōditionē diuidit in duas. Pmo iquirit qualitatē corū. Pmo qūtū ad corpus. Scdo qūtum ad animā. Secunda ibi. Et cum de corpe humano. Prima diuidit in quattuor primo mouet qſtionē ſuā. Scdo oſtēdit eā eſſe dubitationē. Tertio eā determinat. Quarto circa determiata opponit z ſoluit. Secūda ibi. et ſuper hoc Aug. Tertia ibi. Sed cū Aug. Quarta ibi. ad hec autē opponi

C. In ſpāli tur. et hec eſt ſnia z diuiſio lr. in gñali. ¶ In ſpāli vero ſic pcedit et pponit primo inquirēdo qualit z quales filios primi parentes generaſſent. Et dicit q quidā opinati ſunt q p ɔcubitū non potuiſſet eſſe gñatio: qz concubitus non ē ſine corruptiōe que ante peccatū in hoie eē nō poterat: Sed magiſter dicit q ſm veritatē p concubitū ibi fuiſſet gñatio: z thorus immaculat⁹ et cōmixtio ſine concupiſcentia et vſus membrorū ſine corruptione ſicut homo vtitur aliis membris. Poſtea querit quare in illo tēpore non fuit gñatio in paradiſo facta. Et reſpōdet q hoc fuit qz deus nondū preceperat: vl' qz ſtatim poſt mulieris formationē peccatū ſequutū eſt: et eiectio de paradiſo. Poſtea querit qualiter poſt gñationē primi parentes ad perfectā imortalitatē traſiſſēt: Et dicit q hoc eſt dubiū. Potuit ei fieri vt pfecta gñatiōe transferrent ſtatim parētes añqz filii et forte oēs ſimul pfecto nūero electorū. Poſtea querit quales filios hō genuiſſet qūtū ad corp⁹: vtrū ſcz ſtatim in ſua natiuitate habuiſſet pfectionē ſtature: et perfectū vſū mēbrorū. Poſtea dicit q pter vteri matrū neceſſitatem videt eſſe dicendū q paruuli naſcerent: Sed poterat de⁹ ſupnaturaliter in eis cooperādo ſtatim in ipa natiuitate pfectū vſum membrorū dare: ſicut et aliquib⁹ aialibus dat pfectū vſū membrorū. Poſtea reſpōdet q paruuli naſcerent vt modo non ex culpa ſed ex conditiōe nature: ſicut z cibo indigebāt ex ɔditōe nature z c. Et obiicit in oppoſitū q nō indigebāt alimonia qz poterāt ſine peccato hō comedere: Sed ſi non peccarent viuerēt: ergo nō indigebant q de ligno vite comederēt. Et reſpōdet q nō ſolū peccaſſent ſi de ligno vetito comediſſent: Sed etiā ſi conceſſis non vterent: qz de vtroqz preceptū fuit ¶ Itez contra rōnē naturalē: z appetitū facerent ſi de illis nō ederēt: Opponit etiā q non indigebāt cibo: cū fames ſit pena peccati: g nec ibi fuit: et ſic cibo non indigebāt. Et rñdet q indigentia cibi fuit: ſed non indigētia penalis. Poſtea inquirit qualitatē gñandorū qūtū ad aiam. Et dicit q ſupponēdo: vel ſuſtinendo q paruuli naſcerent ſicut ſatis pōt concedi q imperfecti eēnt in cognitōe tñ iſta ignorātia naturalis eſſet z nō penalis eo q nō eēt reſpectu ei⁹ qd ſcire tenerent. tunc vltimo dicit p q meritū obediētie traſlati fuiſſent ad illū ſtatū vt eterno bono fruerent. Et in hoc terminatur z c.

## Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio Queſtio prima.

CIrca diſt. xx. qrit pmo vtrū in ſtatu innocentie fuiſſet gñatio. Et videt q nō qz delectatio act⁹ carnalis gñatōis abſorbet iudiciū rōis: Et iſtud non potuit eſſe in ſtatu innocētie: qz importat perverſitatē ordis virū aie g z c. D. Que. i. Arg. i.

¶ Itē ſemē eſt ſupfluū alimēti Secūdo. ſz in ſtatu illo nō fuit aliqua ſupfluitas q ſonat i malū g nō fuiſſet ſemē nec p ɔñs gñatio que fit per commixtionē ſeminū. ¶ In contrariū eſt qd dr Gen. i. In op. Creſcite et multiplicamini: Sed multiplicatio per eos eſſe non potuit abſqz gñatione: ergo z c. ¶ Itē mulier facta eſt in adiutorium viri, vt dicitur Gen. ſcdo) ſed nō ad aliud opus niſi ad generationem: que eſt per coitum: ad quodlibet enim aliud opus conuenientius iuuari poteſt vir per virum qz per mulierem. ergo z c. ¶ Reſponſio. Dicenda ſunt E. Rñſio. duo primum eſt q in ſtatu innocentie fuiſſet gene-

rõ ſicut nunc p cõmixtionẽ ſexuũ ⁊ ſeminũ. Secũ-
Articu.i. dũ eſt ꝙ quoncẽs ↄueniſſent totiẽs genuiſſẽt. ¶ Pri
mum pꝫ q: in quibuſcũqꝫ inuenit gñatio ſimil' ex ſi
mili ſm ſpeciẽ hoc cõpetit pfectis in illa ſpẽ vt appa
ret ex. iiij. Methe. et ex. ii. de aĩa: Sed i hũana ſpẽ
videm⁹ gñationẽ ſimilis ex ſimili: ergo hoc maxi-
me cõpetebat ſtatui innocẽtie in quo natura fuit: ⁊
fuiſſet ſi duraſſet in maxima pfectione. Itẽ agẽs et
paſſiuum oꝫ eẽ approximata ad hoc vt agãt: Sed in
hĩtibus diſtinctionẽ ſexuũ maſcul⁹ hꝫ rõnem agẽ-
tis in gñatione: femĩa vero rõnem patiẽtis ſm ali
quid ab vtroqꝫ deciſuꝫ qd̃ gñali nõie vocam⁹ ſemẽ
ğ ad gñandũ oportebat eẽ approximationẽ ſm cõ
iunctionẽ ſexuũ: et cõmixtionẽ ſeminũ. Alioquin
in opib⁹ diuinis fuiſſet aliquid fruſtra qui maſcu-
lum ⁊ feminã fecit eos vt dr̃ Gen. i. ⁊. ii. diſtictio ei
F. ſexuũ ad illud ſolũ oꝛdinaẽ. ¶ Secundum pꝫ vbi
Arti.ij. agẽs nõ caret debita intẽtõe: neqꝫ act⁹ debet carere
debito fine: Sed in ſtatu innocẽtie nõ cõueniſſent
niſi intẽtõe gñandi et hec ſola intẽtio p ſtatu illo fu
iſſet debita: ğ nunqꝫ actus copule coꝛp fuiſſet fru-
ſtratus ſuo fine. ſ. prole: Minoꝛ pbaẽ q: intentio de
bita abſqꝫ oĩ culpa ex parte vtriuſqꝫ cõiugis nõ po-
teſt eẽ actio matrimonij niſi p gñatione plis vel p
remedio cõcupiſcẽtie cõtra lapſuꝫ qui poſſet exur-
gẽte cõcupiſcentia cõtingere de quo ſi timereẽ de-
beret alter alteri reddere debitũ: etiã nõ petẽti: ne
qꝫ eſſet ex aliqua pte culpa. [illegible] aũt [illegible]ob⁹ excluſis
ſemp in petente debitũ eſt aliqua culpa ſaltẽ venia
lis: In ſtatu ãt innocentie nõ erat vrgẽs cõcupiſcẽ
tia ppter quã deberet vnus timere de lapſu alteri⁹
Oes eñ motus appetit⁹ ſenſitiui plene obediſſent
rõni: ğ nõ poterat tunc eẽ debita intentio cõueniẽ
di ad actũ matrimonij niſi intẽtio gñande prolis.
Et iõ dicit Aug. ꝙ illud qd̃ eſt infirmis in reme-
dũ fuiſſet ſanis in officiũ. Videm⁹ etiã in brutis qꝛ
non coeunt niſi certis tẽpoꝛib⁹. ⁊ tũc ad gñandum
G. et multo ãplius fuiſſet in hoĩbus naẽa optime oꝛdi
Ad prim nata. ¶ Ad primũ argumẽtũ dicendũ ꝙ in ſtatu
prĩcipale. innocẽtie fuiſſet maioꝛ delectatio in actu carnali qꝫ
mõ cõparãdo delectationẽ delectatõi ſm ſe: ſed ſꝫ
pportionẽ ad rõnem fuiſſet minoꝛ q: rõ foꝛtioꝛ in
ſuo actu pſiſtens in delectationẽ penit⁹ dominare
tur. Superabũdãtia aũt et defect⁹ in actib⁹ moꝛa-
libus ſumunẽ ſm pportionẽ ad rõem: ⁊ nõ ſm qũti
tatẽ abſolutã ſicut fit in naturalib⁹ ſm pportioneꝫ
H. ad vim naturalẽ. Unde cibus qui eſſet moderatus
Ad ſcdm vni eẽt ſupflu⁹ alijs vt pꝫ ex. ij. ethi. Ad ſecũdũ dicẽ
dũ ꝙ ſemẽ vt dr̃. xv. de aĩalib⁹ eſt ſupfluũ quo indi
getur. Superfluit quidẽ qñ ad actũ nutritiue: ſꝫ
natura indiget eo ad actũ generatiue. Et ad vi. ğ
qꝫ poterat ſumi ſine vicio qũtum neceſſarium erat.
De alijs aũt ſupfluitatib⁹ notãdũ ꝙ quedã atteſtã
tur defectum nature vt putredines et ſudoꝛes: et
hmõi que non fuiſſent in ſtatu innocentie. Quedã
vero oſtendunt perfectionem nature vt ſemen: et
egeſtiones que ſm curſum naturalem tanto meli⁹
fuiſſent qũto perfectioꝛ et robuſtioꝛ eſt natura: et ta
les fuiſſent in primo ſtatu abſqꝫ vera inoꝛdinatio-
ne ⁊ feditate.

## Vtrũ in ſtatu innocẽtię in actu matrimonii fuiſſet amiſſio virginitatis Queſtio ſecunda.

SEcundo queritur vtrũ in actu
matrimoniali fuiſſet amiſſio virginita- I. Quõ.ij.
tis. Et videẽ ꝙ non. q: vbi manet integri Arg.i.
tas carnis manet ⁊ virginitas: ſed poſt
actũ carnalem mãſiſſet in muliere itegritas carnis
ğ ⁊c. Minoꝛ pbatur per illud qd̃ dicit Aug. xiiij. de
ciui. dei. ꝙ ſine corruptiõe integritatis infunderet
maritus in gremio vxoꝛis: ¶ Item in illo ſtatu ni Arg.ij.
hil fuiſſet penale. Sed amiſſio virginitatis in mu
liere non eſt ſine pena cum fiat per diuiſionem cõ-
tinui cuius ſenſus cauſat doloꝛem ergo ⁊c. ¶ In In op.
contrarium arguitur q: ſm naturam duo coꝛpoꝛa
non poſſunt eſſe ſimul: ſed ſi fuiſſet commixtio ſe-
xuum: vel partus manente virginitate: duo coꝛpo
ra fuiſſent ſimul (ſcilicet organa ſexuum et proles
in coꝛpoꝛe matris:) ergo ⁊c. ¶ Item virginem con
cipere ⁊ parere videtur fuiſſe priuilegium marie:
Sed illud nõ debuit alteri cõmunicari vt videtur
ergo ⁊c. ¶ Reſponſio. Hic eſt duplex mod⁹ dicẽdi.
Prim⁹ eſt ꝙ ad perfectionẽ virginitatis duo con-
currunt ſcꝫ integritas carnis: cũ integritate mẽtis K.
Quoꝛ alterum ſcꝫ integritas mentis honoꝛabili⁹ Deciſio q̃
eſt: reliquum vero eſſentialius. Dicendum ergo ꝙ ſtionis.
in omni concubitu ſoluitur virginitas qũtum ad in
tegritatem carnis. etiam in primo ſtatu. Sed
mentis integritatem contingit ſolui dupliciter vel
qũtum ad habitum: et ſic ſoluitur per illicitum con-
cubitum qui tollit habitum caſtitatis: vel qũtuꝫ ad
actum et ſic in ſtatu poſt peccatum ſoluitur: etiam
per concubitum matrimonialem eo ꝙ propter ve-
hementiam delectationis ratio in ipſo actu abſoꝛ-
betur. In primo ꝟo neutro primo modo integri-
tas mentis ſoluta fuiſſet: Sed ſola integritas car
nis cui prepõderaſſet fecunditas prolis. Sed hec L.
opinio videtur in duobus deficere. ¶ Primum Im pbã
eſt q: male accipitur integritas mentis que ad vir- tio pced.
ginitatem requiritur. Illa enim eſt firmiſſimum opinio.
ppoſitum abſtinendi a delectatione que conſiſtit Defect⁹
in venereis. Et hec integritas ſe habet foꝛmaliter primus.
in virginitate: ipſa autem immunitas vel inexperi
entia talium delectationum ſe habet in virginitate
materialiter. Neutrum aũt hoꝛum potuit ſaluari
in actu matrimonij. Unde male accipiunt integri-
tatem mentis pro perſiſtentia rationis in actu ſuo:
Abſoꝛbetur enim iudicium rationis in ſomno: et
in multis egritudinibus ratione quoꝛum nihil de-
perit cuicunqꝫ virtuti. Perſiſtentia enim rationis
que requiritur ad virtutem eſt ꝙ ratio impoꝛtet a
ctum debitum: et non diuertat ad aliquid contra- M.
rium virtuti qua exiſtente non ſoluitur virtus: ne- Defe.ij.
qꝫ quo ad habitum: neqꝫ quo ad actum. ¶ Secũ-
do deficit predicta opinio q: dicit ꝙ in ſtatu innocẽ
tie ſoluta fuiſſet integritas carnis. Si enim per in
tegritatẽ carnis intelligatur integritas membri coꝛ
poꝛalis cum talis non ſoluatur ſine diuiſione ali-
quarum partium illius membri que eſt in ſenſibus
non eſt ſine doloꝛe: ſequeretur ꝙ paſſio animalis N.
fuiſſet in ſtatu innocentie cuius oppoſitum oſten- Alia opi.
ſum fuit prius. ¶ Ideo eſt ſecundus mod⁹ quem
iſti iidẽ ponũt in alio loco videlicet ꝙ mulieres in
ſtatu innocẽtie cõcepiſſent ⁊ peperiſſent ſine amiſſio
ne virginitatis. Quod pbãt ſic. illud qd̃ ad digni-
tatẽ nature ptinet nõ defuiſſet in ſtatu inocẽtie: ſꝫ
virginitas maxime ptiet ad dignitatẽ naẽe hũane

Eſt enim angelica portio cui pmittitur fructus centeſi mus ergo in ſtatu innocentie nunq̄ amitteretur. Qualiter aut̄ hoc eſſet poſſibile dicunt ſicut prius q ad perfectionē virginitatis concurrūt integritas mētis ⁊ carnis. Et de integritate mentis dicūt vt prius Sed de integritate carnis dicunt q nō fuiſſet ſoluta i ſtatu innocētie per concubitum: ſed fuiſſet ibi ſola mēbrorū dilatatio ſine aliqua corruptione ſiue diuiſione. vñ Augu. xiiij. de ciuitate dei dicit q ita potuit in vtero cōiugis ſalua integritate feminei genitalis virile ſemen immitti ſicut nūc pōt (eadem integritate ſalua) ex vtero virginis fluxus cruoris menſtrui emitti: vt enim ad pariendum non doloris gemitus ſed maturitatis impulſus feminea viſcera relaxaret: ſic ad cōcipiedū nō libidinis appetitus: ſed voluntarius vſus naturā vtrinq̄ con
A. iungeret. ¶ Iſtud aūt non valet. quod enim primo
Improbatio dicitur q virginitas ptinet ad dignitatē nature ab
ſolute: forte nō eſt verum: q2 nulla priuatio boni cōuenientis nature eſt bona ſm ſe: alioquin naturalis inclinatio eſſet ad malū: cum illud ſit malū cuius priuatio eſt bona: contingit autē eam eſſe bonam pp̄ter aliud inquantū promouet ad maius bonū q ſit illud quod priuat: virginitas aūt eſt priuatio actus generationis qui eſt conueniēs nature: ⁊ intentus ab ea ad conſeruationē ſpeciei: ergo nō eſt licita ſm ſe: neq̄ bona: ſed ſolum inquātū promouet ad maius bonum: ⁊ hoc mō in ſtatu nature corrupte licita eſt virginitas qua quis abſtinet a delectationibus venereis vt liberius vacet diuine contemplationi a q̄ impeditur homo iunctus mīmonio. vñ apl's. j. ad Chorin. vij. Mulier innupta: et virgo cogitat que dñi ſunt vt ſit ſancta corpe ⁊ ſpū: que aūt nupta eſt cogitat que ſunt mundi: quomō placeat viro: ſed i ſtatu inocētie nullā retardationē habuiſſet homo a contēplatione diuinorū ex matrimonio: et ideo tunc non fuiſſet licita virginitas: ⁊ iterum dato q fuiſſet licita: non tñ fuiſſet poſſibile virginem concipere: aut parere ſm curſum nature: quia virginitas eſt inexperientia delectationū venerearū. Sz cōceptus ſm viā nāe nō eſt niſi cū experiētia eay: ergo contradictionē implicat virginē
B. cōcipere modo nature. Male etiā accipitur illud qd̄ eſt materiale in virginitate: nō enim hoc ē integritas corporalis mēbri: immo oīno per accidēs ſe habet
C. ad virtutem. Materia enī virtutū moraliū eſt aliq̄ paſſio anime ⁊ nō illud qd̄ pure pertinet ad naturā corporis. pp̄ter qd̄ ſi abſq̄ venerea delectatiōe in muliere violet ſignaculū corpalis mēbri aliquo caſu non magis pīudicat virginitati q̄ ſi ledatur manus aut pes. vñ Aug. j. de ciuita. dei dicit q mēbra illa poſſunt diuerſis caſibus vulnerata vim ppeti: et medici q̄nq̄ ſaluti opitulātes hec ibi faciūt que horret aſpectus: obſtetrix enī virginis cuiuſdam manu velut virginitatē explorās dū inſpiceret perdidit. ⁊ ſubdit nō opinor quēq̄ tam ſtulte ſapere vt huic periſſe aliquid exiſtimet etiā de ipſius corporis ſanctitate q̄uis mēbri illius integritate iam pdita Igitur materia virginitatis non cōſiſtit in integritate mēbri corporalis niſi p accidens precipue cū cōtingat virū ſine muliere virginitatē amittere: in quo caſu non ē neceſſe aliquā violationē mēbri corporalis fieri. ppria igit̄ materia virginitatis eſt inexperientia delectationis que cōſiſtit in ſeminis reſolutione: que ſi fiat ex mētis pp̄oſito ⁊ maxime p concubitum: ſoluit virginitatem. Patet igitur q in actu matrimoniali in quolibet ſtatu ſoluitur ſimpliciter virginitas. ¶ Ad argumētū in oppoſitum dicendū q dato q in ſtatu innocētie nō fuiſſet fracta integritas membri corporalis in muliere: ſed ſola dilatatio: tñ ſoluta fuiſſet virginitas pp̄ter experiētiam delectationis ex cōmixtiōe ſexuum ⁊ ſeminū. ¶ Ad ſcōm dicendū q amiſſio virginitatis nō fuiſſet per doloroſam diuiſionē cōtinui: ſz p cōmixtionē ſexuū ⁊ ſeminū cōcomitāte dilatatione mēbrorū. — B. Ad primū prin. — E. Ad. ij.

# Queſtio. III.

## Vtrum in ſtatu innocentię fuiſſent geniti pueri in vtroq; ſexu.

Tertio queritur vtrum in ſtatu innocētie genuiſſent pueros i vtroq̄ ſexu. Et videt̄ q non: ſed ſolum in ſexu maſculino: q2 de poſſibilib9 natura ſemper facit qd̄ melius eſt niſi ſit ipedita ſed ſexus maſculinus potior eſt feminino (ſicut agēs preſtātius eſt paſſo) Ergo in ſtatu innocētie quo natura nullo modo fuiſſet impedita pueri i ſolo maſculino ſexu fuiſſent geniti. ¶ Item mulier eſt mas occaſionatus (vt dicit̄. xvj. de animalib9) hoē aūt occaſionatū cum nō ſit per ſe intētū eſt ex aliquo defectu proueniens. Sed in illo ſtatu nullus fuiſſet nature defectus igit̄ ⁊c. ¶ In cōtrariū eſt q2 ſicut natura optime fuit inſtituta: ſic optime proceſſiſſet: ſed inſtituta fuit a deo i vtroq̄ ſexu et pari numero q2 i vtroq̄ vnus: ergo codē mō pceſſiſſet (ſcz in vtroq̄ ſexu ⁊ in pari numero). ¶ Reſponſio. dicenda ſunt duo. Primū eſt q in vtroq̄ ſexu fuiſſet pcreatio puerorum. Scōm eſt q in equali numero ſexuū. Primū pz q2 multiplicatio gñis humani nō fuiſſet ſolū per primos parētes: ſed etiā p pueros ab eis genitos. Alioquin pueri ab eis geniti fuiſſent minus pfecti q̄ moderni. Sed multiplicatio que fit p ppagationem requirit diſtinctionē ſexuū vt dictū eſt ſupra: igitur ⁊c. Scōm pz q2 in illo ſtatu oīa fuiſſent optime ordinata ⁊ ſm rōnē: ſz recta rō dictat q vna ſit ſolū vnius ⁊ ecōuerſo: ergo ſic fuiſſet in ſtatu innocētie: ſz tūc oēs vacaſſent generationi: q2 virginitati prelata fuiſſet fecunditas: ergo tot fuiſſent viri quot mulieres: neq̄ plures: neq̄ pauciores. Sz pp̄ter argumēta ſciēdū eſt q ſicut vult phūs. xviij de aīalibus generatio mulieris contingit ex hoc q ſemen viri nō pōt digerere materiā mulieris vltima digeſtione vt in perfectū ſexum eam adducat Huius aūt impotentie triplex pōt eſſe cauſa. Una quia calor eſt diminutus in ſemie pp̄ter indigeſtionem vt ante tertium ſeptēnium in quo viri vt plurimū feminas generant: et hec cauſa vt puto non fuiſſet tunc q2 nō anticipaſſent tēpus in quo fuiſſet perfecta generatio. Alia cauſa eſt ex virtute imaginatiua que eſt immutatiua corpis. vñ ad imaginationē alicui9 terribil' totū corpus tremit: ⁊ cōcutit̄. Et ob hoc filij naſcunt̄ ſimiles q̄nq̄ illis quos parētes imaginant̄ in actu cōceptiōis Exēplū Geñ. xxx. de vario colore virgarū Jacob. vñ refert Hiero. q ſcriptū reperit in libris Hippocratis q q̄dā mulier p ſuſpitione adulterij diſtricte erat punienda cū pulcherrimū filium genuiſſet vtriq̄ parenti generiq̄ diſſimilē: niſi memoratus medicus ſoluiſſet queſtionē monēs querere ne forte aliqua talis pictura eēt in cubiculo qua inuēta mulier a ſuſpitiōe liberata eſt: ⁊ Quintilianus ad liberationē matro

F. Queſt. iij Argu. j. — Arg. ij. — In opp. — G. Reſpōſio Euaſio queſtio. — H. — I.

ne que pepererat ethiopē hāc dicit eē cōceptionis na
turam vt refert Hiero. de hebraicis queſtionibus.
Et hoc cauſa potuit eſſe potiſſime in ſtatu innocen
tie vt filij naſcerent in hoc ſexu vel in illo ſm volū=
tatem parentū ꝓpter maximā obediētiā corporis
K. ad aiam in ſtatu illo. ¶ Tertia cauſa ē ex aliq̄ prin
cipio extrinſeco qꝛ parua immutatio venti: vl' tem
poris facit ad variationē ſexus. vñ dicit expertum
eſſe apud paſtores ꝙ qñ flat ventus ſeptētrionalis
cōcipiunt mares. Et qñ flat ventus meridionalis
cōcipiunt femine: qꝛ ventus ille humidus eſt. Et
hec cā potuit etiā eſſe in ſtatu innocētie. Potuerūt
Ad pri. prin. eñ ſagacius obſeruare ꝙ̄ nos. ¶ Ad primū argu
mētū dicēdū ꝙ natura agit ꝓpter finē: ꝛ niſi impe
diatur facit qđ melius eſt nō abſolute: ſed vt expe
dit fini. Nūc eſt ita ꝙ licet ſex' maſculinus ſit abſo=
lute melior ſexu muliebri ad cōſeruationē tñ ſpe=
ciei ad quā finalr̄ ordinatur generatio meli⁹ eſt im
Ad. ij. mo neceſſariū eſt eē vtrūqꝫ ſexū. ¶ Ad ſcđm dicē=
dum ꝙ generatio femine occaſionata ē qñ euenit
ex defectu caloris naturalis in ſemine ꝛ ſolū reſpe
ctu nature ꝑticularis nō vniuerſalis ꝛ hoc nō fuiſ=
ſet in ſtatu innocētie: qñ aūt euenit reliquis duob⁹
modis ſupra notatis nō eſt occaſionata ſꝫ intēta.

## Queſtio. IIII.

### Vtrum in ſtatu innocentie pueri fuiſſent nati ꝑfecti ſcđm corpus.

L. Que. iiij. Argu. j. QVarto queritur vtrum pueri
fuiſſent nati ꝑfecti ſm corpus. Videtur
ꝙ ſic qꝛ Auguſti. dicit de baptiſmo puu
lorum lib. j. ꝙ infirmitas corꝑis atteſtat
infirmitate mentis: ſed tūc nō fuiſſet aliqua infir=
Arg. ij. mitas mentis: ergo nec corporis. ¶ Itē principiū
et finis correſpondēt: ſed tunc nō fuiſſet aliqs cor=
poralis defectus ꝑtinens ad finē vite: puta ſene=
ctus vel aliquid tale: ergo nec aliquis defectus ꝑtinēs
In opp. ad pueritiā: fuiſſent igitur mox nati ꝑfecti ſm cor=
pus. ¶ In cōtrariū eſt qꝛ quedā ꝑfectio corꝑalis ē
ꝑfecta quātitas: ſed illā nō habuiſſent pueri in ſua
M. natiuitate qꝛ vterus mr̄is nō ſuffeciſſet: ergo neqꝫ
Rñſio. alias. ¶ Rñſio. Perfectio coꝑralis eſt duplex: vna
ſm quātitatē ſm quā dicimus adultū perfectū eſſe
nō puulū. Alia ſm q̄litatē ſm quā dicimus illū eē
perfectū cuius mēbra ꝑſūt ſufficiēt ꝯ in oꝑationes ſi
bi deputatas: et ſm vtrāqꝫ harū ꝑfectionū pōt ali=
quid dici ꝑfectum: vl' ſimpliciter quātū cōgruit ſpe
ciei: vel ſuppoſito in tali ſpecie: vel quo ad tp̄s q̄tū
cōgruit nō ſimpliciter: ſꝫ pro tali tp̄e. Hoc ſuppoſi=
N. to: Dicendū ꝙ pueri nō nati fuiſſent ſimplr̄ ꝑfecti
ſm corpus quātū cōgruebat ſpeciei: vel ſuppoſito
fuiſſent tñ ꝑfecti q̄tū ꝯgruebat pro illo tp̄e. Primū
pꝫ dupliciter. Primo qꝛ vbi eſt eadē natura ꝛ idem
modus acquirendi naturā ibi eſt idem modus na
turalis perueniendi ad ꝑfectionē nature: ſed i ſta=
tu innocentie ꝛ modo fuiſſet: ꝛ fuit eadē natura: et
idem modus acquirēdi eam qꝛ ꝑ gñationē que eſt
ꝑ cōmixtionē ſeminū ꝛ ſexuū vt viſum fuit ſupra: ergo
fuiſſet idem modus ꝑueniendi ad ꝑfectionē natu
re: mō aūt pueri nati nō ſtatī hñt ꝑfectionē corꝑis
ſꝫ eā ꝓceſſu tp̄is acq̄rūt: ergo ꝛc. Scđo qꝛ iudicādū eſt
de ꝯditione natoꝝ ſm ꝯditionē ſtatus: ſꝫ i illo ſta=
tu licet non habuiſſent terminum vite: habuiſſent
tñ vite initiū: ergo ſimiliter licet nō habuiſſent de=
fectus inducentes vite terminū: vt ſunt ſenectus ꝛ
egritudines: habuiſſent tñ defect⁹ cōcomitātes vite
initiū vt ſunt imꝑfecta quātitas ꝛ ineptitudo mē=
brorum ad ꝑfectas oꝑationes. ¶ Scđm principa= O.
le pꝫ qꝛ defectus ꝑfectionis cōgruētis pro tp̄e iam
hꝫ rōnē mali: vt ꝓuenit ex errore nature: ſed in ſta
tu inocētie nihil fuiſſet hñs rationē mali: neqꝫ fuiſ=
ſet aliqs error nat̄e: ergo ꝛc. ¶ Ad primū argumentū P.
dicendū ꝙ infirmitas corporis in pueris nō cōple= Ad pri. prin.
ctitur defectum viſus mēbroꝝ: ꝛ hoc congruit infir
mitati mentis: que eſt carentia ſcientie ꝛ virtutis
perfecte: que infirmitas in primo ſtatu fuiſſet i pue=
ris: cōplectitur etiā quādā penā in fletu ꝛ eſurie et
hec ſecuta eſt ex culpa: nec fuiſſet in ſtatu innocētie
et de hac loquit Aug. vt ꝑ ea pꝫ q̄ premittuntur ꝙ
pueri iacentibus iuxta ſe mamis magis ꝑſūt eſuriē
tes flere ꝙ̄ ſugere. ¶ Ad ſcđm pꝫ ſolutio ex dictis Q.
In ſtatu eñ innocētie fuiſſet homo generatus: ſꝫ Ad. ij.
nō corruptus. Et ideo potuit hr̄e defectus puerī=
les qui ſequunt generationē: ſed non ſeniles q̄ or=
dinantur ad corruptionem.

## Queſtio. V.

### Vtrum filii in ſtatu innocentiæ fuiſſent nati in iuſtitia originali.

QVinto queritur vtrū fuiſſēt R.
nati in iuſtitia originali. Videt ꝙ nō qꝛ Que. v.
iuſtitia originalis videt fuiſſe ꝑ grām: Arg. j.
quia nō potuit amitti niſi per culpā: ſed
grā nō eſt ꝑ trāſfuſionē a parente in prolē: ſed eſt a Argu. ij.
deo per infuſionē: ergo ꝛc. ¶ Item Hugo de ſancto
Victore dicit ꝙ homo añ pctīn genuiſſet quidem fi
lios ſine peccato: ſed non ꝑtīe iuſtitie heredes: et
ſic idem qđ prius. ¶ In cōtrariū eſt quia ſm An= In opp.
ſelmū qualis ipe fuit tales filios genuiſſet: ſꝫ Adā
iuſtitiā originalē ſimul ꝛ gratuitā habuit: ergo vtrāqꝫ
pueri geniti habuiſſent. ¶ Reſpōſio. original' iuſti S.
tia accipit dupliciter. Vno modo large ꝓut cōpre= Reſpōſio.
hendit rectitudinē voluntatis ad deum: ꝛ debitā
ſubiectionē corꝑis: ꝛ viriū ſenſitiuarū ad animam
ſiue ad rōnē. Alio modo accipitur magis ſtricte:
videlicet pro ſola ſubiectione corꝑis ad aiam ꝛ de=
bito ordine viriū ſenſitiuarū ad rōnem: rectitudo
eñ voluntatis ad deū in qua conſiſtit meritū hoīs
qđ eſt cū grā magis ꝑtinet ad iuſtitiā gratuitam ꝙ̄
ad originalē. Et fuit in primo hoīe quaſi radix ori
ginalis iuſtitie: ex eo eñ ꝙ ei inerat rectitudo vo=
luntatis ad deū: inerat etiā ipſi debita ſubiectio cor
poris ad aiam ꝛ viriū ſenſitiuarū ad rationē: vnde
amiſſa prima rectitudīe amiſſa fuit ꝛ ſcđa tanqꝫ ex
ea dependēs. Hoc ſuppoſito vidēda ſunt tria. Pri
mū eſt an in ſtatu inocētie pueri fuiſſent nati i iuſti
tia originali tranſfuſa. Scđm eſt an fuiſſent nati
cū iuſtitia gratuita. Tertiū eſt vtrū fuiſſent cōfir=
mati in vtraqꝫ an nō. ¶ Quātum ad primū dicūt T.
quidā ꝙ pueri fuiſſent nati i iuſtitia originali tranſ Pri. arti.
fuſa: qđ ꝓbant ſic: oīs ꝓprietas corꝑalis cōſequēs
totā ſpeciē tranſfundit a parente in prolē: ſed iuſti
tia originalis eſt hmōi: ergo ꝛc. Maior pꝫ qꝛ ꝓprietas
cōſequēs ſpeciē ſi nō ſit incorporalis nō oportet ꝙ
tranſfundat: ſed qñqꝫ infundit vl' cōicatur ſicut pꝫ
de intellectu qui eſt potētia anime ꝯñs tñ totā ſpe=
ciem humanā. ¶ Item ſi ſit corꝑalis: ſed nō conſe
quens totā ſpeciē nō neceſſario trāſfundit. Nō eñ

ſemper leproſus generat leproſum: ſed accidit: ſed ꝓprietas corpalis ↄſequens totã ſpeciẽ trãſfundit Minor pȝ qꝛ iuſtitia originalis fuit ſubiectio corporis reſpectu anime: ⁊ obediẽtia viriũ inferiorũ ad rõnẽ: et ita fuit ꝓprietas corpalis: fuit etiã cõis toti ſpeciei: qꝛ fuit collata Ade ꝑ ſe ⁊ tota poſteritate cuius ſignũ eſt qꝛ eius oppoſitũ ſcȝ pctm̃ originale

A. redundat in oẽs: ideo ⁊c. Sed illud non valet qꝛ

Impro. ꝓprietas corpalis etiã totã ſpeciẽ cõcomitãs non transfũdit ſi ſit mere donũ dei ⁊ nõ ꝓprietas naturalis: quia donum dei eſt ex transfuſione nature: ſed iuſtitia originalis ꝙuis eẽt conditio corporalis erat tñ mere donum dei et non proprietas naturalis: alioquin manſiſſet poſt peccatum ſicut natura manſit cum ſuis naturalibus proprietatibus: ergo iuſtitia originalis non fuiſſet transfuſa a parente in prolẽ: ſed fuiſſet proli a deo infuſa ſicut parẽ

B. tibus fuit a deo gratis collata. ¶ Quantum ad ſe

Arti. ij. cundum dicendũ ꝙ pueri fuiſſent nati cum iuſtitia gratuita: non quidẽ tranſfuſa per originem: ſed a deo gratis infuſa. Quod eñ non fuiſſet transfuſa per originem: patet qꝛ non põt eſſe conditio naturalis vt cum natura transfundatur: ſed ſemper donũ dei eſt (vt ipm̃ nomẽ ſonat) fuiſſet tñ oibus ifuſa: qꝛ effectus non ponit: niſi poſita ſua cauſa cõſernatiua: ſed iuſtitia gratuita fuit cauſa conſeruatiua iuſtitie originalis: ex rectitudine eñ voluntatis ad deum in qua conſiſtebat iuſtitia gratuita emanabat rectitudo virium ſenſitiuarum inferiorũ ad rationẽ in qua conſiſtebat originalis iuſtitia: ĝ ⁊c.

C. ¶ Tertium pȝ qꝛ effectus non eſt potior ſua cau

Arti. iij. ſa: ſed filij comparant ad parentes vt effectus ad cãm: ergo cum parentes ꝙdiu genuiſſẽt filios nõ fuiſſent ↄfirmati quin potuiſſent peccare et vtraqȝ iuſtitiã amittere fortiori ratione nec filij. Qđ autẽ parentes ꝙdiu genuiſſent nõ fuiſſent confirmati patet qꝛ ſtatus confirmationis eſt in viſione dei ꝑ eſſentiã ⁊ eorũ que ad videntẽ pertinent ad quem ſtatum ſequitur immortalitas corporis qua nõ põt mori: que nõ fuiſſent in ſtatu innocentie pro tpe ꝙ̃ genuiſſent: ſed fuiſſent pro tpe quo tranſlati fuiſſent ad gl'iam: vbi nõ nubent neqȝ nubentur: ſed

D. erunt ſicut angeli dei in celis. ¶ Ad primũ argu

Ad primũ prin. mentum dicendũ ꝙ iuſtitia originalis fuit per gratiam cauſaliter qꝛ gratis data fuit primo homini ꝑ ſe ⁊ ſua poſteritate: ⁊ ↄſeruare eã potuit ſibi et alijs ↄſeruando rectitudinẽ iuſtitie gratuite: nõ fuit tamen eſſentialr̃ ipa gr̃a gratum faciens: qꝛ illã recuperauit homo ꝑ penitentiã non aũt originalẽ iuſtitiam: vtraqȝ tñ fuit donũ dei infuſũ a deo nõ trãſ

E. fuſum per hoiem. ¶ Per idẽ pȝ ſolutio Ad ſcdm:

Ad. ij. quia licet puuli habuiſſent iuſtitiã originalẽ ſicut et parentes: nõ tñ habuiſſent eam per trãſfuſionẽ ſed per infuſionem: ⁊ ſic nõ fuiſſent paterne iuſtitie heredes. ¶ Argumentũ in oppoſitũ ſolũ cõcludit ꝙ puuli nati fuiſſent cum iuſtitia originali: qđ conceſſum eſt.

## Sententia huius diſtinctionis. xxi. in generali et ſpeciali.

F. Diſt. xxi. Snia in generali

Videns igitur diabolus. Superius determinauit magiſter cõditionẽ nature creature rõnalis. Hic vero determinat de caſu eius ꝑ pctm̃. Et diuiditur in tres. Primo determinat de pctõ primorũ parentũ. Scdo determinat de pctõ qđ ab eis contrahimus. Tertio ibi de quolibet actuali pctõ. Scda in principio. xxx. diſti. ibi in ſuperiorib⁹ inſinuatũ eſt. Tertia in principio. xxxiij. diſtin. ibi poſt ꝑdicta de pctõ. Prima in tres. Primo determinat lapſũ hominis primi ꝙtum ad deceptionem extrinſecam. Scdo quantũ ad intrinſecã. Tertio ꝑ cõparationem ad deum permittentẽ. Scda in principio. xxij. diſti. ibi hoc diligẽt videt. Tertia in principio. xxiij ibi preterea qri ſolet. Pria eſt pñtis lectõis ⁊ diuidit in tres. Primo determinat modũ tẽtatiõis primi parentis. Scdo in generali oñdit modũ cuiuſlibet tẽtationis. Tertio ex mõ tẽtandi concludit ꝑpetrationẽ peccati. Scda ibi porro ſciẽdũ ẽ. Tertia ibi. homo igitur ex ſola tentatione. Prima i tres. Primo oñdit tẽtationis modũ. Scdo tẽtatõis inſtrumentũ. Tertio tẽtationis ꝓgreſſũ. Scda ibi. ſcȝ qꝛ illi ꝑ violẽtiã. Tertia ibi. tẽtatio aũt hoc mõ. Tertia ps in qua ꝑpetrationẽ pcti cõcludit. diuidit in tres. Primo oñdit peccati remiſſionẽ. Scdo eã explicat. Tertio remouet quedam dubia. Scda ibi. preterea angelica natura. Tertia ibi. illud ꝙ̃ notandum. Hec eſt ſnia littere in gñali. ¶ In ſpecia G. Snia in ſpeciali.
li ſic ꝓcedit: et primo ꝓponit ꝙ diabolus inuidens homini per hoc ꝙ videbat eũ per obediẽtie humilitatẽ ad celeſtẽ gl'iam (a qua eiectus eſt: et ꝑ ſuperbiã corruit) poſſe cõſcẽdere: ⁊ ꝙ nihilomin⁹ peccare poterat tentauit eum: et quodãmodo vires ſuas expiens in debiliori parte ſexus (ſcȝ i muliere) tẽtationẽ aggreſſus eſt. Et poſtea dicit ꝙ diabolus volens dolo ſupplantare qđ virtute ⁊ violẽtia nequibat apparuit mulieri nõ in ſua ſpecie (ne cognoſceret apte) neqȝ in qlibet alia ſpecie ne nimis eius fraus occulta caueri nõ poſſet: ſed pmiſſus eſt apparere i tali ſpecie qua ſcȝ poſſet de facili malicia eius deꝑhendi: ſcȝ in ſpecie ſerpentis: congruebat aũt ſpẽs tẽtatõi ꝓpter aſtutiã per quẽ ſerpentẽ tanqȝ inſtrumẽtũ diabolus loquutus eſt: verũ ſerpens neqȝ verba intelligebat: ſed a diabolo mouebat (ſicut aſina balaam a bono angelo) quẽ loquentẽ mulier videns credidit loquẽdi officium ipm a deo recepiſſe. Poſtea dicit ꝙ tẽtatio hoc mõ facta eſt: qꝛ ſcȝ tẽtator verba ſub interrogatiõe proponit: vt ſcȝ reſponſione diſceret qualr̃ ſibi ꝓcedẽdum foret: vñ cũ ſtatim mulier dubitando dicit ne forte ⁊c. Reſpondit ipe mendaciter excludẽdo nequaqȝ moriemini: ⁊ ad maiorẽ mulieris deceptionem premiũ ꝓmiſit promittendo ea ꝙ̃ naturaliter appeteret (ſcȝ vitã: ⁊ ꝑfectionẽ ſciẽte) ſciẽtes bonũ et malũ: in qua tẽtatione triplici gñe peccati tentauit ſcȝ de gula quo ad cibum: de vana gl'ia quo ad promiſſionẽ diuinitatis: de auaricia: quo ad ꝓmiſſionem ſcientie. Poſtea dicit duas tẽtationis ſpecies eſſe. vnam exterio⁊ aliã interiorẽ. Exterior vero eſt quando extrinſecus et viſibiliter nobis malum ſuggerit. Interior vero que inuiſibiliter ꝑficitur ab aduerſario. Et hec eſt duplex ab hoſte ⁊ ſine pctõ: alia a carne que nõ fit ſine peccato: quam carnis tẽtationẽ dicit eſſe difficiliorem. Poſtea ex hoc dicit ꝙ homo corruit grauiter qꝛ exterius tãtũ tẽtatus ſuccubuit tentanti: qꝛ tñ tẽtatione cecidit iõ reparatorẽ habuit: nõ ſic aũt demon: qꝛ neqȝ ꝑ aliũ cecidit: neqȝ in eo tota natura corrupta fuit. Ultimo qꝛ poſſet dubitari qñ mulier diuinũ preceptum receperat, dicit ꝙ ꝑ virum ꝑuenerat ad mulierem

Et ſi ꝗrat vlterius quō loquebat̄ mulier que nō didicerat: dicit ꝙ a deo loquendi officiū acceperat. Et in hoc terminatur ꝛc.

## Queſtio. I.

## Vtrum tentatio ſit peccatum.

H. Queſti. j. Argu. j. CIrca diſtinctionē. xxi. Primo queritur vtrū tētatio ſit peccatū. Et videtur ꝙ nō: q2 nullus peccat in eo qđ vitare nō pōt: ſed nullus pōt vitare quin ꝗn ꝙ tentetur igit̄ ꝛc.

Ad. ij. ¶ Item ſm̄ Grego. tentatio cui nō cōſentit̄ nō eſt viciū: ſed materia exercēde virtutis: ſed nō eſt neceſſe tentationi conſentire: ergo ꝛc.

In oppo. ¶ In cōtrariū eſt qđ dicit Aug. iij. de ci. dei ꝙ non nullū vitiū eſt cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritū: ſꝫ i hoc cōſiſtit tentatio carnis: ergo ipa ſemꝑ eſt pctm̄: ꝛ idē iudiciū videt̄ eē de oīb⁹ alijs.

I. Rñſio. ¶ Rñſio videnda ſunt tria. Primū eſt quid ſit tētatio: ꝛ que ſunt de rōne tentationis. Scđm erit cui conueniat tentare. ꝛ ex his apparebit tertium. ſ. que tētatio ſit pctm̄ ꝛ que nō.

Pri. arti. ¶ Circa primū eſt intelligendum ꝙ tentatio ſicut nūc loquimur ꝛ cōtra quā oramus dicentes ꝛ ne nos inducas in tentationē nō eſt aliud ꝙ̄ motus vel actus natus inclinare in aliquid illicitum. Quod pꝫ q2 ſicut ſe habet tentatio in ſpeculabilibus ad verū ꝛ falſum ſic in opabilib⁹ ad bonum ꝛ malū: licitum ꝛ illicitū: ſed in ſpeculabilib⁹ nō eſt tētatio niſi cū per apparentē rōnē ꝯcluditur falſum natuꝫ inclinare intellectū ad errandū: ſyllogiſmus eñ tētatiuus eſt apparēs ꝛ nō exiſtēs: ꝛ ſit ad ſumendū experimētū de ſciētia: ergo in opabilibus nō eſt tentatio niſi ꝑ actū vel motū natū inclinare volūtatē in aliquid illicitū: ꝛ ſit ad ſumēdum experimentū de bonitate vel malitia: vtrobiqꝫ aūt tria ſunt de rōne tētatiōis. ſ. act⁹ defectuoſus inexperientia dubij: ꝛ ꝙ vtrūqꝫ ſit de intētione tentātis (vt pꝫ cū homo vnus tētat aliū) Ex hoc apparet ſecundū: ſcꝫ cuius ſit tentare: clarū enim eſt ꝙ ꝓprie

K. Arti. ij. deo nō competit: tum q2 actus eius nō pōt eſſe defectuoſus: tum q2 nihil eſt ſibi dubium de quo per tentationē ſumat experimentū. Et ideo dicit̄ Jaco. j. quod deus intētoꝛ eſt maloꝝ: ipe eñ neminē tentat: ꝙ aūt dicit̄ Geñ. xxij. Tētauit de⁹ Abrahā per quādam ſimilitudinē accipiendū eſt: eo ꝙ preceptum factū Abrahe de filij ſui immolatione manifeſtauit ei⁹ obedientiā nō deo cui ꝓcognita erat ſed nobis quib⁹ aliter fuiſſet ignota: ꝛ ita quo ad quid fuit ibi ſcđa cōditio tētationis: nō aūt ſimpliciter. Similiter tertia: itēdebat eñ de⁹ manifeſtare nobis eius obedientiam ꝗ̄ Abrahe fuit ad meritum: nobis aūt ad exemplū: ſimiliter nec mūdo cōpetit tētare ꝓprie: q2 mūdus ſeu res mūdi ſe hñt ſolum obiectiue in tentatiōe: tētare aūt eſt ꝓprie proponētis obiectū actū vl̄ motū illicitum: ꝛ intēdētis

L. finem qđ mūdo nō cōuenit. ¶ Item nec caro proprie tentat: neqꝫ homo ſeipm̄ nō refrenando motum carnis: q2 nō intendit de ſeipo ſumere experimentū alicuius dubij qđ tñ eſt de ratione tētationis. Eſt tñ in tentatione carnis motus natus inclinare volūtatē in aliqđ illicitū: ſol⁹ ergo demon ꝓprie dicit̄ tentare hominē: vel vnus homo aliū dum ꝓponit alij viſibilr̄ dicto: vl̄ facto vt homo homini: vel inuiſibilr̄ vt in imaginatiōe hois demon. id qđ natuꝫ eſt inclinare volūtatē in aliquid malū. Et ſic ad ſumendū experimentū de bonitate vel malitia eius cui proponit̄. verūtamē q2 in alijs inuenit̄ aliquid de rōne tentationis: ideo (licet large) mūdus et caro dicitur tentare. Hoc ſuppoſito dicendum ꝙ tentatio carnis ſemꝑ eſt peccatū. ¶ Tētatio aūt M. hoſtis vel mundi nō: niſi accedente cōſenſu vel de- Arti. iij. lectatione. Primū pꝫ q2 oīs motus illicitus ꝗ̄ eſt in poteſtate hominis ſemp eſt pctm̄: ſed tentatio carnis eſt hmōi: ergo ꝛc. Probatio minoris. mot⁹ eñ carnis natus eſt inclinare ad proſecutionem venereoꝝ. Hic aūt motus pōt eſſe a cauſa pure naturali vt cum inſurgit ex ſola calefactione corporis in ſomno ꝛ tūc nō eſt peccatū: nec dicit̄ tētatio carnis: qñqꝫ a cauſa extrinſeca puta demone adhibēte aliqua calefactiua carnis: ꝛ idē eſt iudiciū: qñqꝫ auteꝫ ab imaginatione ꝛ appetitu ſenſualitatis. ꝛ tūc dicit̄ tentatio carnis: ꝛ eſt pctm̄: q2 talis motus ꝓhiberi potuit ꝑ rōnē cui appetitus ſenſitiuus nat⁹ ē ſubijci. Scđm pꝫ q2 ſm̄ Aug. j. de li. ar. malum qđ patimur eſt pena: nō culpa: ſed in tētatione hoſtis vel mundi (niſi ex parte hois accedat delectatio vl̄ cōſenſus) ſolum eſt malū qđ patimur: cū aūt delecta- N. mur iā conſentimus iam cooperamur: ergo ꝛc.

Ad pri. ¶ Ad primū argumētū dicendū ꝙ ſinguli motus carnis vitari poſſunt in quātum preueniri poſſunt a rōne ne inſurgant ex appetitu ſenſitiuo: et ideo pctā ſūt. Tentatio aūt demonis vel mundi vitari nō pōt: et ideo nō eſt pctm̄: ſed delectatio vel cōſenſus in eis eſt pctm̄: q2 vitari potuit. Per idē pꝫ ſolutio ad O. ſcđm. Semp eñ in tētatione carnis eſt aliquis cō- Ad. ij. ſenſus q2 nō prohibet qđ ꝓhiberi potuit. Non aūt in alijs tētationibus: ꝛ ideo ipa ē pctm̄. Nō aūt alie.

## Queſtio. II.

## Vtrum tentatio ſit appetenda.

P. Que. ij. Arg. j. SEcundo queritur vtrum tentatio ſit appetēda. Et videt̄ ꝙ ſic q2 illud eſt appetēdū de quo cū euenerit ē gaudendū: ſed tētatio eſt hmōi. vñ in cano. Ja. j. capi. dicit̄. Omne gaudiū exiſtimate fratres mei cū in varias tentationes incideritis.

Argu. ij. ¶ Item Paulus petiuit indiſcrete ſtimulū carnis amoueri ſibi vt dicit glo. ij. Chorin. xij. Ex quo videt̄ ꝙ tentatio nō ſit fugiēda: ſed appetēda.

In opp. ¶ In cōtrariū eſt: q2 dñs docet nos orare ne intremus in tētationem Math. vj. qđ nō eſſet ſi tētatio eēt appetēda: ergo ꝛc.

medium eligit̄ libere: eligitur q2 potuit nō eligi cū
non ſit neceſſarium ad finē quē volum⁹. Rurſus
q2 finis quē volumus nō poteſt haberi niſi ꝑ illud

mediū: vel aliquod aliud idō neceſſario volum⁹ in determinate aliquod mediū ꝑ quod finem cōſeq̄mur: Et idō ſicut in poteſtate noſtra eſt ſiſtere: vel ſuſpendere cōcluſiuū iudiciū illius: vel iſtius medij determinate: Sic in poteſtate nr̄a eſt per eundē actū cum voluntate p̄dicta mouere ad inquirendū quid illoꝝ medioꝝ acceptabit̄ vt meli⁹ ex quo alterum indeterminate eſt neceſſariū: que inquiſitio fit et imperando exercitiū viriū inferiorū miniſtrantium obiecta intellectui ⁊ voluntati ſub diuerſis rōnibus appetibilis vel reſpuibilis: oībus tamē contingenter ſe hn̄tibus.

A. ¶ Hoc ſuppoſito ꝓbat̄ ꝓpoſitū dupliciter. Primo ex parte actuū neceſſarioꝝ mediātib⁹ qbus hēm⁹ actuū liberoꝝ dominiū. Secundo ex parte actuū liberoꝝ quoꝝ hēmus dn̄iū. Primo ſic. illa potentia eſt ꝑ prius ⁊ principalius libera per cuius actum habemus per prius et principalius dominium actuum noſtroꝝ: ſed talis potentia eſt intellectus magis q̄ȝ voluntas: ergo intellectus eſt per prius et principalius liber q̄ȝ voluntas. Maior de ſe patet. Minor probatur: quia cum per duos actus hēamus ceteroꝝ dominium .ſ. per notitiam cōnexiōis cōtingentis aliquoꝝ volibiliū ad per ſe et neceſſario volibilia: cōnexionis dico contingentis q̄ȝtū ad quodlibet coꝝ determinate: ſed neceſſario q̄ȝtū ad aliquod indetermiate: Et per voluntatē qua volumus neceſſario alterum indeterminate ⁊ nō hoc vel illud determinate per prius hēmus tale dn̄iū ⁊ principalius ꝑ notitiā precedētē q̄ȝ ꝑ actū voluntatis ſequentē: Quia ex primo regulat̄ ſcd̄us ⁊ non ecōuerſo. Notitia autē illa ptinet ad intellectū: quare ⁊c.

B. ¶ Idem pȝ ſcd̄o ex parte actuū liberoꝝ quoꝝ dn̄iū hēmus conſimiliter vt prius: qꝛ illa potētia eſt per pri⁹ ⁊ principalius libera cuius actū hēmus ꝑ pri⁹ ⁊ principali⁹ i poteſtate noſtra: Sed talis eſt intellectus ⁊ nō voluntas. quare ⁊c. Maior de ſe pȝ: Minor ꝓbatur qꝛ primi actus qui ſunt in ptāte noſtra ſunt iudiciū ꝯcluſiuum alicui⁹ eligēdi: ⁊ ipſa electio: inter hos autē actus prius eſt iudiciū concluſiuū (qd̄ pertinet ad intellectū) q̄ȝ electio pertinēs ad voluntatē: electio aūt regulat̄ per iudiciū cōcluſiuū ⁊ non econuerſo determinatur etiā electio neceſſario ad illud qd̄ libere concluſum eſt ita ꝙ voluntas nō pōt in oppoſitū neq̄ȝ reſpuere qd̄ eſt ſibi ꝓpoſitū ſi intellectus iudicauerit finaliter et cōpletiue aliquid vt nūc eligendū vt alias ꝓbatū eſt: Et ſic tota libertas electionis continetur in libertate iudicij cōcluſiui: Et ſic pȝ ꝙ intellect⁹ eſt liber ꝑ pri⁹ ⁊ principalius q̄ȝ voluntas.

C. Ad primū principale. ¶ Ad primū argumētū in oppoſitū dicendum eſt ꝙ electio non eſt prim⁹ act⁹ li. ar. ſed iudicium ꝯcluſiuū intellect⁹ determināſ electionē: Et ideo q̄ȝuis electio ſit actus volūtatis qꝛ tamē libertas electionis dependet ex libertate iudicij concluſiui idō intellect⁹ eſt liberior q̄ȝ voluntas:

D. Ad ſcd̄m. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ maior ꝓpoſitio nō eſt vera vniuerſaliter: qꝛ nō oē poſteri⁹ eſt perfecti⁹ ſicut qualitates ſequētes formā ſubſtātialē non ſunt perfectiores ea ſed imꝑfectiores: Et eodē modo appetitus ſenſitiuus: ⁊ intellectiuus ſunt imꝑfectiores ſenſu ⁊ intellectu. qd̄ aūt dr̄ ꝙ natura ꝓcedit de imperfecto ad ꝑfectū: Non eſt ſic intelligendū ꝙ oīs forma poſterior ſit perfectior priore: Sed qꝛ perfectiones que ſuſcipiūt magis ⁊ min⁹ vel maius ⁊ minus ꝓceſſu nature deducunt̄ de imꝑfecto ad perfectum. Sicut homo prius eſt puer ⁊ poſtea vir ꝑficiendo in quātitate ⁊ vigore.

¶ Ad tertiū dicenduȝ ꝑ interemptionē maioris: qꝛ q̄ȝuis nulla ſit culpa: niſi reſpectu coꝝ quoꝝ hēmus dominiū ꝑ aliqueȝ actū voluntatis: Tn̄ qꝛ illud dn̄iū regulat̄ ⁊ depēdet ex notitia intellectus: ⁊ electio qua peccam⁹ regulatur et dependet ex concluſiuo iudicio rōis: idō libertas magis ſe tenet ex parte intellectus q̄ȝ voluntatis. Quod āt dicit beatus Aug. ꝙ peccatū adeo eſt volūtariū ꝙ niſi eēt voluntariū nō eſſet peccatuȝ: vtiq̄ȝ veꝝ eſt: Sed ꝓ tanto qꝛ act⁹ quo peccamus vel eſt actus voluntatis: vel eſt actus a voluntate imꝑatus: vel ad ipm̄ cōcurrit voluntas: ſȝ non excludit̄ intellect⁹ regulās voluntatem. E. Ad tertiuȝ.

¶ Ad quartū dicēdum ꝑ interemptionē minoris: qꝛ intellectus vt ꝓbatū fuit nō poteſt cogi reſpectu actus itelligendi ſicut neq̄ȝ voluntas reſpectu actus volēdi: reſpectu āt actuū imꝑatoꝝ poſſunt cogi tā intellectus q̄ȝ volūtas. Et qñ dr̄ ꝙ phi fuerūt coacti a veritate: pōt rn̄deri dupliciter. Uno modo ꝙ improprie accipit̄ ibi coactio ꝑ neceſſaria adheſione cum euidenti veritate que nō eſt coactio: ſed naturalis inclinatio potentie in tale obiectum. vel pōt dici ꝙ phūs loquit̄ ſignanter. Quia nō dicit ꝙ intellectus fuerit coactus aſſentiēdo cuicūq̄ȝ veritati. Sed dicit ꝙ quidā phi fuerunt coacti aſſentire veritati. Ille eīn cogitur cōtra cuius inclinationē fit: Et qꝛ cōtra inclinationē voluntatis aliquoꝝ phōꝝum volētium defendere ſuas falſas opiniones fuit euidētia veritatis oppoſite: idō manifeſtata veritate voluntas coꝝ coacta eſt cui placebat oppoſitus aſſenſus. Sed intellectus coꝝ nō eſt coactus cū inclinatio eius naturalis ſit ad aſſentiendū manifeſto vero: Et ſic voluntas coacta eſt ꝯtra cui⁹ inclinationē factū eſt: nō autē intellect⁹. F. Ad q̄rtuȝ.

¶ Ad quintū dn̄dū ꝙ potentia que eſt pure paſſiua reſpectu determinationis act⁹ dūmō ſit actiua reſpectu exercitij act⁹ illa actiuitate qua poſſit ſiſtere a iudicio cōcluſiuo modo q̄ dictū eſt prius poteſt eē libera: talis aūt ē intellectus ſicut ⁊ voluntas. immo magis q̄ȝ voluntas vt declaratum fuit prius. Et ideo poteſt eſſe liber ſicut ⁊ voluntas. et plus q̄ȝ voluntas. G. Ad q̄ntū.

¶ Ad ſextum dicendū ꝙ minor eſt falſa: qꝛ appetitus ſenſitiuus non obedit rōni niſi mediāte mutatiōe que fit circa potentias ſenſitiuas appꝛehenſiuas: quia appetitus ſenſitiu⁹ neceſſario et preciſe ſequit̄ iudicium ſenſus vt declaratū fuit in queſtiōibus de habitibus. H. Ad ſextū.

¶ Ad ſeptimū dicendū ꝙ minor eſt falſa: qꝛ intellectus dei practic⁹ de aliquo fiēdo cui reſpondet voluntas libera eſt liber: Et per prius ⁊ principalius q̄ȝ electio voluntatis ſm̄ nr̄m moduȝ intelligendi: Et cum dr̄ ꝙ deus neceſſario ſcit q̄cquid ſcit: verū eſt q̄ȝtum ad notitiā ſimplicē qua cognoſcit quidditates reꝝ ētes vel poſſibiles: ⁊ q̄ȝtū ad cognitionē ſpeculatiuā ⁊ completā. Sed q̄ȝtuȝ ad cognitionē practicā qua dictat aliquid fore: vel non fore liber eſt qꝛ nihil futurum hȝ neceſſariā colligantiā cum bonitate ſua. I. Ad. vij.

¶ Ad primū argumētum alteri⁹ partis quod videt̄ ꝓbare ꝙ volūtas nō ſit libera: poteſt reſponderi ꝙ voluntas non ē potentia diſtincta ab intellectu ſm̄ aliquid abſolutū: ſed eadē natura abſoluta eſt qua intelligimus ⁊ volumus: ita ꝙ iſti duo actus ſunt ab eadē natura abſoluta ordine quodā ⁊ ſic illa natura que eſt voluntas eſt cognoſcens: ⁊ per ꝯn̄s libera. Secunda rō K. Ad arg. in oppo.

bene ꝓbat ꝙ intellect⁹ eſt per prius et principali⁹ liber ꝙ voluntas et hoc concedimus. Tertia ſimi liter idem ꝓbat. Quarta vero que videt̃ ꝓbare ꝙ ambe potẽtie equaliter ſint libere non cõcludit qꝛ ꝗuis intellectus ⁊ voluntas eſſentialiter pertine= ant ad libe. ar. Et in diffinitione eius ponãtur nõ oꝫ tamẽ ꝙ equales ſint et equaliter libere: qꝛ ꝑtes diffinitõis ⁊ diffiniti nõ oꝫ ꝙ ſint ⁊ euiſdẽ gradus et ꝑfectionis: eiuſdem in his que pertinẽt ad diffini= tum: Et ſic eſt in propoſito.

## Utrum ratio ſuperior et inferior ſint vna potentia an due.

### Queſtio quarta.

L. Que in ſ. Argui. i. **S**ecundo principaliter queri= tur vtrũ rõ ſuperior et inferior ſint vnã potentia an due. Et videt̃ ꝙ ſint due. qꝛ regulãs ⁊ regulatũ differũt realiter: ſed

Secũdo. rõ ſupior regit ⁊ mouet inferiorẽ: ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ ſi non differũt niſi qꝛ rõ ſuperior intendit eternis i ferior vero temporalibus ꝑ eandẽ rõneꝫ poſſet di ſtingui oculus ſupior inq̃ꝫtuꝫ reſpicit ſupiora: ⁊ o= culus inferior inq̃ꝫtum reſpicit inferiora: ſꝫ hoc nõ

In op. dr̃ ergo nec illud. ¶ In cõtrarium eſt qḋ dicit Au guſt. in lr̃a ꝙ cum de natura mentis humane diſſe rimus de vna quadã re diſſerim⁹ neq3 eã in ſupio= rem neq3 inferiorẽ rõnis partem niſi ꝑ officia ge=

M. Deciſio q̄ ſtionis. minamus. ¶ Reſponſio. Uidenduꝫ eſt primo qḋ ſit rõ ſuperior et inferior qꝛ per hoc patebit qḋ q̄rit̃ Ratio aũt vt dictũ eſt in precedẽte q̄ſtione nomiat potentiã diſcurſiuã a principijs ad concluſiones. Principia aũt ex quibus diſcurrit rõ ſpeculatiua: vel practica: vl' ſunt accepta naturaliter ſicut i ſpe= culabilibus de quolibet eẽ vel non eſſe. Et oẽ totũ eſt maius ſua parte: Et in practicis qꝛ nihil inhone ſtum eſt faciendũ. vl' ſunt accepta ex reuelatione: puta ꝙ deus eſt trinus in ꝑſonis ⁊ vnus in eſſentia Et ſic de alijs articulis quo ad ſpeculabilia. Et ſi= militer quo ad operabilia puta ꝙ nihil eſt commit tendum quo vita eterna amittatur Et quia altio= ra et digniora ſunt que ꝑ reuelationẽ habent̃ ꝗ̃ q̄ naturaliter cognoſcunt̃: ideo rõ deducens aliquid ex principijs ꝑ reuelationẽ hĩtis vocatur ſuperior: de ducens vero practice vl' ſpeculatiue aliquid ex pri= cipijs naturaliter cognitis vocatur rõ inferior: Et ſic rõ tam inferior ꝗ̃ ſuperior includit tã ſpeculati= uum ꝗ̃ practicũ vñ Augu. dicit ꝙ rõ ſuperior eſt q̄ intẽdit eternis conſpiciendis quo ad ſpeculationẽ vel conſulendis quo ad opationẽ: inferior vero q̄ intendit tempalibus reb⁹: cõius tñ vtimur eis ꝓ= ut pertinent ad praxim ſiue opationem: qꝛ hec di= ſtinctio principaliter introducta eſt ad inq̄rendũ q̄

N. liter peccatũ ⁊ ꝓceſſus peccati conſũmetur i nobis ¶ Ex hoc pꝫ ꝙ rõ ſuperior et inferior non ſunt di= uerſe potentie aĩe: qꝛ illa potentia cuius obiectum formale eſt ens ſm rõnem entis: non plurificatur ſm plurificationẽ ſpecialiũ entium: ſicut potentia viſiua cuius obiectũ formale eſt color non plurifi= catur ſm plurificationẽ ſpãlium coloꝝ. Sed itelle ctus hꝫ ꝓ formali obiecto et adequato ens ſm cõ= munẽ rõnem entis vt pꝫ ex tertio de anima: et ꝑ Auic. qui dicit ꝙ qui non intelligit ens nihil intel= ligit: ꝗ potentia intellectiua nõ diſtinguit̃ i diuer= ſas potentias per hoc ꝙ intendit eternis conſpici endis vl' conſulẽdis: ſeu tempalib⁹ diſponẽdis: Nulla aũt potentia preter intellectũ poteſt predi= ctis intendere: ꝗ ⁊c. Et confirmat̃ qꝛ deducere cõ= cluſionem aliquam ex principijs neceſſarijs: vl' ex pricipijs contingentibus non variat potentiã: ſed hitus: qꝛ vnũ pertinet ad ſcientiaꝫ: aliud vero ad opinionẽ: ergo ſimiliter ꝓcedere ex principijs na= turaliter cognitis: vel per reuelationẽ hĩtis nõ va= riat potentiã ꝗuis poſſit variare hĩtum: qꝛ vnum pertinet ad ſapientiã: reliquũ vero ad ſcientiã ꝓ= O.

ut de ſapientia ⁊ ſciã loquit̃ Aug. ¶ Ad primũ ar= Ad prim gumentũ dicẽdũ ꝙ rõ ſupior regit inferiorẽ nõ qḋ pricipale. vt potentia potẽtiã ſed per actũ ſuperioris rõis cõ ſiderantis altiorem finẽ regit̃ ⁊ dirigit̃ actus infe= rioris rõnis accedẽtis ad finem ſub fine. ¶ Ad ſe P.

cundũ dicendũ ꝙ oculus materialis per aſpectuꝫ Ad ſcdm. ſuperiorẽ non regit̃ reſpectu inferioris ſicut ocul⁹ intellectual': nec in aſpectu ſupioris ⁊ inferioris eſt aliqua differentia quo ad actũ: vel modũ actus vt ſic poſſit aliquis gradus ibi inueniri in ratione ſu perior ⁊ inferiori.

## Sentẽtia ſecũdæ partis .xxiiii. diſt. in generali & ſpeciali

**I**lludquoq3 prætermittendũ Q. eſt. Superius determinauit magiſter de Snia in potentijs aĩe. Hic determiat quõ in eis generali. hꝫ eſſe peccatũ. Et diuidit̃ in tres. Pͥo determinat ſuum intentũ. Secundo determinat cauſam ſue diſgreſſionis ſeu determinatõis. Ter= tio remouet quoddã dubiũ. Secũda ibi. Hoc aũt de aĩe partibus. Tertia ibi. nõ eſt aũt ſilẽtio ꝑtermit= tendũ. Prima in duas. Primo ponit quandã ſimi litudinem progreſſionis peccati in nobis: ⁊ in pri= mo parente inducẽs ſimilitudinẽ de peccato pri= morum parentũ q̄ ad virũ: ⁊ mulierem: ⁊ ſerpenteꝫ Secundo vero oñdit quo mõ in primis parẽtib⁹ habuit eſſe peccatũ. Secũda ibi. nũc ſupeſt oñde= re. Prima in duas. Primo oſtẽdit ſuũ intentũ. Se cundo confirmat qḋ dixerat ꝑ auctoritates. Secũ R.

da ibi. vñ Aug. Hec eſt ſententia ⁊ diuiſio lectõis In ſpãli. in generali. ¶ In ſpãli ſic ꝓcedit ⁊ ꝓponit ꝙ ſicut in primo peccato ſerpens mulieri perſuaſit: ⁊ mu= lier viro: ita in nobis ſenſualitas ſuggerit inferio ri parti rõnis: et inferior ſupiori: inferior aũt ⁊ ſu= perior ſe hñt ſicut mulier ⁊ vir: qꝛ ſicut mulier ꝓdu= cta fuit de viro: ⁊ ſola in adiutoriũ data ⁊ vna cum ipſo in carne: Ita inferior portio a ſuperiori dedu cta eſt ⁊ data ei in adiutoriũ. Et eſt vnũ cum ipa in vna mẽtis natura. Poſtea dicit ꝙ ſi in ſenſualitate ſolũ ſit motus: veniale peccatũ eſt. Si vero ad ꝑ= tem rõnis ſuperioris perueniat eſt mortale pecca tum: ſi aũt in inferiori rõne cõſiſtit Aliqñ veniale eſt. Si non diu in cogitatione manet: aliqñ morta le: ſi diu in cogitatione manet ⁊ delectõ placet. Et ſubdit ꝙ ſunt quedã q̄ ſi ſemel fiunt ſunt mortalia: quedẽ ſunt que ſi fiant ſemel ſunt venialia. Si aũt pluries ſunt mortalia. Poſtea ꝓbat hec oĩa per au ctoritates Aug. in quibus aliqñ videt̃ dicere ꝙ co gitatio ſine opere ſit mortale: aliquãdo ꝙ ſit venia le qꝛ dicit ꝙ rõ inferior in aliquo ſimil': ⁊ in aliquo diſſimil' eſt mulieri: qꝛ mulier ſola poterat peccare ꝑfecte non ſic autẽ inferior rõ. Unde ſecundo dicit ꝙ ꝓ ſola cogitatõe venia petẽda eſt. ſicut ⁊ ꝓ alijs peccatis. Poſtea dicit ꝙ rõ de partibus aĩe deter=

minat vt cognoſcat lib. ar. Et quo mō in eo poteſt eſſe peccatū. Ultimo dicit ꝙ large ſumendo inferior ratio poteſt dici ſenſualitas. Et in hoc ter. ꝛc.

## Vtrum aliquod peccatum mortale poſſit eſſe in ſenſualitate.

### Queſtio quinta.

A. Queſt. v. Circa diſtinctionē iſtā queritur de duob⁹. Primū eſt. vtrū aliquod peccatū mortale poſſit eē in ſenſualitate. Secundū eſt vtrum moroſa delectatio quā quis hꝫ cogitando de peccato mortali ſit peccatum mortale.

Arg. i. ¶ Ad primū ſic ꝓcedit. Et videt ꝙ peccatū mortale poſſit eſſe in ſenſualitate q̄ oppoſita nata ſunt fieri circa idem: Sed virtus que opponit vicio hꝫ eē in ſenſualitate: vt temperātia: et fortitudo (ſicut apparet ex. iij. ethi.) ḡ in ſenſualitate poteſt eē peccatū mortale eis oppoſitū.

Sec͂do. ¶ Itē actus cognoſcitur ex obiecto: ſed circa obiecta ſenſualitatis cōtingit peccare mortaliter: ſicut circa delectabilia carnis: ḡ act⁹ ſenſualitatis poteſt eē peccatū mortale.

In op. ¶ In contrariū arguit q̄ virtus ꝛ vitium ſunt in his que ſunt ꝓpria hoi cū nō inueniāt in brutis: Sed quod eſt ꝓpriū hois ſupra bruta ꝑtinet ad rōnem: ꝛ non ad ſenſualitatē: ergo ꝛc. Itē Aug. dicit cōtra fauſtū ꝙ peccatū eſt dictū: vel factū: vel ꝯcupitū: ꝯtra legē eternā: Sed attendere ad legē eternā ꝑtinet ſolū ad rōnem ſuꝑiorem: ergo ſolū in rōne ſuperiori poteſt eē peccatū.

B. Rñſio. ¶ Reſponſio. Circa queſtionē iſtā ſunt duo preintelligēda. Primum eſt quid vocatur ſenſualitas. Secundum eſt quid vocatur peccatū mortale: et quid veniale. Quantum ad primū ſciendū eſt ꝙ ſicut libe. ar. nō nominat aliquā potētiā abſolute: ſed potētiā ſub ꝓprietate (vt dictum fuit pri⁹) Sic ſenſualitas non nominat aliquā potentiā abſolute: ſed nominat ꝓprietatē potentie: vel potentiā ſub ꝓprietate. Cū enī appetit⁹ ſenſitiuus ꝓpter ſui corruptionem nō plene ſubijciat rōni: ſed plerūq; deliberationē rōnis ꝑueniat: ꝛ iterū motus eius deliberationē ſequentes plene ſubijciunt imperio rōnis ꝓpter quod reſpectu hoꝝ poteſt eſſe virtus ꝛ vitiū que ſine electione non ſunt: Senſualitas nominat appetitū ſenſitiuū: non abſolute: ſed ſm qḋ depreſſus eſt non expectās in motu ſuo deliberationē rōnis: ſed eā preueniēs: Et iō dr̄ eſſe perpetue corruptionis.

C. ¶ Quantū ad ſecundū aduertendū eſt ꝙ oē peccatū eſt deuiatio ab aliqua lege naturali: vel diuina: vel quacunq; alia lege recte poſita: Et q̄ oīs lex hꝫ vim coactiuā ꝑ penas (Alioquin fruſtra ferrent leges ſi eas liceret impune tranſgredi) Iō ſm vnāquāq; legem peccatū dr̄ mortale: qḋ pena mortis damnat veniale vero dr̄ qḋ leuiori pena punitur. vñ Aug. Homel. vij. ſuꝑ Io. dicit ꝙ crimen eſt quod damnationē meret crimē vocās peccatuꝫ mortale: Ueniale aūt (vt dicit) eſt quod non meret dānationē: licꝫ aūt ꝓprie mors ſit priuatio vite corporalis: tñ ꝑ quandā ſimilitudinēꝫ priuari finaliter viſione diuina ꝛ incurrere penā gehenne mors dr̄ ſicut ꝛ ipſa viſio dr̄ vita. Io. xvij. Hec eſt inquit vita eterna vt cognoſcant te ſolum verū deū ꝛc. vnuſquiſq; autē vitā ſuā dicit in eo conſiſtere in quo delectat. Et iō ꝓpter ſummam delectationē que ē in viſione diuina in ipſa dr̄ conſiſtere vita noſtra. Et in eius priuatione cum afflictione gehēne: mors: Sic ḡ quo ad theologos quoꝝ eſt cōſiderare opa hūana: quatenus regulant lege diuina peccatum mortale dr̄ quo quis meret finaliter priuari viſiōe diuina: veniale vero qḋ non meret hanc penam.

D. So. q̄ſti. ¶ Hoc ſuppoſito dicendū eſt primo ꝙ in ſenſualitate nullū poteſt eſſe peccatū ſꝫ ſe: nec veniale nec mortale: ſed eſt ſolū in ea peccatū veniale tñ ex negligentia rōis: Scd͂m eſt ꝙ in rōne inferiori nūq̄ poteſt eſſe peccatū mortale: niſi ex ꝯſenſu: vel negligentia rōis ſuperioris.

E. Articu. i. Primū pꝫ. quia ibi prio inuenitur rō peccati vbi inuenit dominiū voluntatis (loquimur enī de peccato nūc in motib⁹) Sen⁹ autē mors primo incipit vbi dñiū voluntatis reꝑitur: ſm ꝙ aliquid imputat nobis ad culpā: vel meritum: ſed voluntas non hꝫ dominiū ſuꝑ mot⁹ ſenſualitatis niſi q̄ a rōne preueniri poterant Nō enī poteſt ferri imperiū volūtatis niſi vbi poteſt preuenire iudiciū rōnis: ḡ motus ſenſualitatis nullū eſt peccatū ſm ſe: ſed ſolū ex negligentia rōis: vel voluntatis non ꝑuenientis. Tale autē ſolū poteſt eſſe veniale peccatū: ꝛ leuiſſimū q̄ vbi non poteſt eſſe cōpletū voluntatis dñiū ibi non poteſt eſſe ꝑfectuꝫ peccatum: ſed reſpectu motuū ſenſualitatis voluntas non poteſt hēre cōpletū dominiū: quare ꝛc. Minor ꝓbat: q̄ voluntas ſolū hꝫ completū dñiū in illis actibus qui ex imꝑio voluntatis ꝓcedunt: Et hi ſunt actus deliberationē ſequentes qui nullo modo ſunt actus ſenſualitatis q̄ eſt ꝑpetue corruptionis (vt dictū eſt) licet poſſit eſſe actus appetit⁹ ſenſitiui put nat⁹ eſt obedire rōni: Incōpletū aūt dominiū hꝫ voluntas in illis actib⁹ qui non ꝑ imꝑiū rōis: aut voluntatis ꝓcedūt: ſed tamen voluntas eos impedire poterat: ſi ratio in preueniendo eos ꝑuigil fuiſſet. Et hi dicunt motus ſenſualitatꝫ qui iō peccata ſunt: q̄ quodlibet eoꝝ ꝑueniendo impedire poſſumus: non aūt oēs ſimul: quia dum vni obuiare nitimur: ex altera parte poteſt inſurgere motus illicitus: q̄ non poteſt rō ſimul: ꝛ actu ſemꝑ eſſe intenta ad renitendū oībus que inſurgere pñt Et ſic patet primū.

F. Arti. ij. ¶ Secūdum ſic patet: non meretur quis penam legis niſi ꝑ peccatū ꝯmiſſionis: ſiue commiſſuꝫ in legē Ro. ij. qui in lege peccauerit ꝑ legē iudicabuntur. Sed mors eterna que eſt carentia viſionis diuine: ꝛ pena gehēne eſt pena ſolius legis eterne: vel fidei per reuelationē hite: pena enī legis nō excedit cognitionē legis. De beatitudine aūt vel gehenna nulla lex cognitionē tradit niſi lex fidei: ergo null⁹ peccādo meret morteꝫ gehenne niſi quatenus peccat contra legē eternaꝫ vel legem fidei: ſed oē tale peccatū cōtingit ex conſenſu vel negligentia rōnis ſuꝑioris cuius ſolius eſt attendere ad legē: fidei: ḡ ꝛc. Et confirmatur q̄ lex non ſolū attendit penas ad cohercendū malos: Sed etiā premia ad conuocandū bonos: Sꝫ nullus bene agens meret vitā eternā niſi directus a lege fidei: ḡ nullus q̄ātūcunq; male agens meretur morteꝫ eternā que eſt mors gehenne: niſi ſub lege fidei: voco aūt eſſe ſub lege fidei nō ſolum aſſenſu: ſicut eſt in his qui credūt: ſed obligatione q̄modo oēs ſunt ſub lege fidei etiā iudei: ꝛ gentiles nec excuſat quis ſi non credit ex quo predicationē fidei audiuit: vel audire potuit ꝛ cōtempſit: Nullus enī eſt qui ſi fecerit qḋ in ſe eſt quin deus ei reuelet ea que ſunt fidei: ſine quibus non eſt ſalus

vel per ſeipſum aſpiciendo: vel per hūanū myſte-
E. rium exteri⁹ docendo. ¶ Ad primū argumentū
Ad prim dicendū q̄ virtus nō h̄z eſſe in ſenſualitate: ſtricte
pricipale. accipiendo ſenſualitatē vt ſupra dictū eſt: q̄ virtus
non eſt ſine electiōe (vt dr̄. ij. ethi.) motus aūt ſen-
ſualitatis ſunt illi qui preueniūt electionē ⁊ delibe-
rationem rōnis. ¶ Ūn temperātia et fortitudo licʒ
ſint in appetitu ſenſitiuo (vt obedit rōni) non tamē
ſunt in ſenſualitate ꝓprie loquēdo: Et per eandē
rōnē nec vitiū ſm̄ cōpletā rōnem peccati quod eſt
peccatū mortale: ſed ſolū peccatū veniale ex negli
H. gentia rōnis non ꝑuenientis. ¶ Ad ſcōm dn̄duʒ
Ad ſcōm. q̄ illud qd̄ ex genere ſuo eſt peccatū mortale efficit
veniale ꝓpter impfectionē actus moralis vt ma-
gis patebit inferi⁹: Et iō licet circa obiecta ſenſua-
litatis contingat peccare mortaliter ex gn̄e actus:
tamē motus ſenſualitatis in hoc non pōt eſſe pec-
catum mortale propter ſuā imperfectionē: q̄ deli-
berationē ꝑuenit. ¶ Ad primū argumētuʒ alteri⁹
I. ptis dicendū q̄ illud qd̄ eſt nobis ꝓpriū ꝑtinet ad
Ad arg. rōnem eſſentialiter: vel participatiue: Appetitus
in oppo. autē ſenſitiuus in nobis licet non ꝑtineat ad rōeʒ
eſſentialiter: tamē participat aliq̄liter de rōne inq̄-
K. tum eſt natus obedire rōni: Et hoc mō poteſt eſſe
Ad ſcōm ſubiectū virtutis ⁊ vitij. ¶ Ad aliud dicendum q̄
Aug. diffinivit peccatū mortale ſoluʒ qd̄ nunq̄ cō-
mittitur niſi ex cōſenſu vel negligentia rōis ſuꝑio-
ris: vt deductum eſt.

## Queſtio ſexta.

### Vtrum moroſa delectatio quā quis habet cogitando de peccato mortali ſit peccatum mortale.

L. POſtea queritur. vtrū moroſa
Que. vj. delectatio quā quis h̄z cogitādo de pec
Argu. i. cato mortali ſit peccatū mortale. Et vide
tur q̄ non. q̄ ſm̄ phm̄. x. ethic. delectatio
nes dr̄nt in bonitate ⁊ malitia ſm̄ drām operatio-
num: Sicut igit̄ ſe h̄z cogitatio interior ad actum
exteriorem ſic delectatio cōſequens actū interioris
cogitatōis ad delectationē cōſequentē actū exteri
orem: ſed cogitatio interior non eſt peccatū mor-
tale: q̄uis opus exteri⁹ ſit peccatū mortale: ḡ delec
tatio conſequēs ſolā cogitationē nunq̄ eſt pecca-
Secūdo. tum mortale. ¶ Itē actus exterior fortitudinis nō
eſt peccatū mortale rōne delectationis que etiā eſt
in actu matrimonij: ſed rōne deordinationis: ſed
qui conſentit in delectatōem non oʒ q̄ cōſentiat in
deordinationē: per actū em̄ aie ſeparant̄ que ſunt
coniūcta in re: ḡ ⁊c. ¶ In contrarium eſt qd̄ dicit
In op. Aug. xij. de trini. ⁊ h̄etur in lr̄a q̄ totus homo dam
nabitur niſi hec que ſine voluntate operādi: ſed tm̄
cum volūtate talib⁹ aīm oblectādi ſolius cogitatio
nis ſentiunt̄ eſſe peccata: ꝑ mediatoris gratiam
M. remittant̄: Sed nullus domnat̄ niſi ꝑ pctō mor-
Deciſiō q̄ tali: ḡ ⁊c. ¶ Reſponſio. cū delectatio voluntatis ſe
ſtionis. quatur apprehēſionē rōnis: ſicut eſt duplex appre
henſio ſimplex ⁊ reflexa. ſimplex que eſt obiectum
ſolū: vt cū aliquis cogitat de fornicatōe: reflexa q̄
eſt in actum: (vt cuʒ aliquis cogitat ſe cogitare de
fornicatione) ſic eſt duplex delectatio ꝯſequēs hos
N. duos actus. ¶ Dicendū ḡ q̄ moroſa delectatio ſe-
So. q̄ſt. quens ſimplicē actum cogitatōis de fornicatōe: vt
alio peccato mortali ſemꝑ eſt peccatū mortale. Cu
ius rō eſt q̄ oīs cōplacentia voluntatis deliberati
ua in aliquod peccatū mortale eſt peccatū mortale
ſed moroſa delectatio ſequēs actū ſimplicē ē hmōi
Eſt em̄ cōplacentia deliberatiua cū ſit moroſa: vo
co em̄ nūc delectationē moroſam que ſupponit de
liberationē directe: vel interpretatiue: Eſt etiā cō-
placentia in actū peccati mortalis: q̄ in illud ſoluʒ
fertur voluntas per delectationē qd̄ apprehenſuʒ
eſt per rōnem: Sed per actū ſimplicē cogitationis
de fornicatione nihil apprehendit: niſi fornicatio
vel cogitatio de fornicatōe: q̄ nō eſſet actus ſim-
plex ſed reflexus: ḡ voluntas ſequēs talē actū ſim
plicem fertur ſolū ꝑ complacentiā in peccatū mor-
tale. ⁊ ſic peccat mortaliter. Delectatio vero ſeq̄ns
actū reflexū poteſt eſſe de duobus ſicut ⁊ cogitatio
.ſ. de principali obiecto puta de fornicatōe ⁊ de ſe-
cundario. ſ. de cogitatione: hec em̄ duo ſe h̄nt obie
ctiue ad actū reflexū. ſ. cum aliquis cogitat ſe cogi-
tare de fornicatōe: Et ſi quidē ſit delectatio de prī
cipali obiecto erit peccatū mortale ꝑ rōnem que fa
cta eſt: Si vero ſit de obiecto ſecūdario. ſ. de cogi-
tatione ſic non oʒ q̄ ſemꝑ ſit peccatū mortale: ſed
quādoq̄ veniale: vt cū quis ſola curioſitate cogi-
tat talia: ⁊ de cogitatōe delectatur. Quandoq̄ ve
ro nullum eſt peccatū: ſed eſt meritū vt cū quis vti
liter de talib⁹ cogitat volens predicare aut diſpu-
tare. Talis em̄ delectat̄ non de peccato: ſed de rōi
bus excogitātiʒ circa peccatum. ¶ Ad primū argu- O.
mentū p̄ʒ. ꝓcedit em̄ de delectatione que ſequitur Ad prim
actū reflexū rōe obiecti ſecūdarij: ⁊ illā non oʒ eſſe pricipale.
peccatum mortale vt dictū eſt. ¶ Ad ſecundū dicē P.
dum q̄ delectatio ſequens cogitationē ſimplicem Ad ſcōm
de fornicatione eſt complacētia voluntatis in actū
fornicationis etiā ſi non ſtatuatur implendū pro-
pter aliquā aliā cauſam ꝓhibentē: Et q̄ actus inor
dinatus eſt: iō complacentia in ipm̄ eſt deordina-
ta: qd̄ aūt dr̄ q̄ illa que ſunt coniuncta in re poſſunt
ſeparari mente: verū eſt vt cognoſcant̄: ſed non vt
habeant̄: ⁊ quia volūtas fertur in rem vt habeatur
in ſe iō fert̄ ꝑ ꝯñs in oīa illa q̄ ſunt rei ꝯiūcta ſm̄ eē.

## Sententia huius diſtictōis .xxv. in generali & ſpeciali.

IAm vero ad ꝓpoſitum redea Q.
mus. Superius determinauit magiſter Diſt. xxv.
de li. ar. ꝑ comparationē ad alias poten Snia in
tias. Hic determinat de li. ar. q̄tum ad generali.
ſui ꝓpriā rōem: Et diuidit̄ in duas. Primo deter-
minat ſuum intentū. Secūdo determinat a qua li
bertate li. ar. denoiatur. Secūda ibi. eſt nāq̄ liber
tas. Prima diuidit̄ in quattuor. Primo determiat
de li. ar. q̄tum ad ſuum obiectū. Secūdo oſtendit
in quibus ſit li. ar. Et quo mō differenter ſit in eis.
Tertio concludit quoddā correlariū. Quarto ſub
iungit quoddā incidens. Secūda ibi. hec quid ſm̄
predictā aſſignationē. Tertia ibi. ex p̄dictis ꝑſpi.
eſt. Quarta ibi. ⁊ poſſunt notari in hōie. Secunda
pars principalis diuidit̄ in duas. Primo diſtiguit
triplicē libertatē ⁊ declarat eā. Et quedam dubia
circa hoc. Secūdo ex hoc ꝯcludit quedā correlaria
Secunda ibi. ex p̄dictis iā apparet. Et hec eſt di- R.
uiſio ⁊ ſentētia lectōis in gn̄ali. ¶ In ſpeciali ſic ꝓ- In ſpāli.
cedit. Et ꝓponit primo q̄ li. ar. ad vtrūq̄ flecti pōt

Non aūt extendit aliqua libertas li. ar. reſpectu p̄=
ſentiū ⁊ preteritoꝝ: ſed ſolū reſpectu futuroꝝ nō tñ
reſpectu quorūlibet futuroꝝ: ſed ſolū contingentiū
que in noſtra ſunt diſpoſitione ⁊ ptāte. Poſtea di=
cit ꝙ cum li. ar. in nobis ſit flexibile ad malū: tamē
li. ar. eſt in alijs ꝙ̄ in nobis. ſ. in angelis bonis ⁊ in
eis eſt oīno li. ar. a ſeruitute peccati. Poſtea dicit ꝙ
libe. ar. in primo ſtatu fuit quo homo poterat non
peccare: In vltimo vero ſtatu erit quo non poterit
peccare: Et hec libertas eſt maxime poſt hanc vitā
In medio vero ſtatu eſt libertas qua poteſt pecca
re: neq̄ʒ poteſt nō peccare etiā mortaliter añ grām
Sed poſt gratiā non poteſt nō peccare venialiter.
Ex quo concludit ꝙ li. ar. per peccatū vulneratum
eſt ⁊ ſpoliatū: vulneratū quo ad naturalia: ſpolia=
tum quo ad gratuita: vbi etiā dicit ꝙ ipſa natura=
lia dici poſſunt aliquo modo gratuita ſm ꝙ perti=
nent ad generalē grām. Et dicit ꝙ libertatē perdi=
A. tam non poteſt homo recupare ſine grā: ſicut nec
qui ſe occidit poteſt ſe ꝑ ſe ad vitā adducere. Poſt
ea dicit ꝙ libertas triplex eſt. ſ. a coactione vel ne=
ceſſitate: a peccato: et a miſeria. A coactione ſemꝑ
fuit in primo ſtatu ⁊ vltimo Illa vero que eſt a pec
cato eſt ſolū in liberatis per grām. Et ſubdit ꝙ ſi=
cut ſeruus iuſtitie liber eſt a peccato ita ſeruus pc̄ti
liber eſt a iuſtitia: q2 ei non ſeruit: ⁊ hec non eſt ve=
ra libertas. Querit aūt incidenter vtrū libertas ad
bonū et malū faciendū ſit ipā libertas ar. vel quid:
et ad quid. Et ponit circa hoc duas opiniones.
Quibuſdam eñ videt ꝙ libertas ipſius ar. eſt que
hominē liberū facit ad bonū et ad malū. Quibuſdā
vero videt ꝙ libertas ipſius arbitrij nō ſit libertas
ad bonū ⁊ malū: Sed quod libertas ad malū ſit q̄=
dem pronitas ad peccandū: libertas vero ad bonū
ſit aliquid ꝑ gratiā ipſi libertati additū. Magiſter
magis ſuſtinet ꝙ ipſa libertas ſit ab ipſo li. ar. ita tñ
ꝙ in malū poteſt de ſe: in bonū aūt non: niſi ꝑ grāʒ
adiuuetur niſi valde debiliter: Vlterius ꝯcludit
duo correlaria. Quoꝝ primū eſt ꝙ ꝑ peccatū dimi
nutū eſt li. ar. qd̄ recipit difficltatē ad bonū incita=
mentum. ⁊ pronitatē ad malū quod añ pctm̄ nō ha
buit: vnde magis hn̄t li. ar. reparati per gratiā: ꝙ̄
non reparati. Sed li. ar. eſt ad malū qd̄ per ſe pōt
et ad bonū qd̄ ſine grā non poteſt: ſm qd̄ ꝯcluſum
eſt ꝙ eſt libertas nature: ⁊ libertas gratie: Sʒ li=
bertas nature non ſufficit ſine gratia liberante: vl
adiuuante. Et in hoc terminatur ſententia lc̄ōis ⁊c.

## Vtrum liberum arbitriū ſit ſolum eorum quę ſunt ad finem. Queſt. I.

B. Circa diſt. iſtā quęritur primo
Que. I. vtrū li. ar. ſit ſolū reſpectu eoꝝ que ſunt
Arg. I. ad finem. Et videt ꝙ non: q2 electio im
portat p̄acceptionē vnius reſpectu alteri
us: Sed ſicut eoꝝ que ſunt ad finem: vnū poteſt
alteri preacceptari: ita etiaʒ diuerſoꝝ finiū: ģ ele=
ctio poteſt eſſe finis ſicut eoꝝ que ſunt ad finem.
In op. C. In contrariū eſt qd̄ dicit phūs. iij. ethi. ꝙ volun
tas eſt finis: electio aūt eoꝝ que ſunt ad finē. Re
Reſio. ſponſio. dicenda ſunt tria. Primū eſt ꝙ li. ar. ſeu ele
ctio que eſt act⁹ li. ar. eſt tm̄ eoꝝ que ſunt ad finem.
⁊ nunq̄ʒ eſt ipſius finis ſub rōne finis. Scd̄m eſt ꝙ
non eſt oīm eoꝝ que ſunt ad finem: Sed ſolū eoꝝ
q̄ ſunt vel exiſtimantur eligenti poſſibilia. Ter=
tiū eſt ꝙ ē ſolū noſtroꝝ actuū vel aliorū vt tamē ca
dunt ſub actibus noſtris. Primū pʒ q2 illud ſolū po D.
teſt eē obiectū electionis qd̄ pōt eē ꝯcluſio ſillogyſ Articu. I.
mi operatiui ſeu cōſilij: vel deliberatōis: (Eſt aūt
electio appetitus conſiliabilis. i. eius qd̄ cōcluſuʒ ē
per conſiliū: vt dr̄. iij. ethi.) Sed finis nō poteſt eē
concluſio in ſillogyſmo practico ſeu in conſilio vel
deliberatione: ſed ſolū hʒ rōnem principij (vt patʒ
ex. ij. phi.) ea aūt que ſunt ad finē hn̄t rōnem cōclu=
ſionis. ģ ⁊c. Eſt tñ conſiderandum ꝙ ſicut in ſpecu
latiuis nihil ꝓhibet illud quod eſt vnius demōſtra
tionis principiū eſſe concluſionē alterius (Primū
tamē principiū ſimpliciter non poteſt eſſe cōcluſio
alterius demonſtratōis) Sic illud quod eſt i vna
operatione vt finis nihil ꝓhibet ordinari ad aliud
tanq̄ʒ ad finem: et ſic cadere poteſt ſub electione ſi=
cut in operatione medici ſanitas eſt vt finis ꝓpter
qd̄ nō cadit ſub electione medici ſed ſupponitur vt
principiū: Sed quia ſanitas corporis vlterius or=
dinatur ad bonū aīe ſicut et corpus eſt ꝓpter aīam
ideo apud eū qui conſiderat de ſalute aīe ſanitas:
vel infirmitas corporalis poteſt cadere ſub electōe
Secūdum ſic pʒ. rō eligendi aliquid eſt ex eo ꝙ E.
ꝓducit ad finem ꝓpter hoc eñ eſt eoꝝ que ſunt ad Arti. ij.
finem: ꝑ illud autē qd̄ eſt alicui impoſſibile nō per
ducit ipſe ad finem ſiue ſit ei impoſſibile ſimplicit:
ſicut homo non poteſt tranſire fluuiū volādo ſicut
auis: Et iō nullus eligit volare, vt tranſeat fluuiū
ſiue ſit ipoſſibile nō ſimpliciter: ſʒ ꝓ tempore quo
eligit: Sic nullus eligit nauē ad tranſeundū ꝓ tē=
pore quo ſimpliciter credit ſe non poſſe hēre nauē
iō ⁊c. Tertium apparet ex p̄dictis: q2 electio ſo= F.
lum eſt eoꝝ que ſunt in poteſtate eligentis. Sʒ ni= Terti⁹.
hil eſt in poteſtate nr̄a niſi actus noſtri eliciti: vel
imperati a li. ar. vel alie res vocadūt ſub noſtris a=
ctibus: poteſtas enim ad nihil attingit niſi ꝑ actuʒ
ideo ⁊c. Ad argu. in oppoſitū patet ſolutio: quia G.
finis inq̄ʒtū hmōi non preacceptat alij fini: ſed qui= Ad arg.
libet acceptatur abſolute. Si aūt preacceptat vnus in oppo.
alteri iā non ſumunt ſub rōne finis: ſed ſub ordine
ad vlteriorem fineʒ vt dictū eſt de ſanitate corpis:
⁊ infirmitate: ⁊ ſic poſſunt cadere ſub electōe.

## Vtrum liberum arbitrium ſit ſolum in habentibus intellectum. Queſtio ſecunda

Secundo quæritur vtrum libe
rum arbitriū ſit ſolū in hn̄tibus intelle= H.
ctum: Et videt ꝙ non: q2 que agūt volū Queſt. ij.
tarie agunt libere (vt videtur) ſed bruta Arg. I.
agunt voluntarie vt hētur. iij. ethi. ergo ⁊c. Itē Secūdo.
in illis eſt li. ar. quoꝝ eſt acceptari vnū altero refu=
tato: ſed bruta quedā acceptant et alia refutant: ģ
⁊c. In contrariū eſt q2 li. ar. eſt quo recte viuitur In op.
⁊ peccatur: ſed peccare ⁊ recte viuere non conueni=
unt niſi habentibus intellectum ergo ⁊c. Reſpō I.
ſio. Dicendū eſt ꝙ ſolum i hn̄tibus intellectuʒ eſt Reſio.
li. ar. ſ. in deo: hominibus et angelis. Cuius rō eſt q2
ſolum in illis eſt li. ar. in quibus eſt iudicium de ꝓ
pria operatione vtruʒ ſit bona an mala: expediēs
ad finem: an impediens a fine: ſed tale iudicium
ſolum eſt in hn̄tibus intellectum: ģ ⁊c. Maior pʒ q2
ſicut oſtenſum eſt in precedente q̄ſtione electio q̄ ē
actus li. ar. ſoluʒ eſt de actib⁹ noſtris vt ordinant:

in finem: ꝓpter qđ cum electio volūtatis ſequatur iudiciū rōnis: oꝫ ꝙ illa que hñt electionē hēant etiā de ſuis operationibus iudiciū quale dictū eſt .ſ. an operatio ſit bona: et expediens ad cōſecutionē finis: vel mala imperatiua finis quod eſſe nō poteſt niſi in illis que cognoſcunt finem ſub rōne finis et hītudinē finis ad ea que ſunt ad finē: Et talia ſūt

K. ſolū que rōne ꝛ intellectu participant: idō ꝛc. Idē pꝫ

Ad pīm per diffinitionem li. arbitrij in littera poſitā: ſed ꝙ

pīcipale. liberum arbitrium eſt facultas voluntatis ꝛ rōis. ¶ Ad pīmū argu. dicendum ꝙ phūs accipit large voluntatē ꝓ oī eo qđ fit ſponte ꝛ nō per coactionē

L. ab hñte cognitionē. non aūt ꝓprie put dicit motū

Ad ſcōm voluntatis ſequentis deliberationē qui ꝓprie eſt actus li. ar. ¶ Ad ſecundū dicendum ꝙ acceptare vnū altero refutato ex collatione coꝝ ad finem ptinet ad li. ar. quo mō bruta nihil acceptāt vel refutant: ſed ſolum ex ſimplici apprehenſione conuenientis acceptant ipſum Et ex ſimplici apprehenſiōe diſconuenientis ipſum refutant.

## Queſtio tertia.

### Vtrum liberum arbitrium inueniatur equaliter in oīb⁹ in quib⁹ eſt.

M.

Que. iiij.
Argu. i.

Oſtmodū queritur vtrū liberum arbitriū inueniat equaliter in oīb⁹ in quibus eſt. Et videt ꝙ ſic: qꝛ libertas

Secūdo. eſt immunitas a coactione: Sed hec immunitas videt ēē equaliter in oībus hñtibus libe. ar. In nullo em̄ poteſt cogi ergo ꝛc. ¶ Item Ber. de li. ar. dicit ꝙ libertas arbitrij cunctis pariter rōe

In op. vtentibus competit nec magis eſt in bonis ꝙ̄ i malis: ꝛ ſic idē qđ prim⁹. ¶ In contrariū eſt qꝛ liberū

N. ar. eſt facultas voluntatis ꝛ rōnis. Sed hec facul-

Deciſio q̄ tas maior ꝛ potior eſt in deo ꝙ̄ in angelis: ꝛ in āge

ſtionis. lis ꝙ̄ in nobis: ergo ꝛc. ¶ Reſponſio. Oē liberꝝ dr̄ liberꝝ ab aliquo. ꝛ ad aliquid: Et ſm hoc libertas ar. dupliciter pōt conſiderari vel ꝑ cōparationē ad aliud a quo dr̄ liberū: vel per comparationē ad illud in quo eſt: vel ad quod eſt li. Illud autē a quo dr̄ voluntas libera eſt coactio que eſt duplex. vna ſimplex ꝛ abſoluta que vocat compulſio vel impedimentū. Alia ſm quid que poteſt dici impulſio: illud autē in quo: vel ad quod aliquid dr̄ li. eſt actus

O. eius: qui eſt duplex vt dictū fuit ſupra immediate .ſ. elicitus ꝛ imperatus. ¶ Hoc ſuppoſito dicendū ꝙ li. ar. non eſt equaliter in oībus: ſed eſt perfect⁹ in deo: ꝛ liberius ꝙ̄ in angelo: ꝛ in āgelo ꝙ̄ in hoīe Et in vno hoīe liberi⁹ eſt in vno tempore ꝙ̄ in alio Quod ſic patet. illud qđ a nullo in actu ſuo poteſt impediri vel difficultatē pati eſt liberius ꝙ̄ illđ qđ poteſt impediri vel difficultatē pati: Sed volūtas diuina in nullo actu ſuo poteſt impediri: vel difficltatē pati ſiue actus ſit elicitus ſiue imperatus. Subeſt em̄ ei cum voluerit poſſe (ſicut dr̄ ſap. xij.) Angelus aūt ꝛ homo poſſunt virtute diuina a quo

[illegible] libet actu ſuo impediri ſcꝫ ne aliquid velint aut faciant: Et in actibus ſuis impatis vt contrariū ei⁹: quod volunt fiat reſpectu quorū etiā angel⁹ poteſt

P. impedire: aut forte cogere angelū: et homo hoīeꝫ: ergo ꝛc. ¶ Per idē pꝫ ꝙ angelus liberior eſt hoīe: qꝛ angelus nō poteſt impediri a cauſa creata a ſuo velle: nec difficultatē pati: licet impediri poſſit ad executionem voliti: homo aūt a velle impediri poteſt ꝛ difficultatē patitur ex tractu appetitus ſenſitiui vt patet in continentibus: et plus vno tempore ꝙ̄ alio ſicut liberi⁹ eligit ꝛ cum minori difficultate abſtinere a venereis homo factus temperatus ꝙ̄ Q.

prius dum eēt ſolū continens: idō ꝛc. ¶ Ad pīmū Ad pīm

argumentū dicendū ꝙ immunitas a coactione ſim pīcipale.

pliciter: vel ſm quid non eſt equaliter in oībus: vt apparet ex dictis: quedam em̄ quo ad oēm actum impediri poſſunt: et compelli ad actū oppoſitū imperatum: vt oīs creatura: de⁹ aūt nullo modo. qđā etiam in actu elicito patiunt difficultatē vt homo: R.

angelus aūt non. ¶ Ad ſcōm dicendum ꝙ beatus Ad ſcōm.

Bernar. loquit de li. ar. vt eſt ſolū in hoībus: ꝛ per comparationē ad coactionē ſimpliciter. Et hoc mō libertas eſt equaliter in bonis ꝛ malis vt ipſe dicit. In bonis tamē eſt liberius quo ad impulſionem: Nec em̄ ſic retrahuntur a bono eliciendo vt mali.

### Vtrum liberum arbitrium poſſit cogi. Queſtio tertia.

S.

Einde queritur vtrū liberum Que. iiij.

arbitriū poſſit cogi. et videt ꝙ ſic. Qꝛ pl⁹ Argu. i.

poteſt deus ſuper creaturā ſpūalē ꝙ̄ hō ſuper creaturā corporalē: ſed homo pōt cogere ſimpliciter creaturā corporalē quo ad actus corporales: ſicut fit ꝓijciendo lapidē ſurſum: ergo deus multo fortius poteſt cogere li. ar. ꝛ quancūꝗ̄

ſpūalē creaturā quo ad actus ſpūales. ¶ Itē illud Secūdo.

quod poteſt totaliter impediri poteſt vt videtur ꝙ̄ ad aliquē actū cogi: ſed vſus li. ar. poteſt totaliter

impediri ſicut fit in ſomno ꝛ infirmitatibus quibuſ In op.

dam. ergo ſimiliter poteſt cogi. ¶ In contrarium

eſt qꝛ oē coactum eſt violentum: ſed nullū volunta T.

rium poteſt eſſe violentū: cū diſtinguant ex oppo Reſpōſio.

ſito: ergo ꝛc. ¶ Reſponſio. Hic eſt opus duplici diuiſione. vna circa coactionē ꝛ modū coactionis. Alia circa actus voluntatis: ſeu li. ar. ¶ Quantū ad primū ſciendum eſt ꝙ coactio ꝛ violentia differūt: qꝛ coactio ſolū eſt in rebus aīatis ꝓprie loquendo de coactione. Violentia aūt eſt vniuerſaliter tam in reb⁹ aīatis ꝙ̄ inaīatis: vñ lapis cum ꝓijcit ſurſum violentatur: ſed ꝓprie non dicitur cogi. Vtrumꝗ̄ aūt .ſ. tā violentia ꝙ̄ coactio poteſt accipi dupliciter. vno modo vt dicit ſolā impeditionē alicuius ab actu cōuenienti ad quem inclinat: puta cum lapidi ſupponitur columna dr̄ violentari: qꝛ impeditur ne deſcendat. Alio mō vt dicit compulſionē ad actū inclinationi repugnantē ſicut eſt in lapide ſurſum ꝓiecto. Ex parte voluntatis: ſimiliter eſt conſiderandū ꝙ quidā eſt actus voluntatis ab ea elicitus puta velle vel eligere: quidā vero ſolū imperatus ſicut ſunt actus potentiaꝝ que ſubiacent impio vo-

luntatis ſiue ſint potentie apprehenſiue: ſiue motiue. ¶ His ſuppoſitis dicendū ꝙ accipiēdo coactio V.

nem primo mō ꝓ ſolo impedimento act⁹: Sic voluntas poteſt cogi reſpectu cuiuſlibet actus ſui ſiue eliciti ſiue imperati. Quod apparet primo de actibus impatis ſic: oīs voluntas que non eſt oīpotēs poteſt impediri in aliquo actu imperato: ſed nulla voluntas creata eſt oīpotens: ergo ꝛc. Minor pꝫ. probatio maioris. Quia oīs virt⁹ qua eſt dare potentiorē poteſt per eā impediri in aliquo actu i quo virtus potentior in cōtrariū agit: ſed oī virtute q̄ non eſt oīpotens eſt dare potentiorē ſaltem illā q̄ eſt oīpotens: quare ꝛc. Item actus iperati a volū-

tate hois ſunt corpales actus: vel preexigunt: vel
coexigūt eos: Sed oēs act⁹ hois corpales cū ſint
in materia ꝯtrarietati ſubiecta īpediri pñt: ergo ꝛc.
Scđo pȝ. q: actus eliciti a volūtate īpediri pñt licet
nō imediate: ſed mediāte impedimēto intellectus
q: qđ pōt impedire cognitionē pōt impedire volū
tatē ab oī actu ſuo: q: voluntas nō pōt ferri niſi in
cognitū: ſed multa pñt totaliter nos impedire a co
gnitiōe ſicut ꝓfundus ſomn⁹ epilētia ꝛ apoplexia
A. ꝛ hmōi: ğ ꝛc. Si aūt accipiat coactio ſcđo mō ꝑ cō-
pulſione ad actum inclinatōi repugnantē: Sic di
cendū ꝙ volūtas nō pōt cogi reſpectu act⁹ imedia
te ab ipā eliciti qui eſt velle: vel eligere: ſed poteſt
cogi reſpectu actus ab ipā impati. Primū pȝ. quia
actus qui eſt ſm inclinationē potētie nō pōt eē vio
lent⁹ vel coact⁹: Sed oē velle. vel eligere eſt ſꝫ in
clinationē volūtatis imo eſt vt veri⁹ dicā ipā inclia
tio volūtatis. Hoc eñ eſt velle. ſ. voluntatē inclina
ri ad aliquid. Et per hoc ipm eſt volitū: ꝙ volūtas
inclinat in ipm: ğ impoſſibile eſt aliquod velle: vel
eligere eē coactū: vel violentū. Et idē dico de qua
cunqꝫ potentia apprehēſiua vel appetitiua que nō
cogit reſpectu act⁹ imediate ab ipā eliciti: ſicut nō
cogit intellect⁹ intelligēdo: q: inclinatio eius ē ad
intelligendū oīa: nec viſus cogit ad videndū ꝑ eā-
B. dem rōem: ꝛ ſic de oībus potentijs aīe. ¶ Secūdū
pȝ. q: volūtas iperat actus aliaꝝ viriū: tam appre-
hēſiuaꝝ ꝙ motiuarū: ſicut viſui videre. Et ideo ex
impio volūtatis clauduntur vel aperiunt palpebre
ad videndum et pedibus imperat ambulare huc:
vel illuc: Sed conſtat ꝙ homo poteſt cogi ad actū
imperio voluntatis repugnantem: ſicut volens
non videre: et ob hoc claudens palpebras: cōpel-
litur videre: Et volens quieſcere compellitur ſur-
gere: ꝛ ſic de ſimilibus: quare ꝛc. Ex ꝑdictis pȝ ꝙ
cū intellect⁹ aſſentit alicui vero cōcluſo ꝑ demon-
ſtrationem ipē intellectus non cogitur cum ei⁹ na
turalis inclinatio ſit ad intelligendum oīa: Sed
forſan voluntas cogitur que imperabat oppoſituꝫ
aſſenſum: vel cui complacebat oppoſitus aſſenſus
Semꝑ eñ coactio eſt contra inclinationē rei: ꝛ illđ
cogitur contra cuius inclinationē fit: non illud ſm
cuius inclinationem eſt actus licet forſitan neceſſi
tetur quadam immutabilitate. Aliud eſt eñ cogi:
aliud neceſſitari neceſſitate immutabilitatis q̄ po-
teſt eē a natura tā ī voluntate ꝙ ī itellectu reſpectu
aliquoꝝ. ¶ Ad primū argumentū dñdū ꝙ homo
C. non poteſt cogere creaturam corporalem: quo ad
Ad prim eius inclinationem. nec etiam impedire: ſed ſoluꝫ
pricipale. quo ad motum ſequentem: Et ſimiliter voluntas
cogi poteſt quo ad actus imperatos ab ipſa q̄ ſunt
quaſi quidam motus ſequentes: Tamen cogi nō
poteſt ad ſuam inclinationem que eſt ſuum velle:
D. licet poſſit impediri. ¶ Ad ſecundum dicendum
Ad ſcđm ꝙ facilius eſt actum impediri ꝙ ad contrarium cō
pellere: Facilius eſt eñ impedire lapidem ne ca-
dat ꝙ compellere vt aſcendat. Et eodem modo fa
cilius eſt impedire voluntatem: ne omnino velit
(qđ fit impediendo cognitionem proponentem ei
obiectum) ꝙ compellere vt velit: hoc eñ eſt impoſ
ſibile propter ea que dicta ſunt.

## Sententia huius diſtīctōis .xxvi. in generali & ſpeciali.

H Aec eſt gratia cooperans. E.
Superius determiauit magr̄ de li. ar. Di. xxvi.
ſm ppriā ſui rōnē. Hic determiat de co Snia in
ꝑ cōpatione ad grām. Et diuidit ī duas generali
Primo determiat de effectu grē in li. ar. Scđo de-
termiat de inſufficiētia li. ar. ſine grā. In pricipio
.xxviii. di. illđ vero icōcuſſe ꝛc. Pria diuidit ī duas
Prīo agit de grā ꝙtū ad ptātē ei⁹ in li. arbi. Scđo
mouet q̄ſtionē de grā an ſit virt⁹: ꝛ deteriat Scđa
.xxvij. di. ibi. Si vo q̄rit q̄ mō. Prima ē pricipal' le-
ctōis ꝛ diuidit in duas. Primo determiat veritatē
Scđo mouet ꝛ ſoluit q̄ſđ q̄ſtiōes incidētes. Scđa
ibi. nō eſt tñ ignorādū. Prima diuidit ī duas prīo
oñdit q: grā volūtatē hois ꝑparat: ꝛ adiuuat. Se
cūdo oñdit q̄ ē illa grā q̄ ꝑpat. Scđa ibi. et ſi dilige
ter intēdas Scđa vo ps pricipalis diuidit ī duas
Prio mouet dubitatōes de prima grā. Scđo de grā
tia coopāte ibi. Hic conſiderādū ē. Prima diuidit
in duas. Primo determiat de ordine volūtatis ad
fidē. Scđo de ordine cogitatōis ibi. Circa hāc q̄ſti
onē. Hec eſt diuiſio lectionis ꝛ ſnīa in gñali. ¶ In F.
ſpāli ſic ꝓcedit magr̄ ꝛ ꝓponit prīo drāꝫ inter grāꝫ In ſpāli.
operantē ꝛ coopantē: q: grā coopans preparat ho
minis voluntatē vt velit bonū: Gratia vero coo-
perans adiuuat vt velit hoc cuꝫ effectu: Et probat
hoc ꝑ auctoritates ꝯcludens intētū ꝛ repetēs qđ di
ctū eſt. Poſtea ponit circa hoc errorē Iuliani q̄ di-
xit ꝙ hō poterat bonū velle ꝛ operari ex li. ar. quod
improbat Aug. ꝑ auctoritatē Aplī dñtis ꝙ bñ vel
le ꝛ operari eſt mīa dei q̄ eſt idē qđ grā vñ volūtas
nr̄a nihil recte pōt facere ꝑ ſe niſi ꝑ diuinā gratiam
adiuuet q̄ grā dei preparat hois voluntatē vt ſit bo
na et recta q̄ añ aduētū grē nō erat. Et ad ꝑdictoꝝ
declarationē diffinit ipām voluntatē ſm Aug. vo
luntas eſt animi mot⁹ cogēte nullo ad aliqđ non
admittēdū vel adipiſcēdū. Et ꝑ Aplm probat du
plicē grām ſm quā de⁹ ꝑparat hois volūtatē Po-
nit etiā opiniōes quorundā qui dicebāt: ꝙ ſicut ſine
mia dei nihil pōt agi: ita etiā ſi voluntas prius nō
ſit dei mīa nō ſufficit. quā etiā opinionē iprobat cō
cludēdo principale intentū. Rñdet etiā qualit ſe hȝ
volūtas ad grām: q: ſicut innobilius. qđ ꝓbat per
Aug. ꝛ aptat ad ꝓpoſitū Poſtea dicit in generali ꝛ
in ſpeciali q̄ ſit iſta grā que preparat hois volūtatē.
Et dicit ꝙ hec eſt fides: quod probat per Aplm in
pluribus locis. Et adaptat ad propoſitū ꝓbās hoc
idē ꝑ auguſti. ꝛ dat ad hoc quodđ motiuū propter
quod auctoritates inducit. Et eſt tale: bona hois
volūtas ꝑuenit quodđ bñficio grē: illud aūt bñficiū
ē fides: ğ fides xpi ē grā que ꝑparat hois volūtatē
et probat et adaptat ad propoſitum. Et q: dixerat
ꝙ gratia preuenit voluntatem oſtendit etiā ꝙ vo-
lūtas preuenit quedam dona gratie: quod probat
per auguſt. Et probat etiā ꝑ alias auctoritates: ꝙ
grā preuenit voluntatem: ꝛ ꝙ ſubſequatur. Et ada
ptat ad ꝓpoſitum. Poſtea mouet dubitationē cir
ca predicta ſm aplm ꝛ auguſt. qui videntur dicere
ꝙ fides prouenit ex voluntate ꝛ ſic voluntas pre
cedit fidem: ſimiliter credere eſt ex voluntate: ſed
voluntas precedit credere: ergo fidem cum crede
re fit ex fide. Et ſoluit dicens ꝙ hoc ideo eſt: non
quia fides ex voluntate hominis prouenit: Sed
q: non eſt fides niſi in eo qui vult credere. Cuius
bonam voluntatem fides preuenit. non tempore
ſed cā: ꝛ natura. Quod confirmat ꝑ Augu. Poſt-
G.

